
LIBER PROTOCOLLORUM

M. CUTHBERTI SIMONIS,

NOTARII PUBLICI ET SCRIBÆ CAPITULI GLASGUENSIS.

A.D. 1499-1518.

FACSIMILE OF PAGE OF PROTOCOL BOOK.



McFarlane & Erskine, Lithrs Edinr

LIBER PROTOCOLLORUM

M. CUTHBERTI SIMONIS

NOTARII PUBLICI ET SCRIBÆ CAPITULI GLASGUENSIS

A.D. 1499–1513

ALSO

RENTAL BOOK OF DIOCESE OF GLASGOW

A.D. 1509–1570

EDITED BY

JOSEPH BAIN, F.S.A. Scot.

AND THE

Rev. CHARLES ROGERS, LL.D.

HISTORIOGRAPHER TO THE ROYAL HISTORICAL SOCIETY; FELLOW OF THE SOCIETY OF ANTIQUARIES OF SCOTLAND; AND CORRESPONDING MEMBER OF THE HISTORICAL AND GENEALOGICAL SOCIETY OF NEW ENGLAND.

VOL. II.

LONDON
PRINTED FOR THE GRAMPIAN CLUB
1875

EDINBURGH:
PRINTED BY M'FARLANE AND ERSKINE,
ST JAMES SQUARE.

PROTOCOLLA

DIŒCESIS GLASGUENSIS.

---

1. A. Dene.

Anno Domini, etc., millesimo cccc° nonagesimo ix°, mensis vero Julii die 3ª, indictione 2ª, pontificatus pape Alexandri, pape sexti, anno vij°, et regni supremi domini Jacobi quarti anno xij°: In mei notarii publici et testium infrascriptorum presenciis, personaliter constitutus honorabilis vir Rankinus Broune, vnus balliuorum burgi de Irwin, personaliter accedens, post deliberacionem condigne Inquisicionis, prius coram ipso recepte in pretorio de Irwin, ad quoddam tenementum jacens in burgo de Irwin, inter tenementum Willelmi Bullok ab vna, et communem venellam, wlgariter nuncupatam ly smyddy bar, partibus ab altera; et ibidem de dicto tenemento cum pertinenciis tradidit Isabelle Pullay, sorori et legitime heredi quondam Nigelli Pullay, saisinam et statum hereditarium, per terre et lapidis traditionem, ut moris est burgorum, saluo jure cuiuslibet; consequenter accedens ad quoddam tenementum jacens in dicto burgo, infra tenementum Willelmi Auld ab vna, et tenementum Johannis Scot, partibus ab altera; et deinde ad quamdam mediam acram terre cum pertinenciis, jacentem infra rodas burgales in ly Gallowhill, inter terras nostre domine ab vna, et terras Alani Houstoun partibus ab altera; et postea ad quoddam tenementum cum A.D. 1499.

A.D. 1499. pertinenciis, jacens in dicto burgo, inter tenementum Dauid Tempiltoun ab vna, et tenementum Johannis Mawling, partibus ab altera; et ibidem, de dictis tenemento, media acra, et tenemento, cum pertinenciis, prefate Isabelle, post deliberacionem dicte Inquisicionis, tanquam filie et legitime et propinquiori heredi quondam Thome Pullay, burgensis dicti burgi, tradidit saisinam et statum hereditarium, per terre et lapidis tradicionem, vt moris est, saluo jure cuiuslibet: Quibus quidem saisinis traditis et receptis, dicta Isabella non vi aut metu ducta, nec errore lapsa, sed sua mera et spontanea voluntate, omnia et singula prescripta tenementa, et mediam acram terre, cum pertinenciis, in manibus dicti balliui, pure et simpliciter resignauit: qua resignacione facta et recepta, dictus balliuus, de speciali mandato dicte Isabelle resignantis, de prelibatis tenementis et media acra terre cum pertinenciis, tradidit probo viro Andree Dene, marito ipsius Isabelle, et eidem Isabelle sue vxori, eorumque diucius viuenti, in coniuncta feodacione, saisinam et statum hereditarium, per terre et lapidis tradicionem: Super quibus omnibus, etc., peciit dictus Andreas Den vnum aut plura instrumentum aut instrumenta sibi et sue vxori fieri: Acta super fundum dictorum tenementorum et medie acre terre; presentibus ibidem prouidis viris dominis Johanne Symontoun, notario publico, Alexandro Scot, capellanis, Georgio Henry, Roberto Myllar, Roberto Paterson, Johanne Dene, Thoma Lowdian, et Johanne Portar, burgensibus de Irwin, testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis, hora quasi xij in meridie, vel eacirca.

2. Walles.

Anno Domini, etc., nonagesimo ix°, die xxiiij^{a} Marcii, indictione 3^{a}, pontificatus pape Alexandri, pape sexti, anno viij°, et anno regni Jacobi quarti xij°: In mei notarii publici, etc., honorabilis vir, Georgius Walles de Ellirsly, non vi aut metu ductus, sed sua libera et spontanea voluntate, omne jus, clameum, proprietatem et possessionem, quam aut quas habuit, in vel ad predictas terras de Ellirsly, cum pertinenciis, jacentes in vicecomitatu de Ranfrew, in

manibus Johannis Walles de Cragy, tanquam superioris earundem, in fauorem Patricii Walles, sui filii et apparentis heredis, per fustem et baculum, sursum reddidit, et a se et heredibus suis, pure et simpliciter pro perpetuo resignauit: Reseruando tamen sibi Georgio, et Katerine Graham, sponse sue, et eorum alteri diucius viuenti, pro toto tempore vite eorundem, liberum tenementum predictarum terrarum: Super quibus peciit dictus Patricius instrumentum: Acta apud castrum de Cragy, hora vj^ta^ post meridiem, vel eacirca; presentibus, Hugone Walles, Willelmo Walles, fratribus germanis dicti Johannis Walles de Cragy, Roberto Walles, Gavino Ros, Karolo Ros, domino Johanne Ledhous, capellano, et Johanne Dowgles, testibus ad premissa, etc. A.D. 1499.

3. Walles.

Eodem anno, die, mense et indictione, pontificatu et hora, loco, quibus supra, facta resignacione terrarum de Ellirsly, cum pertinenciis, in manibus Johannis Walles de Cragy, tanquam in manibus superioris, per Georgium Walles de Ellirsly, in fauorem Patricii Walles, filii sui primogeniti, reseruauit idem Georgius liberum tenementum dictarum terrarum, cum pertinenciis, sibi et Katerine Graham sue sponse, ac eorum alteri diucius viuenti, pro toto tempore vite eorundem: Super quibus peciit dictus Georgius pro se et dicta Katerina, instrumentum aut instrumenta: Acta hora, die et loco, quibus supra, coram eisdem testibus.

4. Walles.

Eodem anno, die, mense, indictione, pontificatu, loco et hora, et coram eisdem testibus, obligauit se Georgius Walles de Ellirsly, se daturum saisinam et statum hereditarium Patricio Walles, filio suo primogenito, de terris suis de Elingtoun, cum pertinenciis, secundum tenorem carte, sibi Patricio, per dictum Georgium, desuper confecte, quandocumque requireretur legitime ad id faciendum, habita tamen prius copia cujusdam carte et litere

A.D. 1500. assedacionis ab ipso Patricio, quas ipsi Patricio idem Georgius sigillauit: Super quibus peciit idem Patricius Walles instrumentum: Acta vt supra, cum testibus ut supra, etc.

Fol. 2.

5. Francess.

Anno Domini, etc., quingentesimo, viij° die mensis Maii, indictione 3ª, pontificatus pape Alexandri pape sexti anno viij°, et anno xij regni Jacobi quarti: In mei notarii, etc., personaliter constitutus Robertus Francess de Stane, accedens juxta crucem foralem burgi de Irwin, videbat ibidem bona sua et aliorum suorum tenandorum vt puta, equos, vaccas, boues et huiusmodi, de terris suis, et non secundum ordinem juris, namata et adducta, sub silencio noctis, vt asseruit, per quemdam Johannem Sallarman et suos complices, cum prius huiusmodi bona debuissent liceri et taxari super solum terrarum a quibus extrahebantur, ut asseruit: Quare, idem Robertus a dicto Johanne Sallirman et suis complicibus lesus et iniuste namatus, vt asseruit, protestatus est de remedio juris: Super quibus peciit dictus Robertus instrumentum: Acta juxta crucem foralem burgi de Irwin, hora quasi quinta ante meredicm, vel eacirca, sub anno, etc.; presentibus, Thoma Hervy, Roberto Ker, Simone Craufurd, Thoma Smyth, Willelmo Chawmer, Johanne Ross et Johanne Myllar, testibus.

6. Brown.

Anno Domini, etc., millesimo quingentesimo, die xxix mensis Maii, indictione 3ª, pontificatus pape Alexandri sexti anno viij°, et anno regni Jacobi quarti xij°: In mei notarii publici et testium infrascriptorum presenciis, personaliter accessit Rankinus Broune ad quamdam particatam terre, sive tenementum suum, jacentem in burgo de Irwin, in monte Garenoso eiusdem, inter tenementum Jacobi Broune ex parte boriali ab vna, et terras Andree Broune ex parte australi partibus ab altera, et ibidem asserens ipsum dictum tenementum esse suum et nulli alteri pertinere, nec de illo

tenemento aut pertinenciis suis aliquid alicui debere preter firmam regiam, et tres solidos annuatim capellano Sancti Petri in ecclesia de Irwin fundato, nec quod vnquam alienauit ipsum tenementum, sed solummodo dimisit ad firmam ipsum tenementum cuidam Jacobo Burne, tanquam suo tenando, quem quidem Johannem Burne sepius rogabat idem Rankinus, vt si quid juris in vel ad ipsum tenementum haberet, ibidem monstaret, solenniter protestatus est, Johanne Mure in Grupe presente, in cuius fauorem idem tenementum dictus Burne fuit resignaturus, ipso tamen nondum resignato, vt quicquid dictus Burne faceret quantum ad resignacionem et alienacionem ipsius tenementi, sibi aut suis heredibus vel hereditati, vt asseruit, non cederet in preiudicium: Super quibus peciit dictus R. Broun instrumentum: Acta ad frontem dicti tenementi ‸ ante dictum tenementum vel coram dicto tenemento ‸ hora quasi quarta post meridiem, vel eacirca; presentibus, Georgio Henry, balliuo de Irwin Johanne Adam, Georgio McGe, Alexandro Boyl, Waltero Robison, et Thoma Cameron, notario publico.

A.D. 1500.

The interlineation is in original.

7. Stewart.

Anno Domini millesimo quingentesimo, die Junii duodecimo, indictione 3ª, pontificatus pape Alexandri sexti anno viij°, et anno regni Jacobi quarti xiij°: In mei notarii publici et testium, etc., Gilbertus Stewarte quieteclamauit Johannem Stewart de Biltreis, de omnibus clameis et condicionibus et assedacionibus, quas idem Gilbertus habuit de dicto Johanne Stewart aliquo tempore preterito, preterquam de summa vij mercarum, quam ipse Johannes confessus est se debere dicto Gilberto, et de assedacione nuper facta ipsi Gilberto per Alisonam Kennydy, in sua viduitate, de vna mercata terrarum antiqui extentus de Biltreis, jacente in baronia de Renfrew et vicecomitatu eiusdem, quam inhabitat nunc Macolmus Merschel, quam assedacionem idem Johannes ratificauit et approbauit in omnibus: Super quibus peciit dictus Johannes instrumentum: Acta infra burgum de

A.D. 1500. Irwin, hora quasi septima post meridiem, vel eacirca; presentibus, Thoma Steuart, Roberto Johnsone, Johanne McBlaine, Adam Mure, et Willelmo Gibsone, scolare, testibus.

8. Stewart.

Anno, mense, indictione, die, pontificatu et anno regni, quibus supra, Johannes Steuart de Biltreis approbauit, ratificatu assedacionem factam per Alisonam Kennidy, matrem suam, de vna mercata terrarum antiqui extentus de Biltreis, jacente in baronia de Renfrew, etc., quam inhabitat nunc Macolmus Merschel, Gilberto Stewart, suis heredibus, assignatis et subtennandis, pro terminis septem annorum, prout in litera assedacionis, dicto Gilberto facta, plenius continetur: Insuper obligauit et promisit dictus Johannes Stewart se obseruaturum inuiolabiliter dictam assedacionem in omnibus, dicto Gilberto et suis, vt predicitur, pro terminis quibus supra, omni fraude et dolo seclusis, casu quo contingat Alisonam Kennidy matrem suam decedere ab hac luce, ante cursum et exitum terminorum contentorum in dicta assedacione, ipso Gilberto vel suis heredibus assignatis aut subtennandis, tunc soluentibus dicto Johanni Stewart firmam dictarum terra-
Fol. 3. rum, quam solebant soluere dicte Alisone temporo vite sue, et dicto Gilberto servante fidelitatem et veritatem dicto Johanni Stewart; Super quibus peciit dictus Gilbertus instrumentum: Acta loco, hora quibus immediate supra, presentibus, etc., quibus supra.

9. Multrar.

Anno Domini, etc., millesimo quingentesimo, die xxv^o mensis Junii, indictione 3^a, pontificatus pape Alexandri pape sexti anno viij^o, et regni Jacobi quarti anno xiij^o: In mei notarii, etc., Adam Multrar, burgensis de Irwin, comparens tempore pestis, personaliter, apud crucem foralem dicti burgi, in presencia Johannis Scot et Georgii Henry, balliuorum dicti burgi pro tempore, allegans et asserens se esse pauperem itinerarium, nec posse con-

sequi victum pro se et suis, nisi ex labore itineris, et vltra affirmans dictos balliuos non laborare pro executione justicie, prout eis, ex officio, incumbebat, nec adhibere diligencias pro custodia et saluacione communitatis, vnde confessus est, et publice pronunciauit, se non velle amplius manere in villa viso quod dicti ballini nolebant defendere, per se, populum eis commissum regnante tanta pestilencia, nec precipere aliis vt defenderent: Super quibus peciit dictus Adam instrumentum: Acta apud crucem foralem dicti burgi, hora quasi quarta post meridiem, vel eacirca; presentibus, Rankino Broun, Matheo Conigham, Johanne Syms, Johanne Porter, Georgio Boid, burgensibus dicti burgi. A.D. 1500.

10. Wilsoun.

Anno Domini, etc., millesimo quingentesimo, die v^a^ mensis Octobris, indictione 4^a^, pontificatus pape Alexandri pape sexti anno ix°, et regni Jacobi quarti anno xiij°: In mei notarii, etc., Robertus Chonigham, pictor, recepit quemdam Johanem Wilsone, etatis   in apprenticium et seruitorem pro spacio quinque annorum, diem date presencium immediate et proxime sequencium, cui promisit omnia facultatis pingendi puncta, que nouit fideliter aperire, communicare et docere, pro cuius instruccione obligatur dominus Robertus Wilsone soluere nunc in manibus decem solidos dicto Roberto, et decem solidos inter hinc et festum Pentichostes immediate proximum, necnon quolibet dictorum quinque annorum bollam farine sufficientis, vel precium ipsius, de mercato Glasguensi, et hoc inter festum omnium Sanctorum et purificacionis beate Marie pro libito dicti domini Roberti: Insuper obligatur dictus dominus Robertus pro residencia dicti Johannis Wilsone cum ipso Roberto Chonigam, pro terminis prescriptis: Super quibus peciit dictus dominus Robertus Willsone instrumentum: Acta in ecclesia domus de Failfurd, hora quinta post meridiem, vel eacirca, anno, die, mense, indictione, etc.; presentibus, domino Willelmo Rankinsone, capellano, Roberto Tunno, et Johanne Smyth, testibus.

Blank in original.

A.D. 1500.

11. Ruderfurd—Walles.

Anno Domini millesimo quingentesimo, die vero mensis Octobris xviij°, indictione 4ª, pontificatus pape Alexandri pape sexti anno ix°, et regni regis Jacobi quarti anno xiij°: In mei notarii publici, etc., Hugo Walles, clericus parochialis perpetuus ecclesie parochialis de Symontoun, comparens personaliter in ecclesia parochiali de Symontoun, dominica quadam, die qua supra, ante tempus magne misse, conuocatis parrochianis, sursum reddidit, et a se pro perpetuo, pure et simpliciter resignauit, omne jus et clameum, proprietatem et possessionem, que et quas habuit vel habere poterat, in vel ad dictum officium clericatus, in manibus domini Eduardi Cargill, curati pro tempore, ex parte parrochianorum ad hoc requisiti, per deliberacionem de le styk et stop, et aque benedicte, vt moris est: Qua resignacione facta, et debite recepta, idem curatus, ex precepto speciali omnium dictorum parrochianorum, nemine reclamante, aut contradicente, predictum clericatum de Symontoun, cum omnibus suis juribus et pertinenciis, per tradicionem de le stik et stop, et aque benedicte, vt moris est, Johanni Chawmer, alias McMwlane, nomine, et ex parte Willelmi Walles, filii liberalis dicti Hugonis, ipsum clericatum recipienti, pro perpetuo, tradidit et deliberavit; ipsumque Johannem, nomine ipsius Willelmi Walles, in actualem et realem et corporalem possessionem dicti clericatus, inuestiuit et induxit; interea idem Johannes, portans secum aquam benedictam, ministrabat ei curato procedenti a gradu chori, et circa fontem, et iterum vsque ad dictum gradum chori, dicenti hanc antiphonam Asperges me Domine etc.: Super quibus peciit domina Margareta Ruderfurd instrumentum, nomine et ex parte dicti Willelmi Walles, filii sui liberalis: Acta in ecclesia de Symontoun, ante missam magnam, hora quasi xj ante meridiem, vel eacirca; presentibus, Georgio Walles in Symontoun, Johanne Tait in Knokindale, Adam Sidgiornar, Macolmo Sklater, Johanne Syms, Johanne Riche, Johanne Lindesay, juniore, testibus, etc.

A.D. 1500.

12. ACHINLOS.

Anno Domini, etc., millesimo quingentesimo, mensis Octobris die xxij^a^, indictione 4^a^, pontificatus pape Alexandri pape sexti anno ix^o^, et regni regis Jacobi quarti anno xiij^o^: In mei, etc., Alexander Tait de Adamhill, personaliter accessit ad terras de Adamhill, et ibidem, cum consensu et assensu Georgii Tait, filii sui primogeniti et apparentis heredis, statum et saisinam de terris infrascriptis cum pertinenciis, videlicet, de xxv solidatis terrarum de Adamhill, quas Willelmus Hunter inhabitat tempore confeccionis presencium, et de xxv solidatis terrarum quas nunc inhabitat Willelmus Thomsone, et de xvj solidâtis et octo denariatis terrarum, quas inhabitat nunc Robertus Thomsoun, et de decem solidatis terrarum quas nunc inhabitat Eduardus Wane, et de media parte assedacionis, et terrarum, extendencium ad xl solidatis terrarum, quas nunc inhabitat Dauid Ker, cum pertinenciis, jacencium in dominio de Adamhill, ballia de Kile Steuart, et infra vicecomitatum de Are, per tradicionem tecti et ligni, vt moris est, Felicitati Achinlos, in sua pura virginitate, pro toto tempore vite sue, et in vitalem redditum, tradidit et deliberauit pro racionabili tercia, et in contentacione et assignacione eiusdem racionabilis tercie, omnium terrarum de Adamhill, tantumodo que continget, Fol. 4. aut juste contingere poterit, racione matrimonii complendi et contrahendi et solennizandi, per dictam Felicitatem cum dicto Alexandro, et casu quo compleuerit idem matrimonium, alias non, prout in carta desuper confecta plenius continetur, casu quo contingat dictam Felicitatem superstitem esse post obitum dicti Alexandri: Super quibus peciit Jacobus Achinlos de eodem, pater dicte Felicitatis, instrumentum, et hoc nomine dicte Felicitatis: Acta super solum dictarum terrarum, hora quasi xj ante meridiem, vel eacirca; presentibus, Hugone Walles, fratre germano Johannis Walles de Cragy, Georgio Ros de Hanyng, Carolo Fullartoun de Laglane, Dauide Campbell de Mertinhame, Willelmo Mure de Myddiltoun, Johanne Mure de Auldtounburne, dominis Dauid Mure et Johanne Ledhouse, capellanis, testibus.

A.D. 1500.

13. Tayt.

Anno, die, mense, indictione, loco, pontificatu, hora, quibus supra, interrogata Felicitas Achinlos, virgo, ab Hugone Walles, pro parte Georgii Tait, filii et heredis Alexandri Tait de Adamhill, si esset contenta recipere et admittere terras suprascriptas, videlicet xxv solidatis etc., vt supra, pro totali tercia terrarum de Adamhill, que contingebat eam, tanquam sponsam legitimam dicti Alexandri Tait de Adamhill, dixit se contentam omnino: Insuper, obligauit se nunquam molestaturam aut inquietaturam Georgium Tait, heredem dicti Alexandri, in pacifica possessione ceterarum terrarum dominii de Adamhill, a terris prescriptis, aut vnquam jus, clameum, proprietatem aut possessionem, pro sua tercia, aut quouismodo alias, vendicaturam in illis: Super quibus peciit Hugo Walles instrumentum nomine dicte Georgii Tait: Acta vt supra, per testes suprascriptos.

14. Walles—Tayt.

Eodem die, etc., peciit Hugo Walles instrumentum, nomine Georgii Tait, quod saisina de terris prescriptis, non fuit hereditaria sibi Felicitati et suis heredibus, sed solum in vitalem redditum, pro toto tempore vite ipsius Felicitatis, in contentacione sue tercie que continget eam, de terris de Adamhill, tanquam sponsam ipsius Alexandri Tait, et hoc solum casu quo dicta Felicitas contraheret matrimonium cum ipso Alexandro, alias non.

15. Tayt.

Eodem die, etc., peciit Alexander Tait de Adamhill instrumentum, quod predicti saisina et status, dati dicte Felicitati virgini, in vitalem redditum, pro toto tempore vite ipsius Felicitatis, in assignacionem et contentacionem sue tercie terrarum de Adamhill, que continget vt sponsam legitimam ipsius Alexandri, non sibi, suis heredibus, aut hereditati, cederet in preiudicium, casu

quo non contingat ipsam Felicitatem secum contrahere matrimonium, sed stante dicto casu, predictos statum et saisinam irritos penitus clamat et inanes: Acta vt supra. A.D. 1501.

16. [Smyth.]

Anno Domini, etc., millesimo quingentesimo primo, die mensis Junii xxvij^{a}, indictione 4^{a}, pontificatus Alexandri pape sexti anno ix^{o}, et regni Jacobi quarti anno xiiij^{o}: In mei notarii publici et testium subscriptorum presenciis, prouidus vir, Willelmus Smyth, burgensis de Glasgw, infirmus corpore, sanus tamen mente, vt apparuit, non vi, aut metu ductus, aut errore lapsus, seu dolo circumuentus, ut asseruit, michi notario, stipulante vice omnium et singulorum quorum interest, aut interesse poterit in futurum, renunciauit, reuocauit et annullauit, omne testamentum seu testamenta, ab eo confecta, siue legittime, siue illegittime, quibuscunque temporibus retroactis, vsque in horam confectionis presencium, necnon omnes et singulos executores, assignatos, siue heredes, ab eodem hucusque constitutos, et precipue Magistrum Dauid Dwne et Willelmum Dwne, quos incompos mentis suos executores idem instituisse declarauit: Super quibus peciit dictus Willelmus instrumentum aut instrumenta, etc.: Acta intra ciuitatem Glasguensem, hora quinta post meridiem, anno, die, etc.; presentibus, Magistro Joanne Blakader, domino Joanne Parise, capellano, Thoma Wricht, Michale Waghorne, Willelmo Henrysone, Thoma Blak, et Willelmo Gibsone, testibus.

17. Herbertissone.

Anno Domini, etc., millesimo quingentesimo primo, die vero mensis Junii penultima, indictione 4^{a}, pontificatus sanctissimi pape Alexandri pape sexti anno ix^{o}, et regni Jacobi quarti anno xiiij^{o}: In mei notarii publici et testium subscriptorum presenciis, Thomas Herbertsone, burgensis Glasguensis, quasdam literas in pergameno scriptas, sigillis Roberti, miseracione diuina, archi-

A.D. 1499. episcopi Glasguensis, et capituli dicte ecclesie Glasguensis, sigillatas, continentes in se concessionem, assedacionem, et ad feodum firmam assedacionem, cuiusdam rode siue perticate terre, jacentis super Malindinor, ex parte boriali vici furcarum ville Glasguensis, et hoc cum consensu dictorum archiepiscopi, capituli, et capellani pro tempore dicte capelle, dicto Thome Herbertsone et successoribus suis, pro quatuor solidis et vj denariis annuatim soluendis, per dictum Thomam et successores suos, capellano dicte capelle, qui pro tempore fuerit, formam instrumenti in se continentes, subscriptionibus et signis manualibus Magistrorum Archibaldi Lang et Dauid Dwne, auctoritate apostolica, notariorum, signatas et subscriptas, non rasas, non cancellatas, non abolitas, nec viciatas, sed omni prorsus vicio et suspicione carentes, michi notario publico subscripto, tradidit, perlegendas, et in hanc publicam transsumpti formam, redigendas: Super quibus peciit dictus Thomas instrumentum, aut transsumptum: Acta erant hec, intra ciuitatem Glasguensem, etc., hora quasi tercia, post meridiem, vel eacirca; presentibus, dompno Jacobo Andree, monacho, ordinis Cisterciensis, Archibaldo Herbertsone, et Wilelmo Gibsone, testibus, ad premissa vocatis et rogatis.

Fol. 5.

18. Multrar.

Anno Domini, etc., nonagesimo ix°, indictione 2ª, pape Alexandri pape sexti anno vij°, Rankino Broune, Andrea Mure, Willelmo Mure, Magistro Dauid Were, Joanne Scot, Joanne Arnbukle, Joanne Clerk, et Eduardo Campbell.

Blank in original.

Anno Domini, etc., nonagesimo ix°, die xxᵐᵃ mensis Maii, indictione ijª, pontificatus pape Alexandri pape sexti anno vij°, et anno regni Jacobi quarti xj°, honorabilis vir, dominus Johannes Symontoun, prelocutor Ade Multrare, in causa mota inter Thomam Johnsone et Matheum Rodman, ab vna, et dictum Adam Multra, penes arestacionem cujusdam nauis Britannie, wlgariter nuncupate, le Maria Belile, partibus ab altera, com-

parens coram honorabili viro, Johanne Kennydy de Cofe, deputato asserto Johannis domini Kennidy, vice admiralli nobilis et potentis domini, Patricii comitis Bothwell, magni admiralli Scocie, asserens dictam nauem arestari per quemdam Allanum Schaw, pretensum seriandum dicti deputati, ad xxiiij horas, et ipsum dominum Jahannem, et Georgium Boid, alium prelocutorem dicti Ade Multrar, paratos et obedientes respondere infra dictas xxiiij horas, ad omnia obicienda contra dictum Adam et ipsam nauem, si dictus Johannes Kennydy de Cofe demonstraret suam commissionem, quam habuit in dicto officio, et vbi non haberet suam commissionem presentem, ipsos non debere respondere, protestantes quod quantum si dictus Johannes Kennidy procederet in cause, non cederet dicto Ade Multra, vel suis prelocutoribus, in preiudicium, ex eo quod dictus Johannes Kennidy requisitus demonstrare suam commissionem, nullam tunc habuit, cum quia tunc suam Johannis Kennidy intererat monstrare commissionem, antequam judicare habuit in dicta causa, vt ipse asseruit: Super quibus peciit dictus dominus Johannes instrumentum: Acta erant hec, in viridario, juxta aquam de Irwin, hora quasi tercia post meridiem, vel eacirca; presentibus ididem, Rankino Broun, balliuo de Irwin, Johanne Scot, juniore, Andrea Mure, Willelmo Mure, Magistro Dauid Were, Johanne Scot, seniore, Johanne Arnbukle, Alexandro Blakquhit, et Johanne Clerk, et Eduardo Campbell. A.D. 1499.

19. Johnsone—Rodman.

Anno, die et mense, quo supra, Johannes Blare, filius et apparens heres Johannis Blar de Adamtoun, prelocutor Thome Johnsone et Mathei Rodman, burgensium de Are, comparens coram Johanne Kennidy de Cofe, asserto deputato Johannis domini Kennidy, deputati nobilis et potentis domini, Patricii comitis de Bothuel, magni admiralli Scocie, asseruit quod dictus Johannes Symontoun et Georgius Boid, prolocutores Ade Multrare, plegii cuiusdam nauis, wlgariter nuncupate le Mary de

A.D. 1499. Bellile, non deberet facere executionem contra dictum Johannem Kennidy, assertum deputatum dicti Johannis domini Kennidy, propter hoc, quod dictus Johannes Kennedy non habuit suam commissionem monstrandam ibidem, postquam curia fuerat confirmata, et assisa electa, et partes in causa contendentes fuerant: Super quibus peciit dictus Johannes Blare instrumentum; presentibus quibus supra: Acta in loco supra dicto.

Fol. 6.

20. Multrare.

Eodem die, anno et loco, quo supra, Georgius Boid, prelocutor dicti Ade Multrare, ostendit se et suum socium, dominum Joannem Symontoun, esse paratos respondere Thome Johnsone et Matheo Rodman, ad omnia obicienda, si dictus Johannes Kennidy monstraret suam commissionem, et quia rogatus monstrare, non monstrauit, ipsos non debere temere ipsum, vt judicem, nec sibi respondere, quia non constabat ei quod fuit deputatus Johannis domini Kennidy, et quicunque portauerit secum suam commissionem, vel monstrauerit eis, libenter sibi respenderent et parerent: Super quibus peciit dictus Georgius Boid instrumentum; presentibus quibus supra, loco et hora quibus supra.

21. Johnsoun—Rodman.

Eodem die, anno et mense, Johannes Blare, prelocutor dictorum Thome Johnson, Mathei Rodman, et asseruit quod dominus Johannes Symontoun et Georgius Boid, prelocutores Ade Multra, pecierunt licenciam loquendi a Johanne Kennidy de Cofe, tanquam judice, et partes inceperunt contendere in causa, et assisa electa erat, et aliqui de dicta assisa depositi per dictum Adam Multrar et suos prelocutores, non debuissent excipere contra Johannem Kennidy de Cofe, ex eo quod commissio sua non fuit presens: Super quibus peciit Johannes Blare instrumentum: Acta loco et hora prescriptis, testibus prescriptis.

A.D. 1499.

22. [MULTRARE.]

Eodem die, anno, indictione, mense, quo supra, dictus Johannes Symontoun, prelocutor Ade Multrare, asseruit quod non voluit admittere Johannem Kennidy de Cofe, judicem nec deputatum Johannis domini Kennidy, nec admittebat, nec debuit admittere, viso quod dictus Johannes Kennidy non monstrauit commissionem sui officii, et vbi monstraret suam commissionem, libenter admitterent eum: Super quibus peciit dictus dominus Johannes Symontoun instrumentum: Acta in viridario, juxta aquam de Irwin, hora quasi tercia, vel eacirca; presentibus quibus supra, Rankino Broun, etc.

23. KYRKWODE.

Anno Domini, etc., millesimo cccc° nonagesimo ix°, duodecima die mensis Junii, indictione 2ª, pontificatus Alexandri pape sexti anno vij°, et anno xj° regis Jacobi quarti: In mei notarii publici et testium infrascriptorum presenciis, discretus vir, dominus Finlaus Kirkwod, personaliter comparens, in pretorio burgi de Irwin, tempore curie, Georgio Boid et Rankino Broun, balliuis, sedentibus pro tribunali, asserens se esse possessorem et capellanum cuiusdam capellanie Sancti Niniani, ecclesie Sancte Marie de Irwin, et esse filium natiuum dicte ville de Irwin, et vbi ipse non erat cantor, esse paratum conducere juuenem qui cantaret pro eo in dicto choro de Irwin, requisiuit et rogauit si dicti balliui et communitas patientur, quod ipse staret in dicta capellania, ad vnum annum, et post annum, eandem libenter resignaret in manibus dictorum balliuorum et communitatis, vt ipsi tunc disponerent de eadem prout eis videretur melius expedire; post cuius rogacionem, Rankinus Browne, vnus balliuorum, responsit, quod de dicta capellania, alias disponebatur per balliuos et communitatem, et quod amplius, ei domino Finlao nolebant concedere dictam capellaniam: Iterum, dictus dominus Finlaus asseruit dictum Rankinum Broune balliuum respondere tanquam partialem, et non in voce totius communitatis, protestando quod communitas

A.D. 1499. ibi existens, cognosceret, in dicta materia, an ipsa volebat ipsum stare in dicta capellania ad annum futurum, an non: Super quibus peciit dictus dominus Finlaus instrumentum: Acta erant
Fol. 7. in pretorio de Irwin, hora quasi xij^a, vel eacirca; presentibus, Johanne Mungumry, filio carnali domini de Giffin, Adam Walles, fratre germano Johannis Walles de Cragy, Dauid Conigham, Alano Houstoun, Magistro Dauid Were, Adam Multrar, et domino Petro Hetoun, testibus ad premissa.

24. Watsoun.

Anno, die, indictione, et pontificatu, et regno quibus supra; personaliter constitutus, probus vir, Patricius Watsone, personaliter comparens coram Georgio Boid et Rankino Broun, balliuis, pro tempore, burgi de Irwin, aliquibus conburgensibus ibidem existentibus, protestabatur et rogabat, quatenus porte et clausure ville locarentur et fundarentur in dicto burgo ad comodum et vtilitatem reipublice, et secundum quod determinatum et deliberatum erat per inquisicionem honestam juratam, quam elegerat communitas dicti burgi, ad deliberandum in locacione et situacione portarum et clausurarum dicti burgi: Super quibus peciit dictus Patricius instrumentum: Acta in ly Sandgat dicti burgi, hora quasi quinta, vel eacirca; presentibus, domino Petro Heton, capellano, Bertholomeo Trane, Alano Houstoun, Magistro Dauid Were, Johanne Mure, juniore, Adam Multrare, et Wilelmo Gibsone, testibus ad premissa, etc.

25. Boide.

Anno Domini, etc., nonagesimo ix^o, die xviij^o mensis Junii, pontificatus Alexandri pape sexti anno vij^o, et anno regis Jacobi quarti xij: In mei notarii publici, etc., discreta mulier, Elizabet Boid, filia carnalis Thome Boid in Achintibre, comparens personaliter in judicio, in pretorio de Irwin, coram Rankino Broune, balliuo pro tempore, sedenti pro tribunali, non coacta fatebatur se

olim in sua viduitate, libere resignasse, et sursum dedisse, in manibus dicti Thome Boid patris sui, omne jus et clameum, proprietatem et possessionem, quam et quas habuit in vel ad tenementum quondam Thome Pullay, jacens in dicto burgo, infra tenementum Willelmi Bullok ex vna, et communem venellam, wlgariter nuncupatam ly smyddy bar, partibus ab altera, ratione coniuncte infeodacionis, sibi tradite, cum quondam Nigello Pullay sponso ipsius Elizabet, que quidem Elizabet iterum confirmauit et approbauit dictas donacionem et resignacionem, dicto patri suo, in viduitate ipsius Elizabet olim factas, ex sua libera voluntate, et a nullo compulsa, tactis sacrosanctis Dei euangeliis, magno juramento interueniente: Insuper jurauit se nunquam reuocare easdem donacionem et resignacionem, aut vnquam deuenire incontrarium earundem, sed ratum et gratum habere et habituram, totum et quicquid dictus pater eius duxit, temporibus retroactis, aut infuturum ducet, de predicto tenemento cum pertinenciis faciendum: Interim dictus Thomas Boid, et eius filia, vnanimi consensu et assensu, totum jus et clameum quod habuerunt ad dictum tenementum, per fustem et baculum, pure et simpliciter resignarunt, racione coniuncte infeodacionis, sibi tradite dicte Elizabet, in manibus dicti Rankini balliui pro tempore: Super quibus peciit dictus Thomas instrumentum: Acta in pretorio de Irwin, hora quasi xj ante meridiem, vel eacirca, anno, etc.; presentibus, Adam Multra, Eduardo Campbell, Willelmo Dauidsone, Willelmo Auld, burgensibus de Irwin, dominis Petro Heton et Johanne Boid, capellanis, cum multis aliis. A.D. 1499.

26. Boide.

Anno, die, indictione, pontificatu et regno regis, quibus supra: In mei notarii, etc., Thomas Boid in Achintibre, et Elizabet Boid eius filia, personaliter comparentes in pretorio de Irwin, in judicio, coram Rankino Broune, balliuo burgi pro tempore, sedente pro tribunali, non coacti a quocunque, sed ex eorum libera voluntate, resignauerunt, et sursum dederunt, vnanimi consensu et assensu,

A.D. 1499. in manibus dicti balliui, per fustem et baculum, omne jus, clameum, proprietatem et possessionem, que et quas habuerunt, aut habere poterunt, in vel ad, terras quondam Thome Pullay, jacentes in burgo de Irwin, racione coniuncte infeodacionis ipsius Elizabet in dictis terris: Super quibus peciit Johannes Dene, burgensis de Irwin, nomine heredum Thome Pullay, instrumentum: Acta in pretorio dicti burgi hora quasi xj, ante meridiem; presentibus, Adam Multra, et ceteris testibus quibus supra.

27. Pullay.

Anno Domini millesimo, etc., nonagesimo ix, xxvj die mensis Junii, indictione 2ª, pontificatus pape Alexandri pape sexti anno vijº, et anno xijº regis Jacobi quarti, in presencia Georgii Boid et Rankini Broune, balliuorum de Irwin pro tempore, in pretorio de Irwin, pro tribunali sedentium, meique notarii publici, et testium subscriptorum, personaliter constitutus probus vir, Constantinus Dunlop, prelocutor Isabelle Pullay, heredis quondam Thome Pullay, patris sui, et Nigelli Pullay, fratris sui, quoddam actum, actificatum in libro actorum dicti burgi, a me notario publico subscripto, peciit excopiari, et de dicto libro extrahi, et in formam instrumenti redigi, cuius acti tenor sequitur in hec verba: Quo die, comperand in jugement Thomas Boid in Achintibre, for him and his dochter Elizabet Boid, of his fre vill and mynd, and hiris, for certane causis resonabilis, renuncit all maner of euidentis, instrumentis and letres, rasit, or for to be rasit, be resone of coniunct feftment of certane tenementis and landis, requirit be him for the part of the said Elizabet his dochter, and wmquhil Neil Pullay hir husband, and will as procurator in that part for the said Elizabet, that the saidis euidentis, instrumentis and letres, be nowder of strength, forss, nor effect, in tyme to cum,
Fol. 8. dischargeing al notaris in that part, of the deliuering of the samyns, be vertew of thair office, bindand the said Elizabet, and all wtheris in hir name, neuer to cum in the contrare: Super quibus peciit dictus Constantinus, prelocutor antedictus, eidem

Isabelle fieri instrumentum: Acta in pretorio burgi de Irwin, hora quasi xj[a] ante meridiem; presentibus, domino Johanne Symontoun, notario publico, domino Petro Hetoun, capellano, Johanne Mawling, Dauid Chonigham, Adam Multrar, et Georgio Henry, cum multis aliis. A.D. 1499.

28. Dene—Pullay.

Anno, die, indictione, mense, pontificatu et regni regis, quibus supra: In presenciis Georgii Boid et Rankini Broune, balliuorum de Irwin pro tempore, pro tribunali sedentium, meique notarii publici et testium infrascriptorum, comparens personaliter discreta mulier, Helena Edinburgh, ex sua libera et spontanea voluntate, et non coacta, sed motu proprio, omne jus et clameum proprietatem et possessionem, que et quas habuit in vel ad, terras quondam Thome Pullay sponsi sui, racione coniuncte infeodacionis, si quam habuit, in manibus Rankini Broune, balliui, per fustem et baculum, in fauorem Isabelle Pullay, filie sue, et Andree Dene, sponsi dicte Isabelle, sursum dedit, pureque et simpliciter resignauit: Super quibus peciit dictus Constantinus, prelocutor dicte Isabelle, eidem fieri instrumentum: Acta in pretorio, hora quasi xj ante meridiem; presentibus, quibus supra, videlicet, domino Johanne Symontoun, domino Petro Hetoun, etc., in anteriori prothocollo contentis.

29. Pullay.

Anno, die, mense, indictione, pontificatu et regno, quibus supra, in precedenti prothocollo, in honorabilium virorum, videlicet Rankini Broune et Georgii Boid, balliuorum de Irwin pro tempore, pro tribunali sedentium, meique notarii publici et testium subscriptorum presenciis; hec inquisicio capta est, in pretorio dicti burgi, per hos probos et fideles comburgenses subscriptos, videlicet, Dauid Chonigham, Johannem Mawling, Adam Multrar, Andream Broune, Eduardum Campbell, Johannem Con, Johannem

A.D. 1499. Adam, Willelmum Lammok, Johannem Portare, Robertum Patersone, Georgium Henry, Bartholomeum Trane, et Georgium Trane, qui jurati dicunt et deponunt, quod quondam Nigellus Pullay, frater Isabelle Pullay, et burgensis de Irwin, obiit vltimo vestitus et saisitus, vt de feodo, ad fidem et pacem domini nostri regis, de quodam tenemento cum pertinenciis, jacente in dicto burgo, infra tenementum Willelmi Bullok ex vna, et communem venellam, wlgariter nuncupatam ly smyddy bar, partibus ab altera: Et quod dicta Isabella est legitima et propinquior heres eiusdem quondam Nigelli, fratris sui, de dicto tenemento cum pertinenciis, et quod est legitime etatis, et quod dictum tenementum [tenetur] in capite, de supremo domino nostro rege: Et quod dictum tenementum cum pertinenciis, nunc existit in manibus balliuorum dicti burgi, tanquam in manibus domini nostri regis, cum ceteris punctis in breui contentis: Insuper jurati dicunt et deponunt, quod quondam Thomas Pullay, pater dicte Isabelle, obiit vltimo vestitus et saisitus, vt de feodo, ad fidem et pacem domini regis, de tenementis que sequuntur, cum pertinenciis, videlicet, de quodam tenemento, jacente in dicto burgo, infra tenementum Willelmi Auld ab vna, et tenementum Johannis Scot partibus ab altera, et de tenemento jacente infra dictum burgum, infra tenementum Dauid Tempiltoun ab vna, et tenementum Johannis Mawling, partibus ab altera, et de vna media acra terre, jacente in ly Galowhill, inter terras nostre domine ab vna, et terras Alani Houstoun partibus ab altera: Et quod dicta Isabella est legitima et propinquior heres eiusdem Thome patris sui, de dictis terris cum pertinenciis, et quod est legitime etatis: Et quod dicte terre tenentur in capite de domino nostro rege, et quod dicte terre nunc existunt in manibus balliuorum dicti burgi, tanquam in manibus domini nostri regis, per mortem dicti Thome, cum ceteris punctis in breui contentis, etc.: Super cuius inquisicionis deliberacione, peciit Constantinus Dunlop, prelocutor dicte Isabelle, nomine ipsius, eidem fieri publicum instrumentum, cui instrumento Rankinus Broune balliuus antedictus, suum sigillum promisit apponere, pro se, et Georgius Boid, collega dicti Rankini,

sigillum dicti Rankini, presenti instrumento, cum instancia procurauit apponi, ad fortificandum predictum instrumentum: Acta in pretorio dicti burgi, hora xj^{a} ante meridiem, vel eacirca; presentibus quibus supra, videlicet, domino Johanne Symontoun, domino Petro Hetoun, et ceteris testibus precedenti instrumento, etc. A.D. 1499.

30. Hetone renunciauit huic Instrumento.

Anno Domini, etc., nonagesimo nono, xx^{ma} die mensis Octobris, indictione 3^{a}, pontificatus pape Alexandri pape sexti anno viij^{o}, et regis Jacobi quarti anno xij^{o}; in parrochianorum de Irwin, ad diuina inibi congregatorum, meique notarii publici, testiumque subscriptorum presenciis, comparens personaliter, dominus Petrus Hetoun, capellanus, tenens in manu quoddam scriptum, continens in se quoddam compromissum et decretum, facta per Johannem Mungumry, Johannem Scot maiorem, Johannem Scot minorem, et Johannem Mawling, judices arbitros, electos per dictum dominum Petrum Hetoun, et Robertum Patonson, et Johannem Patonson eius filium, super certis debatis, contencione et contrauerciis, ortis inter dictos dominum Petrum et Robertum Patonson et Johannem eius filium, michi notario publico tradidit, perlegendum, cuius tenor est talis: To all tham, etc., post cuius scripti lecturam, idem dominus Petrus, sciens dictos Robertum et Johannem, et Jonetam Haire sponsam dicti Roberti, non preesse, nec velle comparere in facie parrochie, obtulit et asseruit se paratum et promptum perimplere et obseruare omnia contenta in dicto compromisso et decreto que sibi pro sua parte incumbebant: Super quibus peciit dictus dominus Petrus, a me notario publico Fol. 9. instrumentum: Acta erant hec, in ecclesia parrochiali de Irwin, in facie parrochie, hora xj ante meridiem, vel eacirca; presentibus, Roberto Mungumry de Giffin, Johanne Mungumry, et Magistro Constantino Mungumry, filiis carnalibus dicti Roberti, Georgio Boid, Adam Multrare, Roberto Scot, filio Johannis Scot, in mele mercat, Jacobo Aisdell et Willelmo Dauidson, testibus ad premissa vocatis pariter et rogatis.

A.D. 1499.

31. Makge—Robisone.

Anno Domini, etc., M° cccc° nonagesimo ix°, die xvij° mensis Decembris, indictione 3ª, pontificatus pape Alexandri pape sexti anno viij°, et regno regis Jacobi quarti xij° : In mei notarii publici et testium infrascriptorum presenciis, personaliter constituta proba mulier, Joneta Robinsone, sponsa Johannis Neill, non vi aut metu ducta, nec errore lapsa, sed sua mera et spontanea voluntate, ut asseruit, prius super hoc prestito corporali juramento, et habens plenarium consensum dicti Johannis Neill, sponsi sui, coram me jurati, quod dedit consensum suum dicte Jonete sue sponse, et quod nunquam reuocaret id quod dicta sua sponsa in premissis duceret faciendum, in manibus Johannis Scot vnius balliuorum pro tempore, tanquam in manibus domini regis, totum et integrum tenementum suum cum pertinenciis, jacens in burgo de Irwin, in le Sandgat, inter tenementum Margarete Robinsone ex parte australi ab vna, et tenementum Johannis Wilsone ex parte boriali, partibus ab altera, per fustem et baculum, sursum reddidit, pureque et simpliciter a se et heredibus suis resignauit : Qua resignacione facta, et debite recepta, Johannis Scot, balliuus antedictus, saisinam et statum hereditarium de toto et integro tenemento cum pertinenciis, tam a fronte quam cauda, Georgio McGe, et Jonete Robynsone sue sponse, et alteri eorum diucius viuenti, in coniuncta infeodacione, et heredibus suis, per tradicionem terre et lapidis, vt moris est burgorum, donauit imperpetuum, saluo jure cuiuslibet: Super quibus peciit dictus Georgius Makge instrumenta vnum aut plura: Acta in burgo de Irwin, hora quasi xma ante meridiem, vel eacirca, anno, die, etc.; presentibus, Johanne Con et Dauid Tempiltone, sergiandis dicti burgi pro tempore, Jacobo Knok, Johanne Robinsone, Thoma Blane et Johanne Walles.

32. Hetoun—Patonsone.

Anno, die, mense, indictione, et pontificatu, et regno quibus immediate supra : In mei notarii publici et testium infra-

scriptorum presenciis, personaliter constitutus circumspectus vir, dominus Petrus Hetoun, capellanus, non vi aut metu ductus, nec errore lapsus, sed sua mera et spontanea voluntate, vt asseruit, omne decretum arbitrale, compromissum, jura et instrumenta quouismodo, facta, vel per eum petita, super contrauersia et debata, inter ipsum et Robertum Patonson, et Johannem Patonson eius filium, retroactis temporibus, vsque in hunc diem, orta et contracta, cassauit, adnullauit atque nullius momenti roboris aut vigoris esse voluit, et eisdem pro se et omnibus suis renunciauit imperpetuum, obligans et promittens se habiturum et habentem ratam, firmam et stabilem, finalem concordiam, hodierna die, inter ipsos dominum Petrum, et Robertum Patonson et Johannem Patonson eius filium, prolatam et publicatam: Super quibus peciit dictus Robertus Patonson, pro se et suo filio Johanne Patonson instrumentum: Acta in ecclesia parrochiali de Irwin, coram magno altari eiusdem, hora quasi xj[a] ante meridiem, vel eacirca, anno, die, etc., quibus supra; presentibus, Jacobo Mungumry, fratre Hugonis domini Mungumry, Johanne Mungumry, filio carnali Roberti Mungumry de Giffyn, Jacobo Broune, Adam Multra, Alano Houstoun, Rankino Broune, burgensibus de Irwin, domino Johanne Symontoun, et domino Thoma Auld, capellanis, testibus ad premissa vocatis. A.D. 1499.

33. Symontoun—Arrepcio Itineris ad Sedem.

Anno Domini, etc., millesimo cccc° nonagesimo nono, secundam computacionem ecclesie Scoticane, xiij° die mensis Januarii, indictione 3[a], pontificatus pape Alexandri pape sexti anno viii°, et regni regis Jacobi quarti anno xij°: In mei notarii publici et testium infrascriptorum prescenciis, personaliter constitutus circumspectus vir, dominus Johannes Symontoun, capellanus capelle regie de Dundonald, diocesis Glasguensis, zelo et feruore deuocionis accensus, aliisque racionabilibus causis eum tangentibus et pungentibus, et presertim anime sue et animabus parentum suorum volens saluti consulere, quia

A.D. 1499. annus jubilei et remissionis, ad sedem Romanam nunc dilatatur et aperitur, susceptis in dextra baculo sustentacionis, et in sinistra pera peregrinacionis, vt moris est pusillum, progrediens in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti, iter ad ipsam sedem apostolicam carpebat: Quare sese sua beneficia et capellanias, terras, possessiones, annuos redditus, et omnia bona mobilia et immobilia, quecumque et vbicunque fuerint, proteccioni et defensioni reuerendissimi domini Alexandri, pape moderni subiectit, necnon sub ipsius summi pontificis tutela et saluagardia reposuit, et per presentes reponit: Super quibus omnibus et singulis, peciit dictus dominus Johannes instrumentum: Acta erant hec
Fol. 10. in camera dicti domini Johannis, infra burgum de Irwin, hora quasi xij[a], vel eacirca, sub anno, die, mense, etc., quibus supra; presentibus ibidem, domino Thoma Aulde, capellano, curato ecclesie de Irwin pro tempore, Willelmo Gibsone, scolare, et Nigello Smyth, testibus ad premissa vocatis pariter et rogatis.

34. Walles.

Anno Domini, etc., M° cccc° nonagesimo ix°, die vero mensis Nouembris xix, indictione 3[a], pontificatus sanctissimi pape Alexandri pape sexti anno viij°, et anno regni supremi domini regis Jacobi xij°: In mei notarii publici et testium subscriptorum presenciis, personaliter constitutus Johannes Gilchristson, alias Mason, accessit personaliter ad certas rodas burgales, et tenementum, jacentes infra burgum de Irwin, in fine boriali eiusdem burgi, in via maris, inter communes venellas ex omni parte, et ibidem dictas rodas et tenementum cum pertinenciis, in manibus Johannis Scot, vnius balliuorum burgi antedicti, tanquam in manibus domini regis, superioris earundem, per fustem et baculum, sursum reddidit, pureque et simpliciter, a se et heredibus suis resignauit imperpetuum, in fauorem honorabilis viri Hugonis Walles, germani Johannis Walles de Cragy, racione alienacionis eidem Hugoni, prius per dictum Johannem inde facte: Qua resignacione facta, dictus balliuus, ex speciali mandato dicti

resignantis prefato Hugoni Walles et heredibus suis, statum et saisinam, et hereditarium et possessionem, de prescriptis rodis et tenemento, cum pertinenciis, per deliberacionem terre et lapidis, vt moris est, tradidit imperpetuum, saluo jure cuiuslibet: Reddendo inde annuatim, dictus Hugo et sui heredes, supremo domino regi, onera et seruicia debita et consueta tantum: Super quibus omnibus et singulis, peciit dictus Hugo instrumentum: Acta super solum dictarum rodarum et tenementi, hora quasi secunda post meridiem, vel eacirca, anno, die, etc., quibus supra; presentibus, Patricio Walles, filio et apparente herede Georgii Walles de Ellirsly, Johanne Walles, fratre germano eiusdem Patricii, domino Archibaldo Calduell, capellano, vicario de Wchiltre, Jacobo Aisdell, Alexandro Mure, burgensibus de Irwin, et Thoma Cameron, notario publico, testibus ad premissa, etc. A.D. 1499.

35. Johnsone.

Anno Domini, etc., nonagesimo ix°, die xxiij^a mensis Nouembris, indictione tercia, Alexandri pape sexti anno octauo, et regni Jacobi quarti anno xij°: In mei notarii publici et testium, etc., presenciis, personaliter constitutus discretus vir, Alexander Johnson, burgensis burgi de Are, deliberans visitare partes transmarinas, et negociari in eisdem, sanus mente et corpore, considerans tamen periculum mortis de die in diem cunctis expositum esse, condidit testamentum in hunc modum: In primis, constituit suos executores, Willelmum Red, burgensem dicti burgi de Are, et Elizabet Rede sponsam ipsius Alexandri, vt ipsi disponant de rebus suis, prout velint respondere coram seuero Judice, casu quo contingat ipsum Alexandrum morte preueniri antequam redeat in patriam: Insuper legauit regimen prolium suarum, in manibus dictorum executorum: Super quibus peciit dictus Alexander instrumentum: Acta apud Irwin, hora quasi xij^a ante meredieni, vel eacirca; presentibus, Adam Multrare, Macolmo Bane, Johanne McGaichan, et Johanne Lutare, testibus.

A.D. 1499.

36. Crawfurd.

Anno domini, etc., millesimo cccc° nonagesimo ix°, die viij[a] mensis Aprilis, indictione secunda, pontificatus pape Alexandri pape sexti anno vij°, et anno regni domini regis Jacobi anno xj°: In mei notarii, etc., personaliter constitutus honorabilis vir, Johannes Craufurd de Giffirtland, existens apud burgum de Irwin, in quoddam suo tenemento, jacente in eodem, certa vtensilia et supellectilia, existencia infra dictum tenementum, videlicet, twa met burdis, ij kists, a lang sedile, thre ruche beddis, ij fedder beddis, ij bolstaris, item iij pare of schetis, ij blanketis, and thre coddis and a couering, twa pottis and a pane, a baike stule, and twa tubbis, ij barellis and a pipe, ane ark, and ane irne chymne, a tangis, a ladile, a tyn stop, and iiij formys, Thome Craufurd, filio suo, ex consensu Margarete Mur, sponse sue, et matris dicte Thome, assignauit, limitauit, et libere imperpetuum donauit: Super quibus peciit dictus Thomas instrumentum, vel instrumenta: Acta in burgo de Irwin, in prescriptum tenementum, hora tercia post meridiem, vel eacirca; presentibus, fratre Eduardo Boid, prior fratrum Carmelitarum de Irwin, fratre Johanne Ralstone, conuentuali eiusdem, Georgio Boid, Rankino Broune, et Jacobo Aisdell, burgensibus de Irwin, et Thoma Cameron, notario publico, testibus ad premissa vocatis pariter et rogatis.

37. Broune—Multrare.

Anno Domini M° cccc° nonagesimo ix°, die xxvij mensis Januarii, indictione 3[a], pontificatus pape Alexandri pape sexti anno viij°, et anno regni Jacobo quarti xij°: In mei notarii, etc., appunctuatum est, et finaliter concordatum est, inter Johannem Broune, filium et apparentem heredem Johannis Broune, burgensis de Are, et Adam Multrare, burgensem de Irwin, non vi aut metu ductos, nec errore lapsos, sed ex eorum libero arbitrio, et certa sciencia, vt apparuit, quod dictus Adam, prima Dei gracia, deliberabit infra portum burgi de Are, ante festum Johannes Bap-

tiste, datam presencium proxime et immediate sequens, ter centum bollas salis, cum mensura maris eiusdem burgi, in manibus dicti Johannis Broune, ipso tamen Johanne Broune soluendo dicto Ade, infra viginti vnam diem post deliberacionem dicti salis sibi factam, pro qualibet bolla, vj^{s}. viij^{d} vsualis monete Scocie, modo et forma quibus infra, videlicet, terciam partem in pecunia numerata, et aliam terciam partem in coriis salsis, qualibet dacra coriorum pro quinque coronis, et aliam terciam partem in panno, quolibet centenario, pro xviij coronis predicte monete, dum tamen legales et sufficientes mercancie fuerint deliberandis: Insuper promisit dictus Johannes Broune, soluere dicto Ade tunc sine mora summam viginti librarum monete Scocie, casu quo contingat dictum sal adduci ad prefatum portum de Are, et ibidem per eundem Adam offerri dicto Johanni vel suis assignatis, vt recipiant, seu alter eorum recipiat ipsum sal, et dictus Johannes vel sui recusauerint et nolunt ipsum sal recipere; similiter obligatur dictus Adam soluere dicto Johanni viginti libras vsualis monete Scocie, casu quo contingat ipsum Adam intrare regnum Scocie, et non deliberare predictum sal prefato Johanni Broune, loco et die prescriptis, nisi obstet periculum euentus, vel fortuna maris: Et ad fortificacionem omnium et singulorum premissorum, idem Johannes et Adam prestiterunt corporale juratum, tactis sacrosanctis Dei euangeliis, omnia et singula prescripta, in omnibus et per omnia, vt premissum est, sub pena periurii et infamie inuolabiliter obseruare, nisi periculum vel euentus maris obstet vt predicitur: Super quibus peciit dictus Adam instrumentum: Acta, ex consensu parcium, infra burgum de Irwin, hora quasi tercia post meridiem, vel eacirca, anno, etc.; presentibus, Johanne Scot, burgensi de Irwin, Johanne McHardy, burgensi de Are, domino Alexandro Scot, capellano, testibus ad premissa.

A.D. 1499.

Fol. 11.

38. Broune—Busby.

Anno Domini, etc., M° nonagesimo ix°, die quarta Februarii, indictione tercia, pontificatus sanctissimi pape Alexandri pape

A.D. 1500. sexti anno viij°, et anno regni regis Jacobi quarti duodecimo: In mei notarii, etc., personaliter constitutus Alanus Busby, interrogatus a Johanne Broune, filio et apparente herede Johannis Broune, burgensis de Are, si volebat subire onus et esse particeps empcionis tercentum bollarum salis, quas prius emerat dictus Johannes ab Adam Multrar, burgensi de Irwin, per donacionem denarii ad Deum, vt moris est, ipso Johanne Broune explicante modum et formam empcionis dicti salis, et solucionis eiusdem, et penas et expensas incurrendas, hincinde vbi ab aliquo, dictorum Johannis ab vna, et Ade partibus ab altera, attemptatum fuerit infringere contenta in quodam appunctuamento, inter eosdem Adam et Johannem desuper confecto, asseruit se contentum et beneuolum subirè onus, et ferre partem mediam empcionis dicti salis, in omnibus sicut et ipse Johannes, necnon subire et stare ad omnia contenta in dicto appunctuamento, vt equalis particeps empcionis dicti salis, solucionis eiusdem, et eciam penarum et expensarum incurrendarum, vbi non satisfactum fuerit dicto Ade Multrare de sue solucione, tempore et loco statutis in dicto appunctuamento, fraude et dolo circumscriptis: Super quibus peciit dictus Johannes Broune instrumentum: Acta apud Irwin anno, etc., hora quasi xi ante meridiem, vel eacirca; presentibus, Jacobo Broune, burgensi de Irwin, domino Alexandro Scot, capellano, Georgio Riche, Adam Multrare, et Hugone ?

39. Eskdale—Walles.

Anno Domini, etc., M° cccccº die prima Aprilis, indictione tercia, pontificatus pape Alexandri pape sexti anno viij°, et regni Jacobi quarti anno xijº: In mei notarii publici, etc., discretus vir, Jacobus Aisdell, burgensis de Irwin, personaliter accedens ad quoddam tenementum suum, jacens in burgo de Irwin, ex parte orientali magni vici eiusdem, inter tenementum Alani Houstoun, ex parte australi ab vna, et tenementum abbatis et conuentus de Kilwinning, ex parte boriali, partibus ab altera, et alium suum tenementum, jacens ex eadem parte magni vici,

inter tenementum Jonete Souphill, a parte boriali, et tenementum A.D. 1502.
dicti Jacobi Asdell, ex parte australi, ibidem dicta tenementa, tam a fronte quam a cauda, cum suis pertinenciis, per fustem et baculum, in manibus Johannis Scot, balliui de Irwin pro tempore, tanquam in manibus domini regis, sursum reddidit, pureque et simpliciter resignauit, virtute cuius resignacionis, idem balliuus, saisinam et statum hereditarium de predictis tenementis tam a fronte quam a cauda, cum pertinenciis, predicto Jacobo Aisdell, et Mariote Walles, sue sponse, in iuncta feodacione, et eorum diucius viuenti, et heredibus inter ipsos legitime procreatis seu procreandis, quibus deficientibus, heredibus dicti Jacobi quibuscunque, per tradicionem terre et lapidis, vt moris est burgorum, donauit imperpetuum, saluo jure cuiuslibet: Super quibus peciit Hugo Walles, nomine et ex parte dicte Mariote, instrumenta vnum seu plura: Acta singillatim super fundos dictorum tenementorum, hora tercia post meridiem, vel eacirca; presentibus, Magistro Jacobo Ruderfurd, domino Archibaldo Calduel, vicario de Vchiltre, Johanne Walles, Thoma Porter, Johanne Adam.

40. Oliphant.

Anno Domini M° quingentesimo 2°, die x^ma^ mensis Decembris, indictione 6ta. pontificatus pape Alexandri pape sexti anno xj, et anno regni Jacobi quarti anno xv: In mei notarii publici, etc., discretus vir, Martinus Oliphant, ciuis ciuitatis Glasguensis, interrogauit Bessetam Kelsoch, vxorem quondam Jacobi Robertoun, si habuerit aliquam assedacionem, scripto aut sigillo ipsius Martini munitam, de botha dicti Martini, quam ipsa actu occupat? que respondit se nullam habere assedacionem de dicta botha, prout ipsa intellexit, quia non nouit scribere, nec legere Fol. 12.
aut intelligere scripturas; deinde dictus Martinus premuniit et precepit dicte Bessete, prout prius preceperat, vt asseruit, vt relinqueret dictam botham vacuam et expeditam, quod si dicta Besseta facere non curaret, publice declarauit dictam Bessetam,

A.D. 1502. pro quolibet dierum quo dictam botham infuturum occuparet, soluturam sibi Martino et suis factoribus duos solidos vsualis monete Scocie, vnacum sumptibus, dampnis et expensis, et detrimentis, passis per ipsum Martinum, et tenandum cui dictam botham prius assedauerat, et hoc casu quo dicta Besseta non haberet quid scripti monstrare de assedacione dicte bothe: Super quibus omnibus et singulis, peciit dictus Martinus, a me notario publico, sibi fieri et dari, vnum seu plura instrumentum aut instrumenta: Acta erant hec, intra ciuitatem Glasguensem, in domo dicte Bessete Kelsoch, hora quasi quinta post meridiem, anno, mense, die, indictione et pontificatu quibus supra; presentibus ibidem, Willelmo Schaw, Johanne Schaw, Willelmo Ahay, et Jacobo Wilsoun, testibus ad premissa.

41. Pentpont.

Anno Domini M° quingentesimo 2°, mensis Marcii die xviij°, indictione 6ta, pontificatus pape Alexandri pape vjti anno xj, et anno regni regis Jacobi quarti anno xv: In mei notarii, etc., dompnus Robertus Kennidy, religiosus professus, ordinis premonstratensis, accessit ad Patricium Bull, lathomum, et premuniit eundem, tanquam suum tenandum, remouere se et sua, et demittere quoddam cellarium et hortum, jacens infra ciuitatem Glasguensem, pertinens hospitali Glasguensi, quod tenet de eo, vacua et expedita, ad festum Pentichostes proxime futurum, precipiens ei ne serat aut plantet aliqua in dicto horto, quam non wlt perdi et verti in vsum ipsius dompni Roberti, aut occupet hortum et cellarium predicta post dictum festum, sub pena lxs vsualis monete, sibi dompno Roberto soluendorum, pro firma dictorum horti et cellarii: Super quibus peciit dictus vicarius de Pentpont, instrumentum a me notario publico, etc., sibi fieri et dari: Acta erant hec, in horto reuerendissimi patris, Roberti Archiepiscopi Glasguensis, hora quasi xj ante meridiem, vel eacirca; presentibus ibidem, Kentigerno Gray, Johanne Cameron, Johanne Rolland.

42. Failfurde Minister.

A.D. 1501.

Anno Domini, etc., M° quingentesimo, die v mensis Junii, indictione tercia, pontificatus pape Alexandri pape sexti anno viij°, et anno xij regis Jacobi quarti: In mei notarii, etc., personaliter constitutus, frater Willelmus Houstone, minister de Failfurde, ordinis Sancte Trinitatis de redempcione captiuorum, michi notario publico subscripto, quamdam bullam felicis recordacionis Nicholai pape quinti, sigillo, plumbeo et cordula canapis, more Romane curie, pendente, sigillatam, sanam et integram, non rasam, non abolitam, non cancellatam, non viciatam, nec in aliqua sui parte suspectam, sed omni prorsus, vicio et suspicione carentem, vt michi prima facie apparuit, tradit perlegendam, excopiandam, et in hanc publicam transsumpti formam redigendam, cuius tenor sequitur: Nicholaius episcopus, seruus seruorum Dei, dilectis filiis abbati Sancti Facundi de Sancto Facundo, etc.: Quamquidem bullam, a me in manibus susceptam, publice perlectam, et diligenter examinatam, ex precepto dicti ministri excopiaui de verbo in verbum, et in hanc publicam transsumpti formam redegi, et excopiatam, transsumptam, et collationatam, cum originali, siue principali, in omnibus concordare vidi, nichil addendum aut diminuendum, quod facti substanciam mutet aut intellectum variet: Super quibus, peciit dictus minister instrumentum aut instrumenta, transsumptum aut transsumpta: Acta in ecclesia de Failfurd, hora quasi x ante meridiem, vel eacirca; presentibus, domino Archibaldo Finaly, capellano, Georgio Walles, Archibaldo Armowrar, et Eduardo Akinhed, testibus, etc.

43. [Bertholomei.]

Anno Domini, etc., quingentesimo primo, die mensis Maii 2ª, indictione 4ᵗᵃ, pontificatus sanctissimi pape Alexandri pape sexti anno ix°, et regni Jacobi quarti anno xiij°: In mei notarii, etc., dominus Johannes Bertholomei constituit procuratores, Magistrum Laurencium Leis, et Robertum Leis, coniunctim et diuisim, ad

A.D. 1503. resignandum rectoriam suam de Kukstoun, cum suis juribus et pertinenciis, in manibus reuerendissimi domini, domini Jacobi Archiepiscopi Sancti Andree, primatis et legati nati, ducis Rossie, et commendatarii de Dunfermling, dans et concedens predictis suis procuratoribus, coniunctim et diuisim, suam plenariam potestatem et mandatum speciale, etc.: Ratum et gratum promittens se habere et habiturum, quicquid dicti procuratores ducerent faciendum, sub ypotheca et obligacione bonorum, presentium et futurorum, et sub penis camere sedis apostolice, periurii et infamie, quod nunquam reuocabit: Super quibus, peciit dictus M. Laurencius Leis, instrumentum aut instrumenta: Acta infra pedagogium ciuitatis Glasguensis, anno, etc.; presentibus, Magistro Patricio Coventre, baccalareo in theologiam, Magistro Johanne Sprewl, 2° regente, Marco Dowgles, Andrea Erskyn, studente, et Thoma Riche, etc.

44. Huchonsoun.

Anno Domini millesimo quingentesimo 3°, die vero mensis Aprilis xxj, indictione sexta, pontificatus pape Alexandri pape sexti anno xj, et anno xv regni regis Jacobi quarti: In mei notarii publici, prepositique et communitatis Glasguensium, et testium subscriptorum presenciis, personaliter constitutus Patricius Blakader de Tulliallone, miles, procurator et eo nomine communitatis et ciuium ciuitatis Glasguensis, corporaliter accedens ad duas rodas terrarum terre communis dicti ciuitatis Glasguensis, jacentes in vico regio ciuitatis Glasguensis, tendentes a le Barres zet, vsque ad pontem, ex parte australi dicti vici, inter terras communes dictorum ciuium, tam orientali quam ab occidentali partibus et inter torrentem de Malindinor, ad quem dicte rode protenduntur ab australi, et communem stratam ciuitatis Glasguensis a boriali partibus, easdem rodas cum pertinenciis, nomine quo supra, in manibus Thome Law, vnius balliuorum dicte ciuitatis, per fustem et baculum, sursum reddidit, pureque et simpliciter resignauit: Quaquidem resignacione, facta et debite

recepta, idem balliuus saisinam et statum hereditarium de dictis duabus rodis cum pertinenciis, tam a fronte quam a cauda, prout jacent in longitudine et latitudine, ut premissum est, Thome Huchonsoun ciui Glasguensi, et suis heredibus, per tradicionem terre et lapidis, ut moris est, in feodi firma, tradidit imperpetuum, dans, concedens et volens, et hoc ex expressis consensu et assensu prepositi et communitatis ibidem presentium, quod occidentalis pars dictarum rodarum, versus pontem, erit designacio et latus vnius venelle, que protendetur longitudine a strata publica vsque ad Malindinor, et in latitudine ab extremis limitibus et terminis dictarum duarum rodarum, versus pontem, sic quod terre contigue adiacentes dictis duabus rodis, a parte occidentali, nullis occupabuntur aut claudentur edificiis: Reddendo inde annuatim, dictus Thomas et heredes sui, fisco siue communi burse ciuitatis Glasguensis, xvj[s] cum viij[d] vsualis monete, nomine feodifirme, ad duos anni terminos, videlicet, Pentichostes et Sancti Martini in hieme, per equales portiones: Super quibus omnibus et singulis, peciit dictus Thomas instrumentum aut instrumenta, cui instrumento, siue quibus instrumentis, sigillum commune dicte communitatis, cum instancia requisitum per prepositum balliuos et communitatem ibidem presentes, conceditur appendendum: Acta super solum dictarum terrarum, hora quasi prima post meridiem, vel eacirca, anno, etc.; presentibus ibidem, Alano Stewart, preposito Glasguensi, Willelmo Schaw, Archibaldo Herbertsone, Cuthberto Crawfurd, Johanne Durame, Petro Culquhwne, Georgio Gilmore, Thoma Windegate, et Magistro Johanne Blak, notario publico, testibus ad premissa vocatis pariter et rogatis.

A.D. 1519.

Fol. 15.

This folio is continued at p. 36.

45. [Parochia de Munkland.]

xxvi Junii, Anno Domini M° quingentesimo xix°, hora xj ante meridiem, vel circa, apud Bowgyhill in parrochia de Monkland, coram testibus, M. Johanne Bannachtane, Stephano Cuyke, et

Fol. 14 (inverted).

A.D. 1519. Thoma Mathy, omnes hisce persone dederunt voces suas, et electionem officii clericatus parochialis de Monkland, vacantis per mortem Karoli Blacader, Thome Forest.

Johne Scot	Sandy Bogsyde	Rob Aytkyn
Johne Bannachtyn younger		
Dauid Forsytht	Johne Pettecruff	Dauid Restoun
Adam Steward	Will Scot	Marten Browne
Rob Tenend	James Pettecruff	Wille Millar
Henry Petcarne	Johne of Cartbollgy	
John Mayne	Rob Scot	
Lion Crovnar	Jok Scot	
Johne Armor	Rob Alane	
Jok Scott	Steyne of Wod	
Jok Brakene	Jame Rankyn	Johne Falconar
Johne Petcarne	Jame Cadder	Andro Robesoun
Johne Wod	Johne Armar	Sande Mayne
Jame Atkyn	Andro Tenend	
Rob Thomsoun	Johne Wynzet younger	
Johne Brovne	Johne Wynzet elder	
Sande Wod	Petir Cumyng	
Rob Wod	Sande Rystoun	
Johne Bannatyne elder	Johne Howchesoun	
Johne Quhit	Rob Bogill	
Willelmus Morisone	Jone Millar	
Adam Broune	Andro Scot	
	Jok Rob	
	Willie Dougall	
	Jone Cuk	
	Wille Browne	
	Thome Millar	

46. [PAROCHIA DE MUNKLAND.]

Fol. 13. Die Lune xxvij mensis Junii, in camera mea in Glasgw, hora decima ante meridiem, coram testibus, domino Jacobo Lekprevik,

et Malcolmo Thomsone, peciit M. Johannes Bannachtyne instrumenta, dederunt vota Thome Foret, A.D. 1519.

Jonet Thomsoun.
Jonet Restoun.
Male Park.
Mage Cummyng.
Mage Akynheid.
Wille Rankyn.

47. [Parochia de Munkland.]

Die Mercurii, xxix mensis Junii, in ecclesia parrochiali de Monkland, hora decima ante meridiem; vel circa, coram testibus Jacobo Blacader, vicario de Monkland, domino Roberto Walker, presbytero, Hugone Johnsone et Thoma Mathy, ego legi literas, missas domini abbatis de Newbotill, publice parrochianis, ad mandatum domini Andree Marschell, petentis instanter responsum ipsorum parrochianorum de huiusmodi missiua, quociens parrochianorum aliqui et maior pars respondebat, quod aliter et ab ante dederunt vota sua, penes officium clericatus parrochialis, et nolebant alium votum inde dare; et alius vir, quidam Jacobus Hammyltoun, dixit quod voluit supersedere responsionem ipsius missiue, vsque ad proximam dominicam, in qua maior parrochianorum multitudo forsan adessent: Peciit inde dictus dominus Andreas Merschell instrumenta a me, et dominus Mabutus Pedegrew qui nuper electus et presentatus ad huiusmodi officium, peciit instrumenta quod huiusmodi dilacio responsionis non debeat cedere decetero sibi et juri sibi prius acquisito in huiusmodi officio preiudicium aliquod; testibus quibus supra.

48. [Parochia de Munkland.]

Item, eodem die, hora duodecima in meridie, vel circa, coram testibus, Magistro Johanne Bannachtyn, Thoma Mathy, et Johanne Huchonsone, Matheus Pedegrew, balliuus de Monkland, legit missiuam domini abbatis de Newbotill, porrectam sibi per

A.D. 1503. dominum Andream Merschell, et responsit quod alias ipse et parrochiani prouiderint de officio clericatus parochialis domino Mabuto Pedegrew, et quod jurarunt tempore electionis ipsius nunquam reuocare suam electionem de ipso factam, et eciam dixit quod attemptauit ipsos parrochianos postmodum, an vellent consentire in contrarium, et scilicet omnes jurarunt quod nunquam deuenerent in contrarium, et sic ipse nec parrochiani non poterant ire nec deuenire in contrarium suarum electionum: Peciit idem Andreas Merschell instrumenta: Acta in parrochia de Monkland prope assedacionem dicti balliui, in quadam parte vie juxta metas illic consistentes.

Continuation of Fol. 15.

49. Blacader.

Anno, die, mense, indictione et pontificatu, quibus immediate supra, solenniter protestatus est Patricius Blakader miles, procurator ciuium et communitatis Glasguensium, ne concessio venelle facta Thome Huchonsone per prepositum balliuos et communitatem, a parte occidentali terrarum dicte Thome, derogat et in preiudicium cedat assedacione reliquarum terrarum communium versus pontem: Super quibus peciit dictus Patricius instrumentum aut instrumenta: Acta super solum terrarum dicti Thome Huchonsone, hora qua supra, presentibus quibus supra.

50. Lindesay.

Eodem die, anno, mense et indictione, Patricius Blakader miles, procurator ut supra, personaliter accessit ad duas rodas terre communis dicte ciuitatis, jacentes in vico regio, procedenti a le Barress zet, vsque pontem ex parte australi dicti vici, inter terras communes ab occidentali ab vna, et communem venellam, latitudinis quinque vlnarum, que protendit a strata publica versus torrentem de Malindinor ab orientali, partibus ab altera, et inter torrentem de Malindinor, cui dicte rode contigue adiacent, ab australi ab vna, et stratam publicam a boriali, partibus ab altera,

et ibidem, easdem rodas cum pertinenciis, nomine quo supra, in manibus Thome Law, vnius balliuorum ciuitatis Glasguensis, per fustem et baculum, a se nomine dicte communitatis, sursum reddidit, pureque et simpliciter resignauit: Qua resignacione facta, et debite recepta, idem balliuus saisinam et statum hereditarium de dictis duabus rodis cum pertinenciis, tam a fronte quam a cauda, prout jacent in longitudine et latitudine, ut premissum est, Dauidi Lindesay balliuo dicte ciuitatis, et suis heredibus, per tradicionem terre et lapidis, vt moris est, in feodifirma tradidit imperpetuum: Reddendo inde annuatim, dictus Dauid et heredes sui, fisco siue burse communi communitatis Glasguensis, xvj^{s} et viij^{d} vsualis monete, ad duos anni terminos, videlicet, Pentichostes et Sancti Martini in hieme, per equales porciones nomine feodifirme: Super quibus peciit dictus Dauid a me notario publico instrumentum aut instrumenta, cui instrumento siue quibus instrumentis, sigillum commune dicte communitatis, cum instancia requisitum, per propositum, balliuum et communitatem ibidem presentes, conceditur appendendum: Acta super solum dictarum terrarum, hora quasi prima post meridiem, vel eacirca, presentibus quibus supra. A.D. 1503.

51. Gayn.

Eodem die, anno, mense et indictione, Patricius Blakader miles, procurator nomine quo supra, pure et simpliciter, per fustem et baculum, a se, nomine dicte communitatis, sursum reddidit, et resignauit, duas rodas terrarum pertinentes dicte communitati jacentes in vico regio, procedenti a le Barras zet, vsque pontem ex parte australi dicti vici, inter communem venellam, que protenditur a strata publica ad Malindinor, ab occidentali ab vna, et terras communes ab orientali, partibus ab altera, et inter stratam publicam a boriali ab vna, et terras quibus dicte rode contigue adiacent ab australi partibus ab altera, in manibus Thome Law, vnius balliuorum ciuitatis Glasguensis pro tempore: Qua resignacione facta et recepta, dictus balliuus saisinam et

A.D. 1503. statum hereditarium de dictis duabus rodis cum pertinenciis, prout iacent in longitudine et latitudine, tam a fronte quam a cauda, per tradicionem terre et lapidis, ut moris est, Alexandro Gayne et suis heredibus, in feodifirma tradidit imperpetuum: Reddendo inde annuatim, dictus Alexander et heredes sui, fisco publico siue communi burse communitatis Glasguensis, xx[s] vsualis monete, ad duos anni terminos, Pentichostes et Sancti Martini in hieme, per equales porciones, nomine feodifirme: Super quibus peciit dictus Alexander instrumentum aut instrumenta, cui vel quibus, sigillum commune dicte communitatis, cum instancia requisitum per prepositum et balliuos et communitatem inibi presentes, conceditur appendendum: Acta super solum dictarum terrarum, hora quasi prima post meridiem, vel eacirca; presentibus, Alano Stewart, preposito Glasguensi, et ceteris quibus supra in instrumento Thome Huchonsone.

52. Boide.

Eodem die, anno, mense et indictione, Patricius Blakader, procurator nomine quo supra, a se nomine communitatis Glasguensis, per fustem et baculum, sursum reddidit, pureque et simpliciter resignauit, in manibus Thome Law, vnius balliuorum ciuitatis Glasguensis pro tempore, duas rodas pertinentes dicte communitati, jacentes in vico tendente a le Barres zet ad pontem ex parte australi dicti vici, inter terras Alexandri Gayne ab occidentali ab vna, et terras communes dicte communitatis ab orientali partibus ab altera, et inter communem stratam a boriali ab vna, et terras Alani Morisoun, ad quas dicte rode protenduntur et contigue adiacent, ab australi partibus ab altera; vigore cuius resignacionis, dictus balliuus, saisinam et statum hereditarium de dictis duabus rodis cum pertinenciis, tam a fronte quam a cauda, prout iacent in longitudine et latitudine, per tradicionem terre et lapidis, vt moris est, Thome Boyde sue sponse, et eorum alteri diucius viuenti, in coniuncta feodacione, et suis heredibus in feodifirma tradidit imperpetuum: Reddendo inde

annuatim, dictus Thomas Boyde   sua sponsa, et eorum alter diucius viuens, et heredes sui, fisco publico siue burse communi communitatis Glasguensis, xiij[s] iiij[d] vsualis monete, ad duos anni terminos Pentichostes et Sancti Martini, nomine feodifirme: Super quibus peciit dictus Thomas Boyde instrumentum aut instrumenta, cui vel quibus, sigillum commune dicte communitatis, cum instancia requisitum est appensum: Acta super solum dictarum terrarum, hora quasi prima post meridiem, vel eacirca, presentibus quibus supra. A.D. 1503.

53. [Alanus Morsoun.]

Eodem die, Patricius Blakader, procurator et eo nomine communitatis Glasguensis, a se nomine dicte communitatis, per fustem et baculum, sursum reddit, pureque simpliciter resignauit, in manibus Thome Law, vnius balliuorum ciuitatis Glasguensis pro tempore, duas rodas terrarum, pertinentes dicte communitati, jacentes ex parte australi vici regii tendentis a le Barres zet vsque pontem, inter terras Thome Boyde ab occidentali ab vna, et terras Roberti Smyth ab orientali partibus ab altera, et inter communem stratam a boriali ab vna, et terras Alani Morsoun, ad quas dicte due rode protenduntur et contigue adiacent, ab australi partibus ab altera; post quarum quidem resignacionem, idem balliuus saisinam et statum hereditarium de dictis duabus Fol. 16.
rodis cum pertinenciis, tam a fronte quam a cauda, prout jacent in longitudine et latitudine, per tradicionem terre et lapidis, vt moris est, prefato Alano Morsoun,   sue sponse, et eorum alteri diucius viuenti, in coniuncta feodacione, et suis heredibus in feodifirma tradidit imperpetuum: Reddendo inde annuatim, dictus Alanus,   sua sponsa, et eorum alter diucius viuens, et heredes sui, fisco publico, siue burse communi communitatis Glasguensis, nomine feodifirme, decem solidos vsualis monete, ad duos anni terminos, Pentichostes et Sancti Martini in hieme: Super quibus peciit Alanus Morsoun pro se et sua sponsa instrumentum aut instrumenta:

A.D. 1503. Acta erant hec super solum dictarum terrarum, hora quasi prima post meridiem, vel eacirca, anno, die, mense, etc.: Et ad maiorem premissorum ratificacionem, robur et euidenciam, sigillum commune dicte communitatis, cum instancia procuratum et requisitum, presentibus est appensum, coram hiis testibus, Alano Stewart preposito Glasguensi, Willelmo Schaw, et ceteris testibus contentis in prothocollo Thome Huchonsone in folio precedente.

54. Culquhown—Hynd.

Anno Domini M° quingentesimo 3°, die vero mensis Maii 2ª, indictione sexta, pontificatus pape Alexandri pape sexti anno xj, et anno regni regis Jacobi quarti anno xv: In mei notarii publici, etc., Johannes Hammyltoun, ciuis ciuitatis Glasguensis, non vi aut metu ductus, seu errore lapsus, aut dolo circumuentus, sed ex sua mera, libera et spontanea voluntate, per fustem et baculum sursum reddidit, pureque et simpliciter a se et heredibus suis resignauit, totam et integram illam dimidiam partem sui tenementi, tam a fronte quam a cauda, que spectat ad austrum, in manibus Thome Law, vnius balliuorum ciuitatis Glasguensis pro tempore, quod quidem tenementum jacet in dicta ciuitate, in vico magno, tendente ab ecclesia cathedrali ad crucem foralem, ex parte occidentali dicti vici, inter terras Thome Arnbukle ab australi ab vna, et tenementum Johannis Clerk, in Beyth, a boriali partibus ab altera; quaquidem resignacione facta et debite recepta, idem balliuus statum hereditarium et saisinam, per terre et lapidis tradicionem, vt moris est, de tota et integra dicta australi dimidia parte tenementi predicti, cum pertinenciis, tam a fronte quam a cauda, et a latere horti, cum libero introitu et exitu, in et ad predictam australem dimidiam partem ipsius tenementi, dicto Johanni Hammiltoun et Margarete Hynd sue sponse, et eorum alteri diucius viuenti, in coniuncta feodacione, tradidit et donauit; dicta Margareta reparante et reficiente ipsam dimidiam partem tenementi, necnon soluente annuatim xxª pro annuo redditu et firma burgali ipsius

dimidie partis, casu quo contingat dictam Margaretam superstitem esse post mortem ipsius Johannis: Super quibus, etc., peciit Johannes Culquhown de Lus, nomine ipsius Margarete, instrumentum aut instrumenta: Acta super solum dicti tenementi, hora quasi octauo post meridiem, vel eacirca, anno, etc.; presentibus, Magistris Jacobo Culquhoun, et Henrico Leich, Wmfrido Culquhoun, Murdocho Stewart, Eduardo Hammiltoun, Wmfrido Lang, Thoma Myllar, etc., et Roberto Culquhoun. A.D. 1503.

55. Archiepiscopus Glasguensis.

Anno Domini, etc., M° quingentesimo 3°, mensis vero Maii die x°, indictione vj^a, pontificatus pape Alexandri pape sexti anno xj°, et anno regis Jacobi quarti xv°: In mei notarii publici, etc., nobilis et potens dominus, Johannes dominus Symple, confessus est se recepisse, per manus domini Andree Merschell, camerarii Roberti archiepiscopi Glasguensis, nomine et ex parte ipsius domini archiepiscopi, in vsuali bona et numerata pecunia, trecentas et sexaginta mercas, in parte solucionis mille trecentarum et sexaginta mercarum, quas idem dominus archiepiscopus tenetur soluere dicto domino Symple, pro terris de Cragrossy, jacentibus in vicecomitatu de Straitherene, vendendis et alienandis per dictum dominum Symple, dicto domino archiepiscopo, post redempcionem earundem de manibus Johannis Elphinstoun; quequidem redempcio et recuperacio terrarum de Cragrossy, a manibus dicti Elphinstoun, erit ante vicesimum diem mensis instantis: Insuper, idem dominus Symple approbauit et ratificauit quiteclameum dictarum trecentarum et sexaginta mercarum per eum receptum, sigillatum et subscriptum sua subscripcione manuali, necnon subscripcionem et sigillum eiusdem: Ac eciam approbauit et ratificauit quamdam literam assignacionis, factam per ipsum dicto domino archiepiscopo, et suo camerario, atque vnam endenturam factam inter ipsum et dictum dominum archiepiscopum super dictarum terrarum de Cragrossy alienacione et vendicione facienda dicto domino

A.D. 1503. archiepiscopo, necnon sigilla et subscripciones earundem, que et quas, sigilla et subscripciones, confessus est veraciter esse sua et suas, et non alicuius alterius: Super quibus peciit dominus Patricius Blakader de Tuliallone, miles, nomine dicti patris Roberti archiepiscopi, a me notario, instrumentum aut instrumenta: Acta erant hec in edibus M. Dauid Chonigham, officialis Glasguensis, hora 3ª post meridiem, vel eacirca; presentibus, dicto M. Dauid, Magistro Johanne Gibsone, rectore de Renfrew, dominis Georgio Coluile, Willelmo Lokky, capellanis, Niniano Merschell de Clororig, Magistro Archbaldo Layng, et Thoma Inglis, notariis publicis, testibus, etc.

56. Ros.

Anno Domini quingentesimo 3°, mensis vero Junii vij die, indictione sexta, pontificatus pape Alexandri pape sexti anno xj°, et regis Jacobi quarti anno xv: In mei notarii, etc., dominus Georgius Ros, capellanus, asserens se non fuisse prius die confeccionis presencium in pacifica possessione posterioris partis cuiusdam tenementi, jacentis in ciuitate Glasguensi, in le Drigate, ex parte australi vici eiusdem, inter tenementum rectoris de Stobo ab orientali, ab vna, et tenementum
ab occidentali, partibus ab altera, spectantis capellanie ipsius Georgei, et hoc culpa Johannis Manchane occupantis iniuste, et impedientis ipsum dictum Georgeum in pacifica possessione eiusdem tenementi, nec volentis prius euacuare et deserere dictum tenementum, obtulit assedare dictam posteriorem partem ipsius tenementi ipsi Johanni Manchane, quam prius habebat, pro justo salario, et vilius quinque solidis quam alicui alteri, si
Fol. 17. placeret ipsi Johanni, receptis tamen prius ab eodem Johanne clauibus ipsius tenementi per dictum dominum Georgium: Super quibus peciit dictus dominus Georgius instrumentum: Acta coram janua dicti tenementi, hora quasi xii, vel eacirca; presentibus, Johanne Makcullocht, Willelmo Conigham, scolare, Georgio Red, Nicholao Knok, et Andrea Akinhed, testibus.

57. Dauidsone—Gibsone.

Anno Domini, etc., quingentesimo tercio, mensis vero Octobris die xxiij°, indictione vij^a, pontificatus pape Alexandri pape sexti anno xij, et anno regni regis Jacobi quarti anno xvj°: In mei notarii, etc., discreta mulier, Joneta Dauidsone, vxor Willelmi Gibsone, burgensis de Glasgw, non vi aut metu ducta, aut errore lapsa, seu dolo circumuenta, sed sua mera spontanea voluntate, ut mihi notario stipulanti asseruit, accessit ad quoddam tentementum, jacens in ciuitate Glasguensi, in vico fullonum, a parte orientali vici eiusdem, inter tenementum Alexandri Montgomery, domini de Bradestane, ex parte boriali, ab vna, et tenementum Archibaldi Montfode, ex parte australi, partibus ab altera, extendens a via publica eiusdem vici fullonum, vsque ad torrentem de Malindinor; et consequenter accessit ad quoddam suum tenementum, jacens in dicta ciuitate, in vico Sancte Tenew, ex parte australi vici eiusdem, inter tenementum vicariorum chori Glasguensis, ex parte orientali ab vna, et tenementum Emeote Slwithman, ex parte occidentali, partibus ab altera; et ibidem, in manibus Thome Huchonsone, vnius balliuorum dicte ciuitatis Glasguensis pro tempore, dicta tenementa cum pertinenciis, per tradicionem terre et lapidis, ut moris est burgorum, sursum reddidit, pureque simpliciter resignauit: Quaquidem resignacione facta, et debite recepta, idem balliuus, statum hereditarium et saisinam, de dictis tenementis cum pertinenciis, prout iacent in longitudine et latitudine, per tradicionem terre et lapidis, ut moris est, predictis Willelmo Gibsone et Jonete Dauidsone sue sponse, et eorum alteri diucius viuenti, in coniuncta infeodacione, et heredibus inter ipsos legitime procreatis, seu procreandis, quibus forte deficientibus, heredibus dicte Jonete quibuscunque, tradidit et deliberauit, saluo jure cuiuslibet; soluendo inde annuatim, dicti Willelmus et Joneta, et eorum alter diucius viuens, et heredes inter ipsos legitime procreati seu procreandi, quibus forte deficientibus, heredes dicte Jonete quicunque, annuos redditus debitos et consuetos: Super quibus omnibus et singulis,

A.D. 1503.

A.D. 1503. etc., peciit dictus Willelmus, a me notario publico subscripto, sibi fieri et dari vnum aut plura publicum aut publica instrumentum aut instrumenta: Acta erant hec singillatim super solum dictorum tenementorum, hora quasi quinta post meridiem, vel eacirca, anno, die, mense, indictione et pontificatu, quibus supra; et ad maiorem huius rei euidenciam, sigillum communitatis ciuitatis Glasguensis, a dicto Willelmo, cum instancia procuratum, presentibus est appensum, coram hiis testibus, Johanne Auld, Alexandro Cameron, Johanne Donaldsone, Roberto Alane, burgensibus Glasguensibus, et Johanne Clerk, sergiando, testibus.

58. [Makbraer.]

Anno Domini M° quingentesimo 3°, die vero mensis Januarii xv, indictione vij^a, pontificatus pape Julii secundi anno primo, et anno regni Jacobi quarti anno decimo sexto: In mei notarii, etc., Nicholaus Makbraer, aldermannus de Drumfreis, renuncians vlteriori probacioni contra dominum Willelmum Heris, penes interfectionem domini Johannis Makbraer, presbyteri, sed solum referens se ad indictamenta et accusaciones prius obiectas et immissatas contra eundem dominum Willelmum, consensit et admisit et contentus fuit purgacionem canonicam eiusdem domini Willelmi, recipi et admitti per reuerendissimum in Christo patrem, Robertum Glasguensem archiepiscopum, vel suos commissarios, de huiusmodi homicidio: Super quibus peciit Magister Jacobus Neilsone, procurator, et eo nomine dicti domini Willelmi, a me notario, publicum aut publica instrumentum aut instrumenta: Acta in loco capitulari ecclesie Glasguensis, hora quasi x^{ma} ante meridiem, vel eacirca, coram dicto reuerendissimo patre, et dominis capituli sibi assistentibus, pro tribunali sedentibus; presentibus, domino de Heris Trareglis, Magistro Archibaldo Crawfurd, vicario de Erskyn, Magistro Niniano Dalgles, prebendario de Bothwell, domino Baldredo Blakader, milite, Magistris Dauid Dwne et Johanne Sprewl, notariis publicis, domino Johanne Rankin, capellano, domino Georgio Ros.

A.D. 1503.

59. Makbrayr.

Eodem die, peciit Nicholaus McBraer instrumentum quod renunciauit probare dominum Willelmum Heris interfecisse consanguineum suum dominum Johannem McBraer, sed comisit et referebat omne jus procedendi contra dictum dominum Willelmum, ad officium et potestatem domini Roberti archiepiscopi Glasguensis, pro tribunali tunc sedentis, et in manus ecclesie protestans quod procederet in dictam causam prout iuris racio exigeret, et canones legum dictarent: Super quibus peciit dictus Nicholus McBraer instrumentum aut instrumenta: Acta ut supra, etc.

60. Heris.

Eodem die, Magister Jacobus Neilson, procurator et eo nomine domini Willelmi Heris, presbiteri, peciit silencium perpetuum imponi Nicholao McBraer, et omnibus aliis quibuscunque personis, personaliter volentibus dictum dominum Willelmum Heris in futurum accusare de dicto homicidio, viso quod dictus Nicholaus et omnes interesse habentes succumbuerunt in probacione vlteriori contra dictum dominum Willelmum de huiusmodi homicidio, nec alie persone interesse habentes, citate ad dictum diem, xv^m Januarii, ad accusandum predictum dominum Willelmum comparuerunt; cuius peticioni, racioni consone annuebat dominus reuerendissimus Robertus, Glasguensis archiepiscopus, vnacum dominis capitularibus, ibidem ad sonum campane capitulariter congregatis: Super quibus peciit dictus Magister Jacobus Neilson, nomine quo supra, instrumentum aut instrumenta, presentibus quibus supra. Fol. 18.

61. Jardine.

Eodem die, comparuit Johannes Weyr, prelocutor Alexandri Jardin, nepotis et apparentis heredis Johannis Jardin de Appilgirth, in ecclesia Glasguensi, in loco capitulari eiusdem, coram

A.D. 1503. commissariis reuerendissimi patris Roberti, Glasguensis archiepiscopi, videlicet, Dauid Chonigham, officiali Glasguensi, Thoma Murhed, rectore de Stobo, Magistris Johanne Aurifabri, et Patricio Coventre, ad hoc speciale mandatum habentibus, et ibidem allegauit et asseruit predictum Alexandrum Jardin citatum ad prescriptum diem ad videndum et audiendum se actuari in trecentis libris, ex causa obligacionis, facte per dictum Alexandrum, prout in prothocollo quondam Magistri Jacobi Dowglace, notarii publici, plenius continetur; ex eo quod penitencias sibi iniungendas, pro violencia contra reuerendissimum patrem Robertum in suo cimiterio facta, prius perimplere recusauerat, nec comparuit licet citatus sepius; et ad audiendum se declarari excommunicatum, et excommunicacionis sentenciam incidisse, pro huiusmodi facto nephario, vel ad allegandum causam quare excommunicari non debeat, fuisse pro tunc in seruicio supremi domini nostri regis: Super quibus peciit dictus Johannes Weyr, nomine ipsius Alexandri Jardin, instrumentum aut instrumenta: Acta vbi supra, presentibus quibus supra.

62. Lesmorensis Episcopus.

Anno Domini, etc., millesimo quingentesimo 3°, die vero mensis Januarii xx^a^, indictione vij, pontificatus pape Julii secundi anno primo, et regni Jacobi quarti anno xvj°: In mei notarii publici, etc., comparens personaliter, Magister Jacobus Neilson, procurator et eo nomine, ut asseruit, reuerendi in Christo patris et domini Dauid, miseracione diuina, Lesmorensis episcopi, in loco capitulari ecclesie metropolitane Glasguensis, hora causarum, coram venerabilibus viris, Magistris Martino Red, cancellario Glasguensi, Michaele Flemyng, rectore de Ancrum, Nicholao Grenelaw, rectore de Eddilstoun, canonicis Glasguensibus, pro tribunali sedentibus, commissariis reuerendis in hac parte specialiter constitutis, reuerendissimi in Christo patris, Roberto miseracione diuina, Glasguensis archiepiscopi, tenens in manibus quamdam citacionem, sigillo rotundo dicti

reuerendissimi patris sigillatam, debite executam, vt apparuit, michi notario publico tradidit perlegendam, cuius tenor sequitur: Robertus, miseracione diuina, etc.: Quaquidem citacione, per me, coram predictis commissariis, alta et intelligibili voce perlecta, et ab eisdem commissariis ad plenum concepta, peciit dictus Magister Jacobus, nomine quo supra, procedi in causa juxta tenorem et continenciam predicte citacionis, viso quod ipse idem dies assignatus erat, tanquam tentûs ad procedendum in principali causa, prout in eadem citacione plenius cauetur: Cui Magistro Jacobo responsum est per dictos commissarios, se nec posse nec velle procedere judicialiter in prescripta causa, sed velle prolongare seu differre predictum processum vsque ad diem Veneris prime hebdomade xl^le^ proxime futurum, sicut eis commissum erat, prout ex prothocollo mei notarii publici coram ipsis tunc perlecto plene didicerant: Super quibus peciit dictus M. Jacobus Neilsoun, nomine quo supra, instrumentum seu instrumenta: Acta in loco capitulari predicto, hora x^a^ ante meridiem, vel eacirca; presentibus, Magistris Jacobo Hammiltoun, rectore de Cambuslang, canonico Glasguensi, Matheo Stewart, notario publico, Gilberto Bynnyng, notario publico, Jacobo Rede, Johanne Heriote, testibus. A.D. 1503.

63. Dikis.

Anno Domini M° quingentesimo 3°, die vero mensis Februarii xxiij, indictione vij, pontificatus pape Julii secundi anno primo, et regni Jacobo quarti xvj: In mei notarii, etc., personaliter constitutus prouidus vir, Adam Blakader, balliuus in hac parte specialiter constitutus, nobilis et potentis domini, Andree domini Avandail, tenens in manibus quamdam literam balliuatus eiusdem domini de Avandail, eius sigillo, rubea cera albe impressa pendente sigillatam, michi notario subscripto tradidit perlegendam, cuius tenor sequitur: Andreas dominus Avandale, etc., quaquidem litera balliuatus a me recepta, perlecta, et in wlgari exposita, et a dicto Adam, huiusmodi officium balliuatus in se acceptante,

A.D. 1503. concepta, idem Adam, baliuus antedictus, vigore huiusmodi litere balliuatus, statum hereditarium et saisinam, ac realem et corporalem possessionem, per lapidis et terre tradicionem, ut moris est, de omnibus et singulis terris predictis de Dikis cum suis pertinenciis, juxta formam et tenorem carte antique infeodacionis dictarum terrarum, Dauid Forsith, et Mariorie Blakader sue sponse, et eorum alteri diucius viuenti, in coniuncta infeodacione, et heredibus inter ipsos legitime procreatis seu procreandis, tradidit et deliberauit imperpetuum, ac eosdem Dauid et Marioram, ut premittitur, in realem, actualem et corporalem possessionem, omnium et singularum predictarum terrarum de Dikis cum pertinenciis, induxit et inuestiuit: Super quibus petierunt dictus Adam Blakader, balliuus, nomine dicte Mariorie, ac eciam ipsa Marioria pro se, instrumentum aut instrumenta vnum aut plura, publicum aut publica, a me notario publico subscripto, sibi fieri et dari: Acta erant hec super solum dictarum terrarum de Dikis, hora quasi xij in meridie, vel eacirca; presentibus, Jacobo Riddail, Johanne Flewkare, juniori, Alexandro Small, Jacobo Yong, Johanne Gilcrist, Johanne Steil, seniori, Willelmo Martynholme, Dauid Dikis, Johanne Steil, juniori, Johanne Flewkare, seniori, et Jacobo Yong.

64. Balliuus de Glasgw.

Anno Domini M° quingentesimo 3°, die vero mensis Marcii ix°, indictione vij, pontificatus pape Julii secundi anno primo, et regni Jacobi quarti xvj°: In mei, etc., Thomas Huchonsoun, vnus balliuorum ciuitatis Glasguensis pro tempore, personaliter comparens nomine tocius communitatis de Glasgw, coram reuerendissimo patre et domino, Roberto miseracione diuina Glasguensi archiepiscopo, et suis dominis capitularibus, in loco capitulari capitulariter congregatis, protestatus est solenniter, ne cederet sibi communitati et eorum posteritati in preiudicium, quantum ad consuetudinem solucionis mortuariorum, quicquid ageret Johannes Curry, aut contra eum ageretur, in causa mota

inter ipsum et M. Dauid Chonigham, vicarium de Glasgw 2°, A.D. 1503.
penes consuetudinem solucionis mortuariorum in parochia Glasguensi, attento quod prius tunc decretum et dictum erat a dicto domino reuerendissimo communicante consilium cum suis dominis capitularibus sibi assistentibus, quod actio, intenta per M. Dauid Conigham, contra Johannem Curry, de modo solucionis mortuarii, nihil petebat nec inferebat contra dictam communitatem, nec vigore acti desuper confecti, et in presencia omnium tunc perlecti, aliquid poterat sinuari contra dictam communitatem: Super quibus peciit dictus Thomas Huchonsone, nomine dicte communitatis, instrumentum vnum aut plura, a me notario publico subscripto: Acta in loco capitulari ecclesie Glasguensis, hora quasi xij in meridie, vel eacirca; presentibus, M. Roberto Forman, precentore Glasguensi, M. Martino Rede, coadiutore cancellarii Glasguensis, ac vicario de Mernys, M. Rollando Fol. 19.
Blakader, subdecano Glasguensi, M. Thoma Murhed, rectore de Stobo, M. Nicholao Grenelaw, rectore de Eddilstoun canonico Glasguensi, M. Johanne Goldsmytht, vicario de Cathkert et Estwod, M. Patricio Coventre, rectore de Gerwald, M. Archibaldo Crawfurd, vicario de Erskyn, M. Niniano Dalgles, vicario de Kilbride, M. Archibaldo Lang, vicario de Colmonell, et domino Johanne Rankine, vicario de Girvan, testibus, domino Baldredo Blakader, milite, etc.

65. Glasgw 2°.

Eodem die, anno, mense, indictione, pontificatu, et regni, et eadem hora, et coram eisdem testibus, immediate superius scriptis, et coram dicto reuerendissimo patre, et suis dominis capitularibus, et in eodem loco, protestatus solenniter idem M. Dauid Conigham, vicarius de Glasgw secundo, ne dicta communitas, aut posteritas ipsius imposterum audiretur, prosequendo aut defendendo causam seu causas penes consuetudinem solucionis mortuariorum in parochia Glasguensi, nisi ipsa communitas, que tunc presens erat, saltem per primarios ciuitatis, vteretur

A.D. 1503. sua defensione, aut prosequetur in dicta causa, de consuetudine solucionis mortuariorum in parochia Glasguensi, viso quod tunc erat presens, saltem per optimates ciuitatis, et eciam multociens prius quam lis mouebatur de dicta consuetudine, etc., coram dicto reuerendissimo patre, necnon sepius conquesiti sunt, per literas querimoniales, ad dictum reuerendissimum, de violacione huiusmodi consuetudinis, facta per dictum M. Dauid Conigham vicarium, etc., vt ipse asseruit: Super quibus peciit dictus M. Dauid, vicarius de Glasgw secundo, a me notario publico subscripto, vnum et plura instrumentum et instrumenta, etc.: Acta ubi supra, et ut supra.

66. Archiepiscopus Glasguensis.

Eodem die, anno, mense, indictione, et pontificatu, regno et anno regni, et coram eisdem testibus, Robertus, miseracione diuina Glasguensis archiepiscopus, tenens copias attestationum productarum in causa heresis, contra Georgium Campbell de Sesnok, et Johannem Campbell in Newmylns, dixit et obtulit se paratum reddere dictas copias dictis Georgio et Johanni, vel suis procuratoribus, volentibus recipere easdem: Super quibus, peciit idem reuerendissimus instrumentum et instrumenta, a me notario, etc.: Acta ut supra et vbi supra.

67. Glasgw 2°.

Anno Domini M° quingentesimo 3°, mensis vero Marcii die x°, indictione vij, pontificatus pape Julii secundi anno primo, et anno regni Jacobi quarti anno xvj: In mei, etc., personaliter constitutus M. Dauid Chonigham, prebendarius de Glasgw secundo, constituit et nominauit suos procuratores, coniunctim et diuisim, videlicet, M. Johannem Sprewl, et dominum Willelmum Lokky, capellanos, ad hunc effectum solum, videlicet, ad comparendum in loco capitulari Glasguensi, coram venerabilibus viris, M. Thoma Murhed, rectore de Stobo, M. Johanne Gibsone,

rectore de Ranefrew, et M. Patricio Coventre, rectore de Girvald, commissariis in hac parte reuerendissimi in Christo patris, Roberti Glasguensis archiepiscopi, die Sabbati proximo futuro, videlicet, xvj mensis instantis, hora causarum, ad imponendum, et imponi faciendum, silencium Johanni Curry, casu quo dictus Johannes Curry, per se vel suos procuratores, non porrexerit raciones affirmandas contra articulos directe contrarios datos per dictum M. Dauid, in causa mota inter eosdem de consuetudine solucionis mortuariorum in parrochia Glasguensi, ix° die mensis instantis: Super quibus peciit dictus M. Dauid instrumentum aut instrumenta, a me notario: Acta erant hec in edibus Archiepiscopi Glasguensis, hora quasi 3ª post meridiem, vel eacirca; presentibus, M. Johanne Gibsone, rectore de Ranfrew, M. Roberto Culquhown, vicario de Lus, Thoma Wricht, et Dauide Akinhed, testibus. A.D. 1504.

68. Wilsone.

Anno Domini, etc., millesimo quingentesimo quarto, die vero mensis Aprilis 3°, indictione vij, pontificatus pape Julii 2ⁱ anno primo, et anno regni Jacobi quarti xvj°: In mei notarii publici et testium subscriptorum presenciis, personaliter constitutus Martinus Oliphant, burgensis Glasguensis, non vi aut metu ductus, etc., sursum dedit, pureque et simpliciter pro perpetuum resignauit, a se et heredibus suis, per massam, terram et lapides, in manibus Willelmi Schaw, vnius balliuorum ciuitatis Glasguensis pro tempore, quamdam peciam terre, siue hortum et caudam, jacentem et extendentem ab horto Archibaldi Wilsoune vsque ad torrentem de Malindinor, inter terras Johannis Wricht a boriali ab vna, et terras siue tenementum Willelmi Hay ab australi, partibus ab altera, et hoc racione vendicionis facte dicto Archibaldo prius pro quadam certa summa pecunie, de qua idem Martinus tenuit se bene contentum, etc.: Quaquidem resignacione, sic facta et recepta, idem Willelmus Schaw, balliuus antedictus, statum hereditarium et saisinam, necnon realem et

A.D. 1504. corporalem possessionem, de predicto horto siue cauda et pecia terre cum pertinenciis, prout iacet in longitudine et latitudine, extendente per metas antiquas et diuisas, vt prescriptum est, per terre et lapidis tradicionem, ut moris est, Archibaldo Wilsoune, burgensi Glasguensi, et Bessete Boman sue sponse, et eorum alteri diucius viuenti, in coniuncta infeodacione, et heredibus inter ipsos legitime procreatis, seu procreandis, tradidit et deliberauit, saluo jure cuiuslibet: Super quibus peciit dictus Archibaldus, pro se et nomine sue sponse, instrumentum aut instrumenta, vnum aut plura, a me notario: Acta erant hec super solum dictarum terrarum, hora xij in meridie, vel eacirca; presentibus ibidem, Johanne Lok, Willelmo Ahay, et Johanne Wricht, testibus ad premissa vocatis.

69. Oliphant.

Eodem die, anno, indictione, pontificatu, et mense, coram testibus, et in eadem hora, et eodem loco, quibus immediate supra, Archibaldus Wilsoune, non vi aut metu ductus, etc., obligauit se dare reuersionem in vberiore et strictiore forma vsitata in regno Scocie, dicto Martino Oliphant, suis heredibus et assignatis, de predictis horto et cauda et pecia terre, jacentibus ut predicitur, videlicet, sub hac forma, quod quandocunque dictus Martinus sui heredes aut assignati deliberarent dicto Archibaldo, heredibus suis et assignatis, summam viginti et duarum mercarum vsualis monete, etc., super premunicione xl dierum, in vno die inter occasum et ortum solis eiusdem, super solum dictarum terrarum, tunc idem Archibaldus sui heredes aut assignati, sursum darent et resignarent dictam peciam terre cum pertinenciis, etc., in manibus dicti Martini aut suorum premunitorum pro tempore, fraude et dolo semotis: Super quibus peciit dictus Martinus, instrumentum aut instrumenta: Acta ut supra et vbi supra.

A.D. 1499.

70. Conigham—Conyghamhed.

Anno Domini, etc., millesimo cccc° nonagesimo ix°, die vero mensis Junii xv, indictione 2ª, pontificatus pape Alexandri pape vj anno vij°, et regni Jacobi quarti anno xij°: In mei notarii, [etc.,] discretus vir, Matheus Conigham, balliuus in hac parte specialiter constitutus nobilis viri, Wmfridi Conigham de Glengarnok, militis, tenens in manibus quandam literam balliuatus eiusdem Wmfridi, eius sigillo rubea cera albe impressa pendente sigillatam, ac personaliter existens apud xl solidatas terrarum de ly Mote jacencium in ballia de Chonigham et intra vicecomitatum de Are, michi notario publico tradidit perlegendam, cuius tenor sequitur, sub hac vberiora forma: Wmfray Conygham of Glengernok, knycht, etc.: Quaquidem litera balliuatus a me recepta et perlecta, et a dicto Matheo, huiusmodi officium balliuatus in se acceptante, concepta, et ad plenum intellecta, idem Matheus, balliuus antedictus, vigore predicte litere balliuatus, statum hereditarium, saisinam et realem et corporalem possessionem, per lapidis et terre tradicionem, ut moris est, de omnibus et singulis predictis xl solidatis terrarum de le Mote cum pertinenciis, jacentibus in ballia de Conygham et intra vicecomitatum de Are, Roberto Chonigham de Conyghamhed et suis heredibus, secundum formam et tenorem carte dicti Wmfridi, prefato Roberto, desuper confecte, deliberauit et tradidit imperpetuum: Super quibus peciit dictus Robertus Conigham, a me notario, etc., sibi fieri et dari vnum aut plura instrumentum aut instrumenta: Acta super solum dictarum terrarum de le Mote, hora quasi ix ante meridiem, vel eacirca; presentibus, Roberto Johnson, Jacobo Aytkyn, Johanne Conigham, et Guidone Conigham, testibus.

Fol. 20.

71. Conigham.

Anno Domini millesimo cccc° nonagesimo ix°, xiiij die mensis Junii, indictione 2ª pontificatus pape Alexandri pape sexti

A.D. 1499. anno vij°, et anno regni Jacobi quarti xij°: In mei, etc., honorabilis vir, Robertus Conigham de Conighamhed, assedauit et ad firmam dimisit, et per presentes assedat et ad firmam dimittit, Guidoni Conigham, suo fratri germano, et suis assignatis, qui sunt vxores dicti Guidonis, necnon suis seruitoribus et subtenandis, existentibus agricolis, omnes et singulas xl solidatas terrarum de le Mote cum suis pertinenciis, jacentes in ballia de Conigham et intra vicecomitatum de Are, inhabitatas per Thomam Legate, tempore confeccionis presencium, pro toto tempore quinque annorum proxime et immediate sequencium datam presencium, dicto Guidone et suis, vt predicitur, intrantibus in et ad predictas terras cum pertinenciis, et ad occupacionem et manutenacionem earundem, xvij die mensis instantis proxime future, et ad remanendum in eisdem pro terminis prescriptis: Tenendas et habendas, predictas terras de le Mote cum suis pertinenciis, predicto Guidoni et suis, vt prescribitur, de dicto Roberto Conigham et heredibus suis, pro terminis prescriptis quinque annorum, per omnes rectas metas suas antiquas et divisas, prout jacent in longitudine et latitudine, in boscis, etc., ac cum omnibus aliis et singulis libertatibus, commoditatibus, asiamentis ac justis suis pertinenciis quibuscunque, tam non nominatis quam nominatis, etc.; Soluendo inde annuatim, dictus Guido et sui, vt predicitur, dicto Roberto, heredibus suis et assignatis, ad duos anni terminos consuetos, videlicet, Martini et Penthecostes per equales porciones, quadraginta solidos vsualis monete, tantum pro omni alio onere, exactione, questione, seruicio seculari, seu demanda, que de dictis terris, pro terminis prescriptis, per quoscunque juste exigi poterunt aut requiri; et deficiente terminali solucione dicte summe, vel firme xl^{s}, a termino ad terminum, ut predicitur, non soluere, wlt idem assedans, predictum suam assedacionem dicto Guidoni et suis factam nullius fore roboris aut momenti sed irritam et cassam, et nullam fore in se, sic quod tunc predicte terre reuertentur, vacent et remaneant, et sint in manibus ipsius assedantis, tanquam nulli assedate, sed per seipsum et suos colende, occupande, et manu-

rande, sine contradictione aut obstaculo cuiuscunque, tanquam proprie terre: Insuper wlt idem dominus assedans, quod subtenandi dicti Guidonis, existentes agricole ut premissum est, compareant et presentent se in tribus capitalibus placitis ipsius domini assedantis, dummodo ad hoc fuerint requisiti et premuniti: Super quibus peciit Wmfridus Conigham de Glengarnok miles, nomine et ex parte dicti Guidonis, a me notario publico, etc., instrumentum aut instrumenta sibi fieri et dari: Acta intra burgum de Irwin, hora quasi quarta post meridiem, vel eacirca; presentibus, domino Thoma Auld, capellano, Jacobo Broune, burgense de Irwin, Andrea Conigham, Roberto Sterhed, et Dauide Rankine, testibus, etc. A.D. 1499.

72. Farnly.

Anno Domini millesimo nonagesimo ix°, xxvj die mensis Julii, indictione 2ª, pontificatus pape Alexandri pape vj anno vij, et anno xij regni Jacobi quarti: In mei notarii, etc., Johannes Farnly de eodem, personaliter existens apud maneriem de villa et terris wlgariter nuncupatis le Thirdpairt, jacentibus in dominio de Bethleem ballia de Conigham et intra vicecomitatum de Are, requirebat instanter et rogabat, discretum virum Andream Crawfurde de Bethleem, dare statum hereditarium et saisinam et possessionem de dictis terris de Thirdpairt cum pertinenciis, Johanni Crawfurd, filio et apparenti heredi dicti Andree, et Elizabet Farnly sue sponse, et filie liberali dicti Johannis Farnly, et eorum alteri diucius viuenti, in coniuncta infeodacione, et eorum heredibus quibuscunque, secundum formam, vim, continenciam et tenorem litere obligatorie dicti Andree desuper confecte, et promissi siue compromissorii dicto Johanni Farnly, per dictum Andream inde facti: Super quibus peciit dictus Johannes Farnly instrumentum aut instrumenta: Acta apud maneriem de Thirdpairt, hora quasi 2ª post meridiem, vel eacirca; presentibus, Willelmo Petcon, filio et apparente herede Alexandri Petcon de eodem, Johanne Tem-

A.D. 1502. piltoun, filio et apparente herede Eduardi Tempiltoun de Towrlandis, Thome Kelsoch, filio et apparente herede Johannis Kelsoch de Kelsochland, Eduardo Farnly, Georgio Farnly, Willelmo Hervy, testibus.

73. Crawfurde.

Anno, die, mense, indictione, pontificatu, loco et hora, et coram eisdem testibus, quibus immediate supra, Andreas Crawfurd de Bethleem, personaliter existens apud maneriem de Thirdpairt, jacentem ut supra, asseruit et dixit se paratum et promptum in omnibus, dare statum hereditarium, et saisinam et possessionem, de terris de Thirdpairt cum pertinenciis, dictis Johanni Crawfurd, filio suo et apparenti heredi, et Elizabet Farnly sue sponse, et eorum alteri diucius viuenti, in coniuncta infeodacione, et suis heredibus quibuscunque, legitime procreandis siue procreatis, et hoc juxta formam et tenorem litere sue obligatorie, Johanni Farnly de eodem, desuper confecte, ac eciam, secundum formam compromissorii inter eosdem, et secundum promissum factum per dictum Johannem ipsi Andree: Super quibus peciit dictus Andreas instrumentum aut instrumenta, a me notario publico subscripto: Acta vt supra et vbi supra.

Fol. 21.

74. Walles.

Anno Domini millesimo quingentesimo 2°, indictione quinta, xxiij mensis Julii, pontificatus pape Alexandri pape vj anno x°, ei regni Jacobi quarti xv°: In mei notarii, etc., Georgius Walles de Ellirsly, sursum reddidit, pureque simpliciter, per fustem et baculum, pro perpetuo, a se et heredibus suis resignauit, omne jus, clameum, proprietatem et possessionem, que et quas habuit, vel habere potuit vel poterit, in et ad viginti solidatas terrarum antiqui extentus de Penbraid, existentes nunc in manibus Patricii Walles, jacentes in dominio de Knokdolian, comitatu de Carrik, et intra vicecomitatum de Are, in manibus Andree Graham de

Knokdolian, tanquam in manibus domini superioris earundum: Quaquidem resignacione sic facta et recepta, idem Andreas Graham, deliberans dictos fustem et baculum in manibus Patricii Walles, filii et apparentis heredis dicti Georgii, firmiter obligauit se, fide media, coram me notario, etc., sigillare et reddere sigillatam cartam et preceptum saisine, factam et scriptam in debita forma, et secundum formam juris, dicto Patricio Walles, factam per dictum Andream aut heredes suos dicto Patricio heredibus suis et assignatis imperpetuum et hereditarie, de dictis viginti solidatis terrarum cum pertinenciis; quequidem carta erit de alba firma, soluendo annuatim dicto Andree vel suis heredibus denarium argenti, in festo Johannis Baptiste, super solum dictarum terrarum, nomine albe firme, si petatur tantum, pro omni alio onere, etc., et hoc inter hinc et xx^ti dies proxime futuros, si requireretur a dicto Patricio vel suis ad hoc faciendum, videlicet, ad sigillandum dictam cartam et preceptum: Super quibus peciit dictus Patricius instrumentum aut instrumenta: Acta intra ciuitatem Glasguensem, hora quasi 3^a post meridiem, vel eacirca; presentibus, Archibaldo Maxvell de Stanelee, Roberto Graham, Alexandro Mwre, Willelmo Walles, Johanne Andersone, et Archibaldo Roxburgh. A.D. 1502.

75. Grahame.

Eodem die, anno, mense, indictione, pontificatu et loco, et hora, et coram eisdem testibus quibus immediate supra, Patricius Walles firmiter obligauit se, fide media coram me, etc., sigillare et sigillatam reddere Andree Grahame de Knokdoliane, reuersionem sufficientem de dictis viginti solidatis terraram antiqui extentus de Penbraid, inter hinc et xx^ti dies proxime futuros, si ad hoc requireretur per dictum Andream, factam et scriptam secundum formam juris, in debita forma, per dictum Patricium, heredes suos et assignatos, dicto Andree heredibus suis et assignatis, continentem in se summam xx^ti et duarum librarum vsualis monete Scocie octo solidorum et viii denariorum: Super quibus

A.D. 1502. peciit dictus Andreas Graham a me, etc., instrumentum aut instrumenta: Acta vbi supra et ut supra.

76. Stewart.

Anno, die, mense, indictione, pontificatu, et anno regni quibus supra, venerabilis vir Magister Andreas Stewart, archidiaconus Candidecase, libere concessit, et in potestatem dedit, Magistro Willelmo Stewart, rectori de Pertoun, firmario ecclesie sue de Penyghame, constituere assignatum suum et factorem Magistrum Archibaldum Stewart, rectorem de Kirkmaho, canonicum Glasguensem, in vel ad totam assedacionem vel partem assedacionis fructuum et prouentuum ecclesie de Pennygham, Candidecase diocesis, prius factam per dictum M. Andream ipsi Magistro Willelmo, et ad intromissionem et leuacionem et percepcionem fructuum et prouentuum eiusdem, durante toto tempore assedacionis facte per dictum Andream prefato Magistro Willelmo, non obstante quod cauetur in quoddam acto scripto in libro actorum domini officialis Glasguensis, confecto inter eosdem Magistros Andream et Willelmum, dictum Magistrum Willelmum non debere nec sibi licere constituere assignatum aut assignatos, ad dictam assedacionem ecclesie de Pennygham, sub pena excommunicacionis maioris, nisi prius consulto et consentiente dicto Magistro Andrea, vel idem fiat: Super quibus peciit dictus M. Willelmus Stewart instrumentum aut instrumenta: Acta intra ciuitatem Glasguensem, hora quasi quinta post meridiem, vel eacirca; presentibus, Gavino Dunbar, Johanne Graham, Johanne Moffet, Alexandro Mwre, et Adam Stewart.

77. Dalgles.

Anno Domini M° quingentesimo 2°, die xix mensis Decembris, indictione vj, pontificatus pape Alexandri pape vj anno xj, et anno regni Jacobi quarti xv°: In presencia venerabilis viri, Magistri Thome Campbell, rectoris de Cumnok, canonici Glas-

guensis, judicis ad infrascripta, a sede Romana delegati, videlicet, in causa que vertitur inter venerabiles patres, fratrem Willelmum Housone, ministrum de Failfurd, ordinis Sancte Trinitatis de redempcione captiuorum, ab vna, et fratrem Thomam Diksone, ministrum de Houstoun, eiusdem ordinis, partibus ab altera, meique notarii publici et testium subscriptorum, discretus vir, Magister Ninianus Dalgles, procurator et eo nomine, vt asseruit, dicti fratris Willelmi Houstoun, instanter peciit et rogauit sentenciam diffinitiuam legi et promulgari et pronunciari, in huiusmodi causa, a dicto Magistro Thoma Campbell judice, pro tribunali sedente, in ecclesia metropolitana Glasguensi, ad jura reddenda et causas audiendas, in huiusmodi lite et controuersia: Quamquidem sentenciam, scriptis redactam, dictus judex in manibus tenens, volens requisicioni et peticioni dicti Magistri Niniani que justa erat satisfacere, tulit, promulgauit, pronunciauit, et ad finem usque perlegi, sub hac forma vberiore que sequitur: A.D. 1503.

Blank in original.

Super quibus, etc., peciit dictus M. Ninianus Dalgles, nomine quo supra, a me notario publico, etc., sibi fieri et dari instrumentum aut instrumenta: Acta in ecclesia metropolitana Glasguensi, hora quasi xj ante meridiem, vel eacirca, anno, etc.: Et ad maiorem huius rei euidenciam, sigillum dicti judicis, per dictum M. Ninianum procuratorem et eo nomine cum instancia procuratum; presentibus est appendi concessum, coram hiis testibus, Magistro Stephano Dowgles, Willelmo Kennidy, notariis publicis, et domino Roberto Cochren, capellano, testibus ad premissa vocatis.

78. Archiepiscopus Glasguensis.

Anno Domini M° quingentesimo 3°, mensis Januarii die xv, indictione vij, pontificatus pape Julii 2[di] anno primo, et anno xvj regni regis Jacobi quarti, reuerendissimus pater, Robertus miseracione diuina Glasguensis archiepiscopus, omnibus melioribus modo, via et forma, etc., creauit, nominauit, et constituit suos commissarios coniunctim et diuisim, Magistros Martinum

A.D. 1503. Red, vicarium de Mernys, ac coadiutorem Magistri Martini Wane, cancellarii Glasguensis, cum illa particula, et futurius successor, Thomam Murhed, rectorem de Stobo, Michaelem Fol. 22. Flemyng, rectorem de Ancrum, et Nicholaum Grenelaw, rectorem de Eddilstoun, canonicos Glasguenses, ad hunc effectum solum, videlicet, ad prolongandum et differendum causam seu causas, que uertitur seu uertuntur inter reuerendum patrem, Dauid, miseracione diuina episcopum Lismorensem ab vna, et nobilem et potentem dominum, Archibaldum comitem Ergadie, dominum Lorne, et Magistrum Hospicii supremi nostri regis, partibus ab altera, a die Sabbati proxime futuro, qui est xx^{ma} dies mensis instantis, vsque ad proximum diem Veneris prime hebdomade xlme proxime future: Ac eciam ad cognoscendum in causa interfeccionis presbiteri de Corsby, xxiij die instantis mensis, si lites de huiusmodi interfeccione per partes proponantur, vel ad prolongandum huiusmodi causam usque ad predictum diem Veneris, prime hebdomade xlme, prout videbitur ipsis commissariis pro tempore expedire et congruum esse: Super quibus, peciit dictus reuerendissimus pater, instrumentum aut instrumenta: Acta in edibus dicti reuerendissimi patris, hora quasi xj ante meridiem, vel eacirca; presentibus, M. Dauide Conigham, officiali Glasguensi generali, canonico Glasguensi, dominis Andrea Merschell, Patricio Blakader, Georgio Ross, capellanis, Johanne Cokburn, et Johanne Heriote, testibus.

79. Ross.

Anno Domini M^{o} quingentesimo 3°, mensis Februarii die v^{ta}, indictione vij, pontificatus pape Julii 2^{di} anno primo, et anno regni Jacobi quarti xvj^{o}: In mei notarii, etc., Georgius Scot, non vi aut metu ductus, etc., obligauit se, fide media, dare statum hereditarium, et saisinam et possessionem, de quadam pecia terre, jacente intra ciuitatem Glasguensem, in le Drygate, ex parte boriali vici eiusdem, inter terras

Blank in original.

pertinente sibi Georgio; et hoc quandocunque requireretur, ad

dandum predictum statum et saisinam, per dictum dominum Georgium Ross, fraude, dolo, et omni simulacione semotis: Super quibus peciit dictus dominus Georgius Ross, instrumentum aut instrumenta: Acta intra ciuitatem Glasguensem, in edibus Nicholai Raite, textoris, hora quasi quarta post meridiem, vel eacirca: presentibus, domino Alexandro Robertoun, capellano, Waltero Androsone et Nicholao Knok, testibus ad premissa. A.D. 1504.

80. Paris—Smyth.

Anno Domini M° quingentesimo 4°, xx° die mensis Aprilis, indictione vij, pontificatus pape Julii 2^{di} anno primo, et regni regis Jacobi quarti anno xvj°: In presencia reuerendissimi in Christo patris et domini, domini nostri Roberti, miseracione diuina Glasguensis archiepiscopi, in loco capitulari ecclesie metropolitane Glasguensis, pro tribunali sedentis, ad jura reddenda et causas audiendas, suique capituli ad sonum campane capitulariter congregati meique notarii publici et testium infrascriptorum, personaliter constitutus dominus Johannes Carnweth presbiter, conuentus coram dicto reuerendissimo per literas eiusdem, responsurus eidem ex officio, vt asserebat idem reuerendissimus, ex et pro eo quod dictus dominus Johannes, sub silencio noctis Mercurii prime hebdomade xlme ultimi elapsi, ingrediens domum cuiusdum Johannis Smytht, in parrochia de Lyntoun, filiam dicti Johannis, nomine Mariotam Smytht, violenter rapuit, raptamque et equo suo impositam, ac in domum suam portatam vt viciaret, tenuit, fouit, sicut ad presens tenet et fouet, vt dicebatur publice, confessus est, quod dictam Mariotam habet, tenet et fouet, in edibus suis, et quod ipsa Mariota deducta est a domo patris in edes suas, per equum ipsius domini Johannis: Super quibus peciit dominus Johannes Paris, prelocutor dicti Johannis Smytht, ibidem presentis, et citati ex mandato dicti reuerendissimi, ad informandum et instruendum de veritate cause et rei, et ad audiendum et videndum satisfieri parti lese, et de iniuriis perpessis, vt idem reuerendissimus

A.D. 1504. asserebat, a me notario publico subscripto, peciit vnum vel plura publicum, etc., instrumentum aut instrumenta: Acta in loco capitulari ecclesie metropolitane Glasguensis, hora quasi xij in meridie, vel eacirca; presentibus, M. Martino Red, vicario de Mernys, et coadiutore M. Martini Wan, cancellarii Glasguensis, cum illa particula et futurus successor, M. Rollando Blakader, subdecano Glasguensi, M. Michale Flemyn, rectore de Ancrwm, canonico Glasguensi, M. Archibaldo Crawfurd, vicario de Erskyn, M. Niniano Dalgles, vicario de Cowper, M. Patricio Coventre, rectore de Gerwald, M. Archibaldo Layng, vicario de Colmonell, M. Johanne Blakader, et domino Johanne Rankyn, capellanis, testibus.

81. Archiepiscopus Glasguensis.

Anno Domini millesimo quingentesimo 4°, die vero mensis Aprilis xvij, indictione vij, pontificatus pape Julii 2^{di} anno primo, et regni Jacobi quarti anno xvj°: In mei notarii, etc., capitulique ecclesie metropolitane Glasguensis, ad sonum campane capitulariter congregati, et testium infrascriptorum, reuerendissimus in Christo pater, Robertus miseracione diuina Glasguensis archiepiscopus, in loco capitulari ecclesie metropolitane Glasguensis, pro tribunali sedens, die Mercurii proxime post sinodum eiusdem, ad jura reddenda et causas audiendas, publice declarauit et confessus est se, extunc comparatum et promptum reddere justiciam, cuilibet volenti agere vel prosequi in causis criminalibus, penes clericos et ecclesiasticos, replegiatos et extractos ab itinere justiciarie secularis, ad jurisdictionem ecclesiasticam, et nemo comparuit: Super quibus peciit idem reuerendissimus instrumentum aut instrumenta: Acta in loco capitulari ecclesie metropolitane Glasguensis, hora quasi xij in meridie, vel eacirca; presentibus, M. Martino Red, vicario de Mernis, coadiutore, etc., Magistris Rollando Blakader, subdecano Glasguensi, M. Roberto Forman, precentore Glasguensi, Thoma Muirhed, rectore de Stobo, Dauid Conigham, officiali et canonico Glasguensi, Johanne Gibsoun, rectore de Ranefrew, Nicholao

Grenelaw, rectore de Eddilstoun, Johanne Blakader, et domino Johanne Rankin, capellano, testibus, etc. A.D. 1504.

82. Hay.

Anno Domini M° quingentesimo quarto, die vero mensis Aprilis xxv, indictione vij, pontificatus pape Julii 2[di] anno primo, et anno regni Jacobi quarti xvj°: In mei notarii, dominus Johannes Hay deliberauit in manibus domini Baldredi Blakader, militis, vnam cartam et preceptum saisine, in debita forma, de quinque libratis terrarum de Ethkermure, cum pertinenciis, prout in eisdem ad plenum continetur, sigillatam sigillo patris sui, Johannis domini Hay de Zestir, que idem dominus Baldredus recepit: Similiter dominus Baldredus Blakader dedit et deli- Fol. 23.
berauit, in manibus dicti domini Johannis Hay de Beltoun, militis, vnam reuersionem, in debita forma, de dictis quinque libratis terrarum de Ethkermure, prout in eadem magis ad longum continetur, vnacum litera acquietancie dicti domini Baldredi, de centum libris, de resta summe quadringentarum librarum, prout in eadem cauetur, facta per dictum dominum Baldredum, heredes suos et assignatos, dicto Johanni domino Hay, heredibus suis et assignatis, sigillata proprio sigillo dicti Baldredi quas idem dominus Johannes Hay recepit: Insuper dictus dominus Baldredus consensit in dissolucionem et annichilacionem cuiusdam acti, confecti in libro actorum domini officialis Glasguensis, inter eosdem Baldredum et dominum Johannem Hay de Beltoun, in quo obligabantur dominus Robertus Hammyltoun de Prestoun, et dominus Jacobus Hammyltoun de Schawfeild, milites, dicto domino Baldredo, in certa summa pecunie, casu quo contigeret dictum dominum Johannem Hay militem, non deliberare dicto Baldredo dictam cartam et preceptum saisine, de dictis terris de Ethkermure, sigillatam sigillo patris sui, inter illum quartum diem Aprilis et proximum diem inde sequentem, et eciam, in quo obligabatur idem dominus Johannes Hay, ad sentenciam excommunicacionis, stante eodem

A.D. 1504. casu, videlicit, deficiente deliberacione dicte carte et precepti saisine, et hoc solum quoad relaxacionem dicti domini Johannis Hay ab obligacione ad excommunicacionem, et dictorum dominorum Roberti Hammyltoun et Jacobi Hammyltoun, militum, ab obligacione solucionis summe contente in eodem acto, ipso tamen acto quantum ad alia contenta in eodem, robur, firmitatem et vigorem habente et obtinente, ut prius: Super quibus peciit dominus Johannes Hay instrumentum aut instrumenta: Acta in edibus Archiepiscopi Glasguensis, hora quasi vj post meridiem, vel eacirca; presentibus, Johanne Cokburne, Henrico Bowtoun, et Willelmo Crawfurd.

83. Hay.

Anno, die, mense, indictione, pontificatu et regno, quibus supra: In mei notarii, etc., M. Dauid Conigham, officialis Glasguensis, dissoluit et annichilauit actum, confectum inter dictos Baldredum et Johannem, superius in precedente prothocollo expressatum, quantum ad relaxacionem dicti Johannis Hay a sentencia excommunicacionis, contenta in eodem acto, et eciam dictos dominos Robertum Hammyltoun et Jacobum Hammyltoun milites, quantum ad relaxacionem eorundem a solucione summe contente in eodem acto, ad quam obligabantur per casum superius expressatum solum, predicto tamen acto, quantum ad alia contenta in eodem, remanente in suo vigore et robore, et hoc habito prius consensu dicti Baldredi ex relaxacione, et testimonio mei notarii publici, asserentis et testantis, coram dicto officiali, dictum Baldredum consensisse, in presencia mea, in dissolucionem eiusdem acti, quantum ad superius expressata solum, vigore eciam cuius consensus, idem officialis absoluit dictum dominum Johannem Hay, simpliciter, a sentencia excommunicacionis: Super quibus peciit idem dominus Johannes Hay instrumentum: Acta in edibus dicti officialis Glasguensis, hora quasi sexta post meridiem, vel eacirca; presentibus, Johanne Cokburne, Henrico Bowtoune, et Dauide Akinhed, testibus ad premissa vocatis, etc.

A.D. 1504.

84. Georgius Ross, Capellanus.

Anno Domini M° quingentesimo 4°, die Aprilis penultimo, indictione vij, pontificatus pape Julii 2^di^ anno primo, et anno regni Jacobi quarti anno xvj: In mei notarii, etc., discretus vir Georgius Scot, et Alisona Knokis eius sponsa, non vi aut metu ducti, nec errore lapsi, seu dolo circumuenti, sed sua mera, libera et spontanea voluntate, eorundemque vtilitate vndique preuisa et pensata, vnanimi consenu et assensu, vendiderunt, ac titulo venditionis et alienationis, a se heredibus suis et assignatis, pro perpetuo alienauerunt, discreto viro domino Georgio Ross, capellano, quoddam tenementum cum cauda, jacens in ciuitate Glasguensi, in le Drygate eiusdem, ex parte boriali vici eiusdem, inter terras quondam Thome Morisone ex parte orientali ab vna, et terras Finlai Henrisone ex parte occidentali partibus ab altera, et protendens a strata publica eiusdem vici, vsque ad torrentem de Malindinor ab australi et occidentali partibus, pro quadam certa summa pecunie, sibi Georgio et Alisone, in sua magna et urgenti necessitate, plenarie et integre, premanibus per dictum dominum Georgium gratanter persoluta: De quaquidem summa pecunie, fatebantur se plenarie et integre, in pecunia numerata persolutos, predictumque dominum Georgium Ros, heredes suos, executores et assignatos, de predicta summa quieteclamauerunt imperpetuum: Tenendum et habendum, predictum tenementum cum cauda et pertinenciis, dicto domino Georgio Ros, heredibus suis et assignatis, a dictis Georgio Scot, et Alisona Knokis sponsa sua, et heredibus suis, in feodo et hereditate imperpetuum, prout jacet in longitudine et latitudine, in domibus et edificiis, hortis, per omnes rectas metas suas antiquas et diuisas, cum libero introitu et exitu, ac cum omnibus aliis et singulis libertatibus, commoditatibus, ac justis suis pertinenciis quibuscunque: Reddendo inde annuatim, dictus dominus Georgius Ros, heredes sui et assignati, annuos redditus et onera debita et consueta: Quodquidem tenementum cum pertinenciis, prefati Georgius et Alisona sua sponsa, in fauorem dicti domini Georgii Ros, et ex

A.D. 1498. causa predicte vendicionis et alienacionis, in manibus Thome Huchonsone, vnius balliuorum ciuitatis Glasguensis, pro tempore, per massam terram et lapides, sursum dederunt, pureque simpliciter resignauerunt; ac totum jus et clameum que habent, habuerunt, aut quouismodo habere poterant in eodem: Qua resignacione facta et recepta, idem balliuus statum hereditarium et saisinam, ac realem actualem et corporalem possessionem, dicto domino Georgio Ros, heredibus suis et assignatis, per terre et lapidis tradicionem, ut moris est, tradidit et deliberauit, saluo jure cuiuslibet; soluendo inde onera et firmas debitas et consuetas: Insuper predicta Alisona, in absencia sui mariti, et coram me notario publico stipulanti vice omnium et singulorum quorum interest, aut interesse poterint in futurum, et coram testibus subscriptis, et balliuo predicto, prestitit corporale juramentum, tactis sacrosanctis Dei euangeliis, se non esse aut fuisse vi aut metu ductam, nec errore lapsam, aut dolo circumuentam, ante huiusmodi vendicionem et resignacionem, sed attentis et consideratis suis et mariti sui, et prolium suarum commodo et vtilitate, ad premissa voluntarie et libere consensisse, et quod huiusmodi vendicionem, alienacionem, et resignacionem, imposterum nunquam reuocare, contradicere, aut contrauenire, per se vel alium aut alios nomine suo, publice vel occulte, directe vel indirecte, in judicio vel extra: Super quibus peciit dictus dominus Georgius Ros, a me notario publico, etc., instrumentum aut instrumenta: Acta super solum dicti tenementi, hora quasi vij ante meridiem, vel eacirca; presentibus, Andrea Letrik, sergiando dicte ciuitatis pro tempore, Johanne Kewk, Alano Gluuer, Matheo Wan, Jacobo Wilson, et Nicholao Knok, testibus.

Fol. 24.

85. Walles.

Anno Domini M° nonagesimo viij°, penultimo die mensis Aprilis, indictione xv, pontificatus pape Alexandri pape sexti anno vj°, et anno regni Jacobi quarti x: In mei notarii, [etc.,] personaliter constitutus Johannes Riddale, clericus parrochialis

perpetuus ecclesie Sancte Crucis de Berneweill, sursum reddidit, A.D. 1498. pureque et simpliciter resignauit et dimisit, totum jus, clameum, proprietatem, et possessionem, que et quas habuit, in vel ad clericatum parrochialem dicte ecclesie, et administrationem et regimen et portationem aque benedicte in eadem parrochia, per traditionem aspersorii, wlgariter le haly water styk, in manibus venerabilis patris, fratris Willelmi Howstoun, ministri domus de Failfurd, ordinis Sancte Trinitatis de redempcione captiuorum, tanquam in manibus rectoris et vicarii dicte ecclesie: Qua resignacione facta et debite recepta, idem minister dictum clericatum parrochialem, siue officium administracionis et portacionis aque benedicte in dicta parrochia, cum omnibus suis juribus, emolumentis et pertinenciis, per tradicionem dicti aspersorii Paulo Walles, filio liberali Georgii Walles in Symontoun, tradidit et pro perpetuo assignauit, recedentes interim dicti Georgius Walles, Paulus Walles, et Johannes Riddal, a dicta domo de Failfurd, et intrantes ecclesiam ipsam de Berneweill, preceperunt dicti Georgius et Johannes, fratri Johanni Mychelsoun, curato dicti ecclesie pro tempore, nomine et ex parte dicti ministri, tradere le haly water styk et stop, dicto Paulo Walles, in signum tituli possessionis et concessionis dicti clericatus sibi prius facti, quorum preceptis tanquam justis et racioni consonis annuens, dictus frater Johannes Michell, tanquam filius obediens, habito eciam prius consensu aliquorum parrochianorum ibidem pro tempore presencium, dicto Paulo Walles, predicta le styk et stop donauit, in signum possessionis dicti clericatus, et in eodem induxit et inuestiuit: Ac iterum, reassumens predictum aspersorium de manu dicti Pauli, sequente Paulo portante post ipsum le haly water stop, parrochianos ibidem pro tempore presentes, aqua benedicta aspersit et madefecit: Super quibus peciit dictus Georgius Walles, pater dicti Pauli, nomine ipsius Pauli, a me notario, instrumentum aut instrumenta: Acta singillatim in ecclesiis de Failfurd et Berneweill, inter horas xj et xij, vel eacirca; presentibus, Willelmo Walles, fratre germano Johannis Walles de Cragy, Roberto Walles, Alexandro Symontoun,

ymmoverius sui superioris et ministri (written on margin in original).

A.D. 1504. Eduardo Legate, Cuthberto Revoch, Willelmo Gilmur, Martino Calduell et Thoma Michel.

86. Failfurde.

Anno, die, mense, indictione, pontificatu, et regno, quibus supra, frater Willelmus Howstoun, minister antedictus, peciit instrumentum a me notario, quod dicta resignacio fuit facta in manibus suis, tanquam in manibus vicarii et rectoris de Berneweill, protestans quod si aliquem infuturum contingeret resignacionem dicti clericatus fieri, in manibus cuiuscunque alterius, non ministri dicte domus, sibi successoribus aut conuentui suo, aut eorum juribus, non cederet in preiudicium: Super quibus peciit dictus frater Willelmus Houstoun minister, instrumentum aut instrumenta: Acta in ecclesia de Failfurd, hora xj ante meridiem, vel eacirca; presentibus, Willelmo Walles, Roberto Walles, Eduardo Legat, Georgio Walles, Thoma Mychell, Willelmo Gilmur, Alexandro Symontoun, Cuthberto Revoche.

87. Inglis.

Anno Domini M° quingentesimo 4°, die vero mensis Junii quinta, indictione vij, pontificatus sanctissimi pape Julii secundi anno primo, et anno regni Jacobi quarti xvj: In mei notarii, [etc.,] quidam Johannes Knox, custos assignatus et deputatus a balliuis ciuitatis Glasguensis, pro tempore, ut assertum erat, ad custodiam domini Johannis Brakanrig, capellani vicarii chori Glasguensis, in extremis ex morbo pestifero laborantis, in domo Patricii Hammyltoun, alias Johannis Elphinstoun, publice confessus est et declarauit, coram me notario publico et testibus subscriptis, etc., stipulanti vice omnium et singulorum quorum intererat, quod dictus dominus Johannes, per ipsum Johannem rogatus, si condidisset testamentum, vel si vellet condere, respondit se perprius constituisse, et extunc staturum Patricium Hammyltoun suum vnicum executorem, et bonorum suorum, tam immo-

bilium quam mobilium, intromissorem, et omnia eadem reponi in manibus suis vbicunque locorum existant, vt ipse disponat de eisdem, prout anima sua et suis, juxta arbitrium et voluntatem ipsius Patricii, prout sibi videbitur magis expeditum, et hec in veritate dixit idem Johannes Knox, affirmante eadem Besseta Revoch, altera custode dicti domini Johannis: Super quibus peciit Johannes Inglis, nomine dicti Patricii, instrumentum aut instrumenta: Acta ante fores dictarum edium Patricii Hammyltoun, hora viij post meridiem, vel eacirca; presentibus, M. Alexandro Inglis, thesaurario Glasguensi, domino Willelmo Smyth, vicario chori Glasguensis, Johanne Hugofeild, et Roberto Dikky, testibus. A.D. 1504.

88. Subdecanus Glasguensis.

Anno Domini M° quingentesimo 4°, die vero mensis Junii xix, indictione vij, pontificatus pape Julii pape secundi anno primo, et regni Jacobi quarti xvij: In nostra notariorum et, etc., personaliter constitutus venerabilis vir, Magister Rollandus Blakader, subdecanus Glasguensis, prebendarius de Cadder, casuum futurorum prouidus, et imminentibus dampnis et grauaminibus occurrere volens, cognito prius se cum quondam honorabili viro, domino Patricio Blakader de Tullialloun milite, patre suo, quoddam iniisse contractum, mutua subscripcione firmatum, necnon per dominum Willelmum Wilkysone notarium publicum, sub forma publici transsumpti, de quo transsumpto nobis constabat, in quo cauetur ipsum M. Rollandum, dicto domino Patricio, suis heredibus et assignatis, certam annuam pensionem in pecunia et farina, ad aliquot annos debere persoluere, prout in euidenciis desuper confectis ad plenum habetur, prestito juramento consistoriali, declarauit et confessus est, se ad huiusmodi pensionem soluendam inuite obligatum et ductum metu, de eadem prebenda de Cadder, ac etiam dicti quondam patris sui, cui pro tempore ipsum M. Rollandum ita obligari volenti et solicitati contradicere non auderet, quia partem fructuum beneficii sui de Cadder ab eo detinebat, quos fructus de

A.D. 1504. manibus suis eripere non poterat, necnon metu et terrore aliorum casuum fortuitorum, ex quibus sibi et suo beneficio lesionem et grauamen inferri timebat, viso quod literas collacionis dicti beneficii de Cadder, vna cum bulla prime legittimacionis ipsius Magistri Rollandi, a sede Romana eidem generose concessas, idem dominus Patricius Blakader apud se seruatas retinebat, solenniter protestatus ne dictus contractus ac appunctuamentum, aut transsumptum eiusdem, robur, munimentum, aut firmitatem in judicio aut extra obtineant, vel sibi suis beneficio aut consciencie
Fol. 25. preiudicium aliquod aut lesionem inferant, aut perprius soluta de huiusmodi farina et pecunia, per dictum M. Rollandum, dicto suo patri, racione huiusmodi contractus, sibi preiudicent in futurum: Super quibus peciit dictus M. Rollandus subdecanus instrumentum aut instrumenta: Acta in ecclesia metropolitana Glasguensi, retro magnum altare, tempore magne misse, hora quasi xj, vel eacirca; presentibus, dominis Thoma Clerk et Andrea Burell, capellanis, et domino Richardo Fergussone, capellano, notario publico, et seruitore quodam dicti subdecani, videlicet, Roberto Broun.

89. Crawfurd—Blare.

Anno Domini M° quingentesimo 4°, die vero mensis Januarii sexto, indictione viij[a], pontificatus pape Julii 2[di] anno secundo, et anno regni Jacobi quarti xvij°: M. Dauid Chonigham, vicarius generalis reuerendissimi patris Roberti Glasguensis archiepiscopi, in remotis agens, cum illa clausula, Vobis tribus, vestrumve duobus, aut vni,—dispensauit, virtute cuiusdam commissionis dicto archiepiscopo et suis vicariis generalibus commisse, cum Andrea Crawfurd, tunc presente, et Katherina Blare comparente per M. Willelmum Kennidy, procuratorem et eo nomine dicte Katherine, ad hoc sufficiens mandatum habentem, prout michi legitimis constabat documentis, attingentes se inuicem, etc., quarto consanguinitatis gradu, et prolem inde suscipiendam legitimam decreuit: Tenor commissionis incepit sic, Venerabili

animam recepit conseruandam idem vicarius generalis: Super quibus, pecierunt dictus Andreas pro se, et dictus M. Willelmus Kennidy, procuratorio nomine dicte Katherine, vnum aut plura instrumentum aut instrumenta: Acta in edibus dicti vicarii generalis, intra ciuitatem Glasguensem, hora tercia post meridiem, vel eacirca; presentibus, Magistris et dominis Johanne , Christoforo Boid, notariis publicis, Dionisio Achinlek, Thoma Gray, Karolo Blare, et Johanne Barclaye.

A.D. 1504.

MS. obliterated here.

90. Crawfurd.

Anno Domini M° quingentesimo 4°, die Sabbati, quarto mensis Januarii, indictione viij, pontificatus Julii 2^dl^ anno 2°, et anno regni Jacobi quarti xvij: Personaliter et capitulariter congregati canonici et vicarii chori Glasguensis, ad pulsum campane, vnanimi consensu et assensu ac quitarunt M. Archibaldum Crawfurd, vicarium de Erskyn, possessorem hereditarium tenementi quondam M. Nicolai Ros, jacentis inter [tenementum] quondam Willelmi Dunovell a boriali, et quondam M. Willelmi Steward ab australi partibus, et vicum magnum, qua itur ab ecclesia cathedrali ad crucem foralem, ex orientali et anteriore, et communem viam inter hortos burgorum, et locum Fratrum Minorum, ex occidentali et posteriore partibus, suosque heredes executores et assignatos, de annuo redditu dicti tenementi, pro terminis elapsis debito dictis vicariis usque ad diem confectionis presencium, extendente annuatim ad xl^s^ vsualis monete, necnon jus et clameum juris, si quod eis competebat, de dicto tenemento cum pertinenciis, de terminis transactis, ob non solucionem terminalem dicti annui redditus, sursum dederunt, ac sibi M. Archibaldo assignarunt: Quare dictus M. Archibaldus super se acceptauit persoluere dictis vicariis, occasione premissorum, tres libras vsualis monete, pro annuis redditibus transactis, nondum dictis vicariis per eum solutis, necnon in futurum, gratam solucionem facere de dicto annuo redditu, ad terminos consuetos:

MS. obliterated here.

A.D. 1504. Super quibus peciit idem M. Archibaldus, a me notario et scriba capituli pro tempore, vnum et plura instrumentum et instrumenta: Acta in loco capitulari, hora x^a ante meridiem, vel eacirca; et ad maiorem huius rei euidenciam, sigillum commune dicti capituli, cum instancia procuratum et concessum presentibus est appensum, coram hiis testibus, M. Martino Red, cancellario Glasguensi, Alexandro Inglis, thesaurario, Dauid Chonigham, prebendario de Glasgow secundo, ac officiali Glasguensi, Nicholao Grenelaw, prebendario de Eddilstoun, canonicis Glasguensibus, Gilberto Bynnyng, notario publico, et Willelmo Denby, sacrista, testibus ad premissa vocatis pariter et rogatis.

91. Gibson.

Anno Domini M° quingentesimo 4°, xj die mensis Januarii, indictione viij, pontificatus pape Julii 2^{di} anno 2°, et regni anno xvij; M. Dauid Conigham, vicarius generalis reuerendissimi patris Roberti Glasguensis archiepiscopi, in remotis agens, cum illa clausula, Vobis tribus, vestrumve duobus, aut vni, coniunctim et diuisim,—exhortabatur et rogabat, nomine dicti reuerendissimi patris, Magistrum Johannem Gibson, rectorem de Ranfrew, ac edilem et magistrum operis ecclesie Sancti Kentigerni, exponere pecuniam, et facere expensas, de paruis et minutis rebus laborandis, circa dictam ecclesiam, et in ipsa sicut sui predecessores magistri dicti operis fecerent: Super quibus, peciit dictus M. Johannes Gibson, instrumentum et instrumenta: Acta in loco capitulari ecclesie Glasguensis, hora x^a ante meridiem, vel eacirca; presentibus, Magistris Martino Red, coadiutore et futuro successore M. Martini Wan, cancellarii Glasguensis, Alexandro Inglis, thesaurario, Roberto Erskyn, rectore de Lus, Nicholao Grenelaw, rectore de Eddilstoun, Adam Culquhown, rectore de Govan, Patricio Elphinstoun, rectore de Erskyn, canonicis Glasguensibus, testibus, etc.

A.D. 1504.

92. Vicarii Chori.

Anno Domini M° quingentesimo 4°, xviij die mensis Januarii, Sabbati, indictione viij, pontificatus pape Julii 2[di] anno 2°, et anno regni xvij: In presencia capituli Glasguensis, ad sonum campane capitulariter congregati, meique notarii publici et testium subscriptorum, dominus Thomas Forsith, procurator et eo nomine vicariorum chori, et nomine ipsorum, opposuit se, protestando ne dominus Willelmus Smyth, capellanus quondam Magistri Jacobi Lindesay, decani Glasguensis, haberet dimidietatem communiarum incumbencium vicariis chori, ac eciam ne aliqui in futurum taliter fundandi, haberet dictam dimidietatem communiarum, nisi subirent idem onus in singulis, quod dicti vicarii chori pro ipsis communiis dictis subierunt: Super quibus peciit dictus dominus Thomas Forsith, nomine procuratorio quo supra, et nomine dictorum vicariorum, instrumentum: Acta in capitulari loco Glasguensi, hora x ante meridiem, vel eacirca; presentibus, M. Martino Rede, coadiutore et futuro successore Magistri Martini Wan, cancellarii Glasguensis, Patricio Elphinston, rectore de Erskyn, Dauid Chonigham, officiali, Nicholao Grenelaw, rectore de Eddilstoun, Roberto Erskyn, rectore de Lus, et domino Jacobo Siluer, rectore de Durisdere, canonicis Glasguensibus, testibus ad premissa vocatis pariter.

93. Ros—Stewart.

Fol. 26.

Anno Domini M° quingentesimo 4°, Veneris, vij Marcii, indictione viij[a], pontificatus pape Julii 2[di] anno 2°, et regni anno xvij°: Concordatum et compromissum est, eorum magnis interuenientibus juramentis, tactis sacrosanctis Dei euangeliis, de non reuocando, sed de stando, et se subiciendo, sub forma speculatoris, decretis, laudo, sentencie, et amicabili composicioni, Alani Stewart de Cardonald, Constantini Dunlop de Hunthall, electi pro parte Hectoris Stewart, compromittentis, necnon, Willelmi Dalzel de eodem, et Willelmi Inglis de Langwell, electi pro

A.D. 1504. parte Willelmi Ros de Montgrenane, compromittentis, et domini Ade Mwre, militis, de Calduel, tanquam superioris, electi equaliter ab vtraque parte, arbitrum arbitratorum et amicabilium compositorum, concernencium jus et clameum terrarum de Nedder Schawtoune cum pertinenciis, jacencium in ballia de Kilbride, et intra vicecomitatum de Lanark; ac eciam concernencium cordialem amicitiam et amicabilitatem tractandas inter eosdem compromittentes, inter dictos Hectorem Stewart de Ras, actorem ab vna, et Willelmum Ros de Montgrenane, reum partibus ab altera, videlicet, quod dicte partes comparebunt, Jouis x^a Aprilis proxime futuri, in ecclesia Fratrum Predicatorum de Glasgow, portans secum quelibet arbitros electos pro sua parte, vna cum documentis et juribus, quibus hinc inde vsite sunt in dicta causa: Et si contingat aliquam predictarum partium non portare aut producere arbitros electos pro sua parte, die et loco preallegatis, licebit parti non habenti arbitros suos tunc presentes, eligere et producere solertes arbitros, qui cum ceteris admissi, cognoscent in causa, eodem modo sicut arbitri arbitratores et amicabiles compositores electi a partibus die confectionis presencium: Et insuper, si a casu veniat dictum dominum Adam Mwr renuere, et non velle esse superiorem dictis arbitris arbitratoribus, etc., compromittentes sunt contenti et consenserunt in Robertum Conigham de Achinhervy, quod erit superior dictis arbitris, etc., in decisione dicte cause: Quiquidem arbitri, etc., acceptaturi in se decisionem dicte cause, secundum quod allegabitur et probabitur coram eis, deliberabunt et decernent in premissis, inter dictum decimum diem Aprilis proxime venturum, et festum Pentechostes proxime inde sequens, et diucius sicut videbitur velle dictis arbitris arbitratoribus et amicabilibus compositoribus, quorum laudo, decreto, sentencie, et amicabili composicioni, dicte partes hinc inde jurate, fide data, firmiter obligate sunt se subicere et irreuocabiliter stare, fraude et dolo seclusis, in forma speculatoris, juxta formam compromissorii, manualibus subscripcionibus vtriusque compromittentis subscripti, desuper confecti, cuius tenor sequitur in wlgari :—At Glasgo, the vij day of Merche, in

the zere of God j^m v^c iiij zeris, etc.: Super quibus premissis, pecierunt Magistri Jacobus Neilsone, procurator nomine dicti Hectoris, et Dauid Dwn, procurator nomine dicti Willelmi Ros, a me instrumentum et instrumenta, cui et quibus, peciit dictus Dauid Dwn dictum compromissorium inseri: Acta in loca capitulari ecclesie Glasguensis, hora xj ante meridiem, vel eacirca; presentibus, domino Johanne Stewart de Mȳnto, milite, Patricio Culquhoune de Glen, dompno Johanne Dowgles, vicario de Kirkconwell, ordinis premonstratensis, Waltero Dowgles, Georgeo Culquhoune, filio et herede apparente dicti Patricii, Thoma Mwry, et M. Matheo Stewart, capellano, notario publico testibus. A.D. 1504.

94. PANTER—CLERKSONE.

Anno Domini M° quingentesimo 4°, Mercurii xij mensis Marcii, indictione $viij^a$, pontificatus pape Julii secundi anno secundo, et regni anno xvij, etc.: Personaliter constituti dominus Alexander Panter, vicarius de Castelstaris, et M. Jacobus Neilsone, aduocatus dicti domini Alexandri, monuerunt dominum Willelmum Clerksone, capellanum, quatenus perimpleret et seruaret singula contenta in quoddam decreto, in quod dicti dominus Alexander et dominus Willelmus jurati et compromisserant, quodquidem decretum dictus Magister Jacobus Neilsone tenebat tunc ad manus, ac eciam ut desisteret et cessaret a molestando et perturbando dictum vicarium, in pacifica possessione et manuracione terrarum suarum capelle de Castelstaris, et occupacione earundem, ac eciam dimitteret domus suas et mansum, cum gleba de Castelstaris, liberas vacuas et expeditas, occupandas et manurandas per dictum vicarium et suos, et hoc intra sex dies, moniciones huiusmodi proxime et immediate sequentes, juxta formam dicti decreti, et sub penis contentis in eodem: Super quibus peciit dictus Magister Jacobus Neilsone, aduocatus dicti domini Alexandri et nomine eiusdem, instrumentum et instrumenta: Acta in ecclesia Glasguensi, hora x^{ma} ante meridiem, vel eacirca; presentibus, Dauid Barclay, Gilberto

A.D. 1504. Makbraire, Archibaldo Dowgles, Magistro Roberto Erskyn, et domino Patricio Brisone, capellano, testibus.

95. CLERKSONE.

Eisdem die, anno, hora, et coram eisdem testibus, indictione et pontificatu quibus supra, dominus Willelmus Clerksone, capellanus, asseruit et allegauit, quod ibi, videlicet, in ecclesia Glasguensi, non erat forum sibi competens, nec judex sibi competens: Super quibus peciit instrumentum et instrumenta: Acta in ecclesia Glasguensi, hora qua supra, et coram testibus prescriptis.

96. THESAURARIUS GLASGUENSIS.

Anno Domini M° quingentesimo 4°, Sabbati viij Marcii, indictione viij, pontificatus pape Julii secundi anno secundo, et regni anno xvij, etc.: Magister Alexander Inglis, thesaurarius Glasguensis, personaliter existens in loco capitulari Glasguensi, cum ceteris canonicis dicti capituli, capitulariter ad sonum campane congregatis, precepit vicariis chori, in dicto loco capitulari congregatis et presentibus, quatenus sibi intenderent et obedirent, tanquam presidenti, et nulli alteri, donec et quousque comparerent decanus, subdecanus, precentor, vel cancellarius dicte ecclesie Glasguensis, ad huiusmodi officium presidencie exequendum: Super quibus peciit, etc., instrumentum: Acta in loco capitulari Glasguensi, hora x^ma vel eacirca; presentibus canonicis, Magistris Johanne Gibsone, rectore de Ranfrew, Dauide Conigham, prebendario de Glasgw secundo, vicario generali reuerendissimi patris Roberti Glasguensis archiepiscopi, in remotis agente, Roberto Erskyn, prebendario de Lusse, Georgio Montgomery, rectore de Eglishame, Alexandro Hammyltoune, rectore de Cambuslang, Adam Culquhoune, prebendario de Govane, Martino Rede, vicario de Mernis, coadiutore cancellarie Glasguensis, Patricio Elphinstoune, rectore de Erskyn, Patricio Grahame, rectore de Kilherne, domino Jacobo Siluer, rectore de

Durisdere, et succentore Glasguensi, vicariis, videlicet, dominis Roberto Clerk, Willelmo Smyth, Thoma Forsith, Willelmo Mowsfald, Johanne Mowsfald, Willelmo Burell, Roberto Durand, Thoma Clerk, Alexandro Panter, capellanis, ac eciam domino Georgio Drummond, sacrista maiore, et Willelmo Denby, sacrista minore dicte ecclesie Glasguensis. A.D. 1504.

97. Thesaurarius. Fol. 27.

Eisdem die, videlicet, viij Marcii, anni quingentesimi 4^ti, hora, loco, et coram eisdem testibus, dictus M. Alexander Inglis, thesaurarius, precepit canonicis ibidem capitulariter congregatis, intendere et obedire sibi tanquam presedenti, et nulli alteri, donec et quousque comparerent decanus, vel subdecanus, precentor, vel cancellarius, ad huiusmodi officium presidencie exequendum: Super quibus peciit instrumentum, et acta vbi supra, hora qua supra, et coram eisdem testibus.

98. Coadiutor Cancellarie.

Eisdem die Sabbati, anno, indictione, pontificatu, hora et loco, et coram eisdem testibus, Magister Martinus Rede, coadiutor cancellarie Glasguensis, personaliter existens in loco capitulari Glasguensi, cum ceteris canonicis, die Sabbati ad sonum campane capitulariter congregatis, absentibus tamen decano, subdecano, precentore, et cancellario dicte ecclesie Glasguensis, tenens ad manus literas apostolicas, et processum desuper emanatum a sede apostolica, super prouisione dicte coadiutorie, per quondam recolende memorie papam Alexandrum papam sextum, sibi factas, indultas et concessas, declarauit quod, superiore tempore et vsque tunc, obeditum et obtemperatum erat per dictum capitulum sibi coadiutori dicte cancellarie tanquam presidenti, et hoc in absencia decani, subdecani, et precentoris, et cancellarii, cuius coadiutor a sede apostolica, per dictas literas est effectus: Ideo vero precepit vicariis chori, in dicto loco capitulari

A.D. 1504. tunc presentibus, intendere et obedire sibi Magistro Martino, coadiutori dicte cancellarie, vigore dictarum literarum apostolicarum, tanquam presidenti, semper et quousque comparerent decanus vel subdecanus, precentor vel cancellarius, cuius coadiutor est effectus ad huiusmodi officium presidencie exequendum: Super quibus peciit instrumentum, etc.: Acta vbi supra, hora et loco, et coram testibus prescriptis.

99. [COADIUTOR CANCELLARIE.]

Eisdem die, etc., dictus coadiutor porrexit michi dictum processum, emanatum super dicta prouisione coadiutorie, vigore cuius precepit michi monere dictos vicarios, presentes in dicto loco capitulari, intendere et obedire sibi coadiutori, racione sui officii coadiutorie, tanquam presidenti, et nulli alteri, viso quod decanus, subdecanus, precentor et cancellarius, cuius est coadiutor, non erant tunc presentes: Super quibus peciit idem M. Martinus instrumentum, etc.: Acta ut supra et vbi supra.

100. [COADIUTOR CANCELLARIE.]

Item, idem Magister Martinus, coadiutor, vigore dicti processus, michi porrecti, precepit michi monere dictum Alexandrum Inglis, thesaurarium, intendere et obedire sibi tanquam presidenti, viso quod decanus, subdecanus, precentor et cancellarius, cuius est coadiutor, non erant tunc presentes in dicto loco capitulari: Super quibus peciit idem M. Martinus instrumentum, etc.

101. [THESAURARIUS.]

Eisdem die, etc., idem thesaurarius peciit copiam dictarum literarum et processuum, ad auisandum cum eisdem, et eciam peciit diem ad responendum eisdem.

A.D. 1504.

102. [Thesaurarius.]

Item, dictus thesaurarius appellauit verbo a dictis literis et processibus: Super quibus peciit idem M. Alexander Inglis thesaurarius, instrumentum et instrumenta: Acta ubi supra et ut supra.

103. Thesaurarius Glasguensis.

Anno Domini M° quingentesimo 4°, secundum computacionem ecclesie Scoticane, Sabbati xv Marcii, indictione viij, pape Julii 2^{di} anno 2do, et anno regni xvij: Personaliter constitutus Magister Alexander Inglis, thesaurarius Glasguensis, coram dominis capitularibus capituli Glasguensis, ad sonum campane in loco capitulari capitulariter congregatis, in medium adduxit ipsos dominos capitulares non latere superiore Sabbato contenciones et lites motas fuisse inter ipsum thesaurarium et M. Martinum Rede, coadiutorem cancellarie Glasguensis, penes occupacionem presidencie in dicto loco capitulari, in absencia dominorum decani, subdecani, et precentoris, necnon ipsum capitulum habere laudabilia statuta, preuilegia, libertates, et immunitates, et sanctiones, et eadem cum conseruatoribus et processibus desuper emanantibus et erectis, per apostolicam sedem confirmata: Quare se non velle presumere attemptare acceptare super se solum, defensionem preuilegiorum, statutorum et libertatum dicti capituli, nisi accedentibus assistencia et adiutorio dictorum dominorum capituli: Vnde super hiis omnibus consuluit dictos dominos capitulares, declarans quod si admitterent de cetero dictum coadiutorem in presidentem, absentibus dominis decano, subdecano et precentore dicti capituli, et se presente, ipse tamen opponeret se prout actu opposuit, protestatus solenniter ne futura admissio dicti coadiutoris ad officium presidencie dicti capituli, casu quo supra, sibi suis beneficio, successoribus vel juramento cederet in dampnum aut preiudicium: Super quibus peciit idem thesaurarius instrumentum et instrumenta: Acta in loco capitulari, hora x^{a} ante meridiem, vel eacirca; presentibus,

A.D. 1504. Magistris Adam Colquhowne de Govan, Patricio Elphinstoun de Erskyn, Alexandro Hammyltoun de Cambuslang, Patricio Graham de Kilherne, Johanne Gibson de Ranfrew, Eduardo Blare de Are, Dauid Conigham de Glasgo secundo, ac officiali generali, Roberto Erskyn de Lus, et domino Jacobo Siluer de Durisdere, rectoribus, canonicis Glasguensibus.

104. Coadiutor—Thesaurarius.

Eisdem anno, die, mense, indictione, hora, loco, coram eisdem testibus, interrogatus M. Martinus Rede, coadiutor cancellarie, si haberet ratas et firmas moniciones super dicto thesaurario superiore Sabbato, per processum apostolicum factas et fulminatas? Responsit se non habere, nec velle habere ratas huiusmodi moniciones, sed irritas, nullas penitus, et inanes: Super quibus peciit idem thesaurarius instrumentum: Acta ut supra.

105. Coadiutor.

Eisdem anno, die, hora, loco, et coram eisdem testibus, dictus thesaurarius et ceteri domini capitulares, pro tempore presentes, obediuerunt et paruerunt dicto M. Martino Rede, tanquam coadiutori cancellarie Glasguensis, necnon bullis, prouisionibus, et processibus desuper erectis, et sibi per sedem apostolicam intuitu huiusmodi officii coadiutorie concessis et indultis, in omnibus et singulis concernentibus et pertinentibus dicto officio coadiutorie, et hoc, inquam, tenemur obedire de jure, non ledere priuilegia, statuta, et libertates dicti capituli: Super quibus peciit idem coadiutor instrumentum et instrumenta: Acta ut supra et vbi supra.

Fol. 28.

106. [Coadiutor.]

Eisdem, etc., idem coadiutor confessus est et recognouit se, superioribus annis, recipisse a collectore dicti capituli, communias et summas, deputatas canonicis comparentibus ad exequias mor-

tuorum, vt nuncius et seruitor duntaxat Magistri Wan, cancellarii Glasguensis, cuius vicem gerit vt coadiutor eiusdem, et non vigore officii sui coadiutorie, aut sibi intuitu eiusdem qualitercunque tanquam debitas: Super quibus peciit idem coadiutor instrumentum. A.D. 1504.

107. Conigham Officialis.

Eisdem anno, die, mense, indictione, pontificatu et regno, loco, quibus supra, hora xj vel quasi xij ante meridiem, M. Dauid Conigham, vnus vicariorum generalium reuerendissimi in Christo patris et domini nostri, domini Roberti, miseracione diuina, Glasguensis archiepiscopi, in remotis agens, cum hac clausula, Vobis tribus, vestrumve duobus, aut vni, in loco capitulari ecclesie metropolitane Glasguensis, ad jura reddenda et causas audiendas, pro tribunali sedens, assidentibus dominis capitularibus dicti capituli, capitulariter ad sonum campane congregatis, asserens sibi, vigore dicti officii vicariatus generalis, in absencia dicti reuerendissimi, incumbere et pertinere, inquirere et cognoscere de ydoneitate, sufficiencia et valencia jurium, prouisionum, collationum et euidenciarum intrancium et appropriacionum beneficia dicte diocesis Glasguensis in qua est vicarius generalis: Quare vigore commissionis vicariatus generalis in hac parte sibi commisse, requisiuit dominum Alexandrum Romannos, capellanum, jus pretendens in et ad rectoriam de Lyn, eiusdem diocesis, in medium producere, euidencias prouisionem collacionem et documenta et jura quibus nitebatur ascribere et appropriare sibi dictam rectoriam, et occupare fructus et prouentus eiusdem, tanquam qui judicialiter comparens coram dicto vicario generali, Martis quarto Marcii vltimo elapso, apud actum citatus erat, et in se acceptauit producere, die instanti, videlicet, xv Marcii, coram dicto vicario generali, omnes et singulas euidencias et jura, quibus nitebatur assumere et appropriare dictam rectoriam, et occupare fructus et emolumenta eiusdem, prout in acto desuper confecto plenius continetur: Insuper judicialiter monuit idem vicarius generalis, vigore officii sui vicariatus generalis,

A.D. 1504. dictum dominum Alexandrum Romanos primo, secundo, tercio, sub triplici edicto, et peremptorie, et sub excommunicacionis maioris pena sentencie, late si contrarium attemptaret ne intromitteret aut immisceret secum dicta rectoria aut pertinenciis, vel fructibus eiusdem, nisi prius ostensis prouisione, collacione, et juribus requisitis canonicis legitimis et sufficientibus: Super quibus peciit idem vicarius generalis instrumentum: Acta in loco capitulari judicialiter, hora qua supra; presentibus, M. Johanne Goldsmyth, vicario de Estwode et Cathkert, Johanne Gibsone, vicario de Drumgrey, dominis Willelmo Wilkesone et Thoma Conigham, notariis publicis, domino Willelmo Smyth, capellano, et M. Thoma Forsith, rectore vniuersitatis Glasguensis.

108. Conigham Officialis Vicarius Generalis.

Eisdem anno, die, mense, indictione, pontificatu, coram eisdem testibus, hora et loco prescriptis, dominus Alexander Romanos judicialiter comparens, etc., licet sepius requisitus et monitus per dictum vicarium generalem, racione sui officii vicariatus generalis, et commissionis sibi desuper concesse, cum illa clausula, Vobis tribus, etc., ostendere et in medium producere euidencias et jura, quibus nitebatur ascribere et appropriare sibi rectoriam de Lyne, et occupare fructus eiusdem, tanquam ille qui judicialiter comparens quarto Marcii vltimo elapso anni eiusdem, coram dicto vicario generali pro tribunali sedente ad jura reddenda, etc., in se acceptauit, et apud actum personaliter citatus erat comparere, ostendere et docere, die instanti, videlicet xv Marcii, coram dicto vicario generali de huiusmodi euidenciis et juribus prout habetur in acto, solum produxit duo instrumenta, subscripta et signata signis et subscriptionibus manualibus domini Leonardi Merschell, presbiteri Sancti Andree diocesis, et notarii publici, quorum alterum continebat arrepcionem itineris dicti domini Alexandri Romam versus, alterum vero modum prouisionis et institucionis sibi facte in dicta rectoria, per quemdam dominum Thomam Zong, prepositum de Bothanis, non

tamen prouisionem principalem, collacionem, aut earundem transsumptum, aut aliud juris producere voluit, licet frequenter per dictum vicarium generalem requisitus et monitus: Super quibus peciit idem vicarius generalis instrumentum: Acta ut supra. A.D. 1504.

109. [Conigham Officialis.]

Eisdem anno, etc., M. Dauid Conigam, vnus vicariorum generalium reuerendissimi, etc., cum illa clausula, Vobis tribus, etc., pro tribunali sedens, in loco capitulari ecclesie Glasguensis, ad jura reddenda, etc., vigore sui officii vicariatus generalis, et commissionis sibi desuper concesse, offerebat se promptum et paratum et omnino contentus erat, tanquam vicarius generalis, recipere et admittere dictum Romanos in rectorem dicte ecclesie de Lyne, et ad intromissionem et occupacionem et percepcionem fructuum eiusdem, quantum de jure tenebatur, si tunc judicialiter doceret et ostenderet sibi prouisionem, collacionem, documenta et jura requisita, legitima, canonica et sufficiencia, pro obtinenda possidenda et gaudenda dicta rectoria cum fructibus et pertinenciis eiusdem: Super quibus peciit idem vicarius generalis instrumentum et instrumenta: Acta ut supra.

110. Conigham Officialis.

Anno Domini millesimo quingentesimo 4°, Sabbati die xxv mensis Januarii, indictione viij, pontificatus pape Julii 2^di^ anno secundo, et regni anno xvij, personaliter constituti Alexander Burtoune, heres assertus quondam domini Dauid Burntoune, capellani, vicarii de Cambuslang, et Dauid Akinhed heres quondam Johannis Akinhed, jus hincinde pretendens in et ad quoddam tenementum, jacens in ciuitate Glasguensi, in vico magno qua itur ab ecclesia cathedrali ad crucem foralem, ex parte occidentali vici eiusdem, inter tenementa domini Archibaldi Calderwod, vicarii de Caddare, ex parte boriali ab vna, et dicti Dauidis Akinhed ex parte australi ab altera, non vi

A.D. 1504. aut metu ducti vt apparuit, etc., contenti erant et actu consenserunt, quod dictum tenementum cum pertinenciis obueniat et cedat ecclesie, ad imperpetuum cum ea remansurum, ad
Fol. 29. releuacionem animarum quondam Magistri Johannis Akinhed, Johannis Akinhed, et dicti domini Dauid Burntoun, necnon animarum suorum parentum, amicorum, benefactorum et predecessorum, ita quod qui plus juris habuerunt in et ad dictum tenementum, plus meriti habeant coram Deo de eodem: Insuper, eorum interesse, clameum et jus, si quod eis in predicto tenemento competebat, aut competere poterit in futurum, Sancte Matri ecclesie extradonarunt et assignarunt, et per presentes extradonant et assignant, necnon in ipsam sanctam ecclesiam transtulerunt, prout actu, cum eadem perpetuis futuris temporibus remansurum transferunt, etc.: Super quibus peciit M. Dauid Conigham officialis, nomine ecclesie, instrumentum et instrumenta: Acta in horto edium dicti domini officialis, intra ciuitatem Glasguensem, hora tercia post meridiem, vel eacirca; presentibus, domino Andrea Merschell, vicario de Dunlop, vno vicariorum generalium reuerendissimi patris Roberti, M. Johanne Sprewle, commissario dicti domini officialis, Johanne Hammiltoune, et Willelmo Myddilmast.

111. Besseta Boyman.

Anno Domini millesimo quingentesimo 4°, die Mercurii xxij mensis Januarii, indictione viij, pontificatus pape Julii secundi anno 2do, et anno regni Jacobi quarti xvij, Besseta Boyman, sponsa Archibaldi Willsone, ciuis Glasguensis, presentauit Dauidi Lindesay, vni balliuorum ciuitatis Glasguensis pro tempore, quoddam procurationis mandatum, subscriptum et autentice sigillatum subscripcione et sigillo Martini Oliphant, ciuis Glasguensis, continens in se potestatem et procuracionis mandatum, de cuius mandati et potestatis sufficiencia michi legitimis constabat documentis, ad sursum reddendum pureque simpliciter resignandum, in manibus dicti Dauid aut Johannis Schaw comballiuorum

dicte ciuitatis, iij solidos annui redditus, et octo solidos annui redditus, annuatim debitos et hereditarie pertinentes dicto Martino et suis heredibus, de tenementis Willelmi Hay, jacente intra dictam ciuitatem, in vico magno qua itur ab ecclesia cathedrali ad crucem foralem, ex parte orientali vici eiusdem, inter tenementa Archibaldi Wilsone a boriali ab vna, et Mathei Nicholsone ab australi partibus ab altera, et Roberti Smyth, cum pertinenciis, jacente in eadem ciuitate, in vico fullonum, ex parte orientali vici eiusdem, inter tenementa quondam Johannis Durand ab australi ab vna, et Johannis Stewart a boriali partibus ab altera; vigore cuius procuratorii, ex mandato dicti Dauidis balliui, per me notarium publicum, alta et intelligibili voce perlecti, et per eundem balliuum concepti et tanquam legitimi admissi, Robertus Wilsone, vnus procuratorum dicti Martini contentorum in dicto procuratorio et eo nomine, sursum reddidit pureque simpliciter resignauit, in manibus dicti Dauidis balliui, dictos tres solidos annui redditus cum pertinenciis, in manibus dicti Dauidis balliui acceptantis huiusmodi resignacionem; post quamquidem resignacionem sic debite factam, idem Dauid balliuus statum hereditarium, saisinam, realem et corporalem possessionem de dictis tribus solidis annui redditus cum pertinenciis, annuatim leuandis de dicto tenemento Willelmi Hay, prefate Bessete Boyman sponse memorati Archibaldi, per tradicionem denarii, fixure et stapule, ut moris est tradidit et deliberauit: consequenter prefatus Robertus Wilsone, procurator dicti Martini et eo nomine quo supra, accedens ad ipsum tenementum Roberti Smyth, ibidem resignauit in manibus eiusdem Dauidis balliui, prefatos octo solidos annui redditus cum pertinenciis, acceptantis predictam resignacionem: Qua resignacione sic facta et recepta, idem Dauid balliuus statum hereditarium, saisinam, realem, actualem et corporalem possessionem de sepedictis octo solidis cum pertinenciis, annuatim leuandis et exeuntibus de prefato tenemento Roberti Smyth, per tradicionem denarii, fixure et stapule de more, antedicte Bessete Boyman tradidit et deliberauit et imperpetuum assignauit: Super quibus peciit ipsa Besseta

A.D. 1504.

A.D. 1505. instrumentum et instrumenta: Acta singillatim apud dicta tenementa, hora xij in meridie, vel eacirca; presentibus in prima saisina, Nicholao Rait, ciue Glasguensi, Jacobo Wilsone, Johanne Arnbukle, et Petro Lindesay, presentibus in secunda saisina Dauide Knox, Rankino Salmone, Alexandro Cameron, Archibaldo Skowgall, et eciam dictis Nicholao, Jacobo, Johanne et Petro qui interfuerunt prime saisine.

112. Purviance.

Anno Domini millesimo quingentesimo quinto, die Sabbati quinto Aprilis, indictione viij, pontificatus pape Julii secundi anno secundo, et anno regni xvij: In mei dominorumque capitularium capituli Glasguensis, ad sonum campane capitulariter congregatorum, et testium subscriptorum presenciis, vicarii chori Glasguensis, capitulariter illic presentes, vnanimi consensu et assensu, consenserunt et contenti erant, quod Joneta Purvians, filia quondam Thome Purvians, habeat assedacionem acrarum agrestium pertinencium dictis vicariis, et occupet et manuret et teneat easdem pro terminis assedacionis facte per ipsos vicarios quondam Thome Purvians et Mariote Aytkyn, parentibus dicte Jonete, sine molestatione aut inquietatione; et super his presidens et capitulum interposuerunt suum decretum, ut dicta assedacio facta quondam Thome Purvians et Mariote Aytkyn, eciam seruaretur in singulis dicte Jonete: dominus Thomas Forsith vicarius chori non omnino consensit, sed dixit se contentum ipsam Jonetam habere quod racio wlt: Super quibus peciit ipsa Joneta instrumentum, etc.: Acta in loco capitulari, hora ix ante meridiem, vel eacirca; presentibus, Johanne Chawmer, balliuo de Are, domino Georgio Drummond, et Willelmo Denby.

113. Vicarius Generalis.

Anno Domini M° quingentesimo quinto, die Jouis tercio

Aprilis, indictione viij, pontificatus Julii 2^{di} anno 2do, et regni anno xvij: M. Dauid Conigham canonicus officialisque Glasguensis, vnusque vicariorum generalium reuerendissimi patris Roberti miseracione diuina Glasguensis archiepiscopi, in remotis agentium, cum hac clausula, Vobis tribus, vestrumve duobus, aut vni, coniunctim et diuisim, specialiter constitutus, pro tribunali sedens in ecclesia Glasguensi, loco capitulari eiusdem, ad jura reddenda et causas audiendas, offerens se promptum et omnino paratum tanquam vicarium generalem dicti reuerendissimi, virtute commissionis sibi desuper commisse, recipere et admittere dominum Alexandrum Romanos, capellanum, tunc presentem judicialiter, et citatum ad ipsum diem, responsurum ad instanciam M. Thome Murhede, rectoris eiusdem ecclesie de Lyne, pro molestacione eiusdem in pacifica possessione dicte sue rectorie, in rectorem dicte ecclesie de Lyne, et ad percepcionem fructuum eiusdem in quantum tenebatur de jure, si illic judicialiter in medium produceret et doceret de aliqua vera apparencia vel justo interesse, prouisionibus documentis et juribus, requisitis et sufficientibus pro obtinenda et possidenda dicta rectoria, monuit eundem dominum Alexandrum primo, secundo, tercio sub triplici edicto et peremptorie et sub pena excommunicacionis, nec intromitteret aut immisceret secum dicta rectoria aut fructibus eiusdem, nisi prius ostensis canonicis et legitimis prouisione, juribus et documentis requisitis et sufficientibus, ad obtinendam ipsam rectoriam et fructus eiusdem: Super quibus peciit idem vicarius generalis instrumentum, etc.: Acta in loco capitulari judicialiter, hora x ante meridiem, vel eacirca; presentibus, M. et dominis Johanne Goldsmyth, vicario de Estwod et Cathkert, Ricardo Dowgles, Alexandro Erskyn, Patricio Blakader, Thoma Conigham, Johanne Gibson, et Richardo Fergussone, notariis publicis.

A.D. 1505.

Fol. 30.

114. Hay—Romanos.

Eisdem anno, die, mense, indictione, pontificatu et anno regni, hora et loco, et coram eisdem testibus, M. Georgius, et dominus

A.D. 1505. Alexander Romanos, hinc inde deuenerunt plegii et fide iussores, et cautionem prestiterunt, alter pro altero, quod dominus Andreas Merschell, camerarius Glasguensis, et seruitores sui quicunque, infuturum erunt illesi et indempnes de ipsis Georgio et Alexandro, et omnibus suis et omnibus aliis quos comode impedire poterunt, fraude et dolo seclusis, nisi in quantum jura permittunt, sub pena ij^c librarum ab vtrolibet et vnoquoque eorum percipiendarum, et fabrice ecclesie Glasguensis applicandarum: In signum cuius fideiussionis et fidei desuper date, extenderunt dicto vicario generali, judici pro tribunali sedenti, manus dexteras, dantes manus et bona in securitatem premissorum: Super quibus peciit dictus Andreas Marschell Instrumentum: Acta [etc.].

115. Vicarius Generalis.

Eisdem, etc.: Coram dicto vicario generali, loco capitulari pro tribunali sedente, ad jura, etc., dominus Willelmus Wylkeson, vicarius de Carnweth, dominus Jacobus Stanhous, vicarius de Straithavene, Michael Otterburne et Georgius Blakburn obligarunt, et quilibet eorum obligauit se, extensa judici manu dextera in signum fidei desuper date, et ponentes manus et bona in securitatem et cautionem infrascriptorum, quod M. Georgius Hay et dominus Alexander Romanos, et omnes sibi adherentes et seruitores quicunque, erunt illesi et indempnes de dictis dominis Willelmo, Jacobo, Michale et Georgio, et omnibus suis quibuscunque, et illis quos comode impedire poterunt, sub pena ij^c librarum ad vnoquoque eorum contra premissa veniencium leuandarum, et fabrice Glasguensis ecclesie applicandarum: Super quibus peciit vicarius generalis, nomine ecclesie, instrumentum et instrumenta: Acta, etc.

116. Vicarius Generalis.

Eisdem, etc.: M. Dauid Conigham, vnus vicariorum generalium, etc., in loco capitulari sedens pro tribunali, ad jura reddenda,

offerebat domino Alexandro Romanos, Gavino Lummisdane, personaliter presentibus, necnon Thome Aytkyne, Thome Donaldsone, Gilberto filio eiusdem Thome, Willelmo Johnsone, et Willelmo Clewch, fulloni, comparentibus per Magistrum Georgium Hay eorum procuratorem, producentem ad hoc sufficiens mandatum, lectum et admissum, et judicialiter accusatis per Magistrum Archibaldum Crawfurd et Dauid Dwn, procuratores et eo nomine Magistri Thome Murhead, rectoris de Lyne, dimidietatem procuratorum curie consistorialis Glasguensis ad procurandum, vel per dictum M. Georgium substituendum, in causa iniuriarum mota inter dictas partes, suis moderatis sumptibus et expensis, sic quod non haberent allegare dictum vicarium generalem non esse inclinatum ad faciendum eis que juris sunt: Super quibus peciit idem vicarius generalis instrumentum: Acta per omnia ut supra. A.D. 1505.

117. Vicarius.

Eisdem, etc.: Idem vicarius generalis, in loco capitulari pro tribunali, etc., dabat dictis Romanos, Lummysdane, personaliter presentibus, et dictis Thome, Thome, Gilberto, Willelmo, et Willelmo, comparentibus per Magistrum Georgium Hay procuratorem, etc., et dicto Magistro Georgio Hay, procuratori dictorum, dominum Johannem Paris, onus procurandi et substituti in se acceptantem, ad procurandum vel aduocandum pro dictis Lummysdane et Romanos, vel ad substituendum per dictum Magistrum Georgium, juxta potestatem substituendi mandati sibi desuper concessi, et admisit eundem Paris in procuratorem et substitutum eorundem: Super quibus peciit idem vicarius generalis instrumentum.

118. Creacio Mei in Notarium Apostolicum.

Anno Domini M° quingentesimo quinto, Martis viij Aprilis, indictione viij, pontificatus pape Julii secundi anno secundo, et

A.D. 1504. anno regni xvij^{o}: creauit me in notarium apostolicum, hora x^{a}
Mutacio postestatis. ante meridiem, in ecclesia bassa Glasguensis, ante altare Sancti Nicholai, dominus Georgius Symontoune, ad hoc sufficientem habens potestatem, coram testibus, dominis Alexandro Panter, vicario de Castelstaris, Willelmo Smyth, vicario chori Glasguensis, Thoma Conigham, notario publico, et Gilberto M^{c}brayre: pecii instrumentum super hiis in vberiori forma extendendum a domino Bartholomeo Blare, notario publico.

Fol. 31.

119. Mortoun.

Anno Domini M^{o} quingentesimo 4°, x^{o} die mensis Januarii, indictione viij^{a}, pontificatus pape Julii secundi anno secundo, et anno regni xvij: In presencia Magistri Johannis Sprewle, commissarii venerabilis et egregii viri Magistri Dauid Conigham, canonici officialisque Glasguensis generalis, in ecclesia metropolitana Glasguensi, loco consistoriali eiusdem, pro tribunali sedentis, ad jura reddenda et causas audiendas, meique notarii publici et testium subscriptorum, post prestitam et inuentam cautionem judicialiter a Kentigerno Mortone, ciue Glasguensi, cessionario et assignato omnium bonorum Katherine Wrycht, ipsi Katherine de faciendo quod juris est, et quod equitatis ordo requirit, penes conseruacionem et dispositionem dictorum bonorum, dictus Kentigernus judicialiter protestando allegauit omnia dicta bona que sibi per dictam Katherinam cesserunt, sibi pleno jure debere pertinere, ex et pro eo quod dictus Kentigernus dedit dicta bona ex suis in dotem dicte Katherine sponso eiusdem, quiquidem sponsus viam vniuerse carnis ingressus est, ante lapsum anni post completum matrimonium inter eosdem: Quare judicialiter allegauit dicta bona juxta iuris ordinem sibi Kentigerno, tanquam propria et in vsum suum totaliter conuertenda, debere redundare et nulli alteri: Super quibus peciit idem Kentigernus instrumentum et instrumenta: Acta loco consistoriali judicialiter, hora xj ante meridiem, vel eacirca; presentibus, Thoma Huchonson, burgensi Glasguensi, Gilberto

Bynnyng, Magistris Willelmo Blak et Dauid Brois, notariis publicis, et domino Richardo Ottirburne, capellano. A.D. 1500.

Regali solum auctoritate.

120. Walles.

Anno Domino M° quingentesimo, xiij die mensis Nouembris, indictione 4ª pontificatus pape Alexandri pape sexti anno ix°, et regni Jacobi quarti anno xiij: In mei etc., Lambertus Walles, filius et apparens heres Dauidis Walles de Schewaltoune, non vi aut metu paterno ductus, errore lapsus, seu dolo circumuentus, etc., vt apparuit, sed sua mera, etc., cassauit, anullauit, renunciauit, omnibus condicionibus, clameis, contractibus que et quas ipse Lambertus aut aliquis alius suo nomine habet, habuit aut habere potuit, a dicto Dauide patre, pro parte ipsius Lamberti, et potissimum condicionibus et contractibus initis inter dictum Dauid et Johannem Spark, et Johannem Blare de Adamtone, pro matrimonio contrahendo inter filiam ipsius Johannis Blare et ipsum Lambertum, penes obligacionem et promissionem dicti Dauidis, saisiendi dictum Lambertum et filiam dicti Johannis in certis terris: Insuper jurauit idem Lambertus, tactis sacrosanctis scripturis, se nunquam imposterum molestaturum aut deuenturum in contrarium dicti patris sui, occulte vel palam, in judicio aut extra, aut vnquam assistere, fauere, auxilium vel consilium prebere alicui volenti molestare aut conuenire dictum patrem suum, pro huiusmodi contractibus obseruandis, vel alias, sub pena periurii et infamie: Super quibus peciit Eduardus Walles instrumentum et instrumenta: Acta in villa de Berneweill, hora quasi prima post meridiem, vel eacirca; presentibus, Willelmo Walles, Andrea Walles, filiis dicti Eduardi, Johanne Jamesone et Thoma Lang, testibus, etc.

A.D. 1500.

121. Conigham—Stewart—Dunbar.

Anno Domini M° quingentesimo, viii° mensis Nouembris, indictione 4ª, pontificatus Alexandri pape sexti anno nono, et regni anno xiij: Comparentes personaliter ad ecclesiam parochialem de Torboltoune, Adam Conigham de Caprontoun, Hector Stewart de Ras, et Cuthbertus Dunbar de Blantire, tenandi nobilis et potentis domini, Mathei comitis de Levenax, et domini Torboltoune in dicta baronia, asserebant ipsum diem, videlicet viij Nouembris, esse et fuisse assignatum eis per procuratores dicti comitis, pro diuisone habenda terre communis baronie de Torboltoun, et ipsos esse illic presentes promptos et paratos, tanquam tenandos dicte baronie, ad diuisionem habendam et fieri videndam et audiendam dicte terre communis, sed ipsum comitem non esse tunc presentem; Super quibus pecierunt dicti Cuthbertus et Hector pro se, et Adam Conigham pro se, ac eciam nomine Quintini Mwr de Ovirtoune, Alexandri Conigham de Colliame, instrumentum et instrumenta: Acta apud ecclesiam parochialem de Torboltoune, hora quasi xij in meridie, vel eacirca; presentibus, Constantino Dunlop de eodem, Willelmo Crawfurd de Beax, Alexandro Hammyltoune de Collumbiskeith, Dauide Mungumbry, domino Willelmo Rankinson, capellano, Alano Dunlop et Johanne Dunlop, filiis dicti Constantini, testibus.

122. Mure.

Eisdem anno, die, mense, indictione, hora, et coram eisdem testibus, Johannes Mwr de Auldtounburne asserebat dominum suum comitem de Lenax baronem de Torboltoun, esse in seruicio supremi domini nostri regis, in castello de Terbart, et ideo non posse nec potuisse presentem esse ad dictum diem assignatum pro diuisione habenda dicte terre communis, sed dixit dictum suum dominum venturum et compariturum apud dictam ecclesiam die Mercurii proximo futuro, ad quem diem Georgius Mwry, sergiandus dicte baronie de Torboltoun, nomine et ex

parte dicti comitis, citauit dictos tenandos vt ibidem comparerent vnacum dicto domino, pro huiusmodi diuisione terre communis habenda: Super quibus peciit idem Johannes Mwr, nomine dicti comitis, instrumentum: Acta apud dictam ecclesiam de Torboltoun, etc., vt supra. A.D. 1500.

123. Comes de Levenax.

Anno Domini millesimo quingentesimo, die xj mensis Nouembris, indictione 4ª, pontificatus pape Alexandri pape sexti anno ix°, et regni anno xiij°: Matheus comes de Leuenax ac baro baronie de Torboltoun, comparens personaliter in ecclesia parochiali de Torboltoun, coram aliquibus suis tenandis dicte baronie ibidem presentibus, allegauit dictos tenandos fuisse citatos per suum officiarium, ad ipsum ixᵐ diem Nouembris, pro diuisione habenda, et fieri audienda et videnda, terre communis baronie de Torboltoun, prout in endenturis desuper inter eosdem dominum et tenandos confectis plenius cauetur, et se esse tunc presentem promptum et paratum, et velle tunc habere diuisionem dicte terre communis: Quare stricte precipiendo, inhibuit dictis tenandis et eorum cuilibet, ne intromitterent, aut per se aut alios suo nomine, occuparent aut elaborarent dictam terram communem, donec et quousque fiat diuisio de eadem, sub omni pena quam de iure contrarium facientes et attemptantes incurrere possent: Insuper monuit et citauit dictos tenandos comparere in vigilia concepcionis beate Marie proximo futura, videlicet vij Decembris, apud dictam ecclesiam, ad diuisionem habendam dicte terre communis, et per communiter electos judices et arbitros inter eosdem fieri videndam et audiendam: Super quibus peciit ipse Matheus comes instrumentum et instrumenta: Acta in ecclesia de Torboltoun, hora xi ante meridiem, vel eacirca; presentibus, domino Adam Mwr de Caldwell, milite, Constantino Dunlop de eodem, Johanne Blare de Auchindrane, Cuthberto Dunbar de Blantire, dominis Adam Dregarne, vicario pensionario de Torboltoune, et Willelmo Rankinson, capellanis. Fol. 32.

A.D. 1504.

124. Montgomery.

Anno Domini M° quingentesimo, die xxvij mensis Aprilis, indictione tercia, pontificatus pape Alexandri pape sexti anno viij°, et regni anno xij: In presencia Johannis Scot, balliui de Irwin, in pretorio eiusdem pro tribunali sedentis, ad jura reddenda et causas audiendas, in curia capitali dicti burgi, Johannes Montgomery, prelocutor Thome Lowrans, in causa mota inter ipsum Thomam et Robertum Patinsone, asseruit se inuenisse plegios vel cautionem, wlgariter le borch, et neminem velle sibi contradicere vel inuenire le conter borch, et quod noticia per testes, quam idem Robertus adduxit ad informandum assisam, non erat nec debet esse valoris aut momenti, viso quod tale negocium habet in jure judicialiter probari per legitimam probacionem: Insuper protestatus non cedere sibi aut dicto Thome in preiudicium, deliberacionem aut decretum ipsius assise, in dicta causa conceptam aut conceptum, ex informacione dictorum testium, videlicet le knawlegis: Super quibus peciit dictus Montgomery, nomine dicti Thome Lowrans, instrumentum, etc.: Acta judicialiter in pretorio de Irwin, hora quasi xij in meridie, vel eacirca; presentibus, dominis Alexandro Scot, Jacobo Spens, capellanis, Johanne Small, et Simone Crawfurd testibus.

125. Failfurd.

Anno Domini M° quingentesimo 4°, quinto die mensis Octobris, indictione viij, pontificatus pape Julii secundi anno primo, et anno regni xvij, etc.: Frater Willelmus Housone minister domus de Failfurd, ordinis Sancte Trinitatis de redempcione captiuorum, personaliter existens super quamdam peciam terre pertinentem dicte domui de Failfurd, ut asseruit, ex eo quod retroactis temporibus tenandi dicte domus foderunt cespites et massas terre in eadem, et apposuerunt lacui de Failfurd ad constringendum et sistendum erupcionem lacus et aqueductus molendini de Failfurd, jacentem inter dictum

lacum de Failfurd et aquam eiusdem, a boriali et occidentali partibus, ab illis partibus, et terras abbatis de Melros ab orientali ab altera, asserens ipsam peciam terre, sicut ceteras terras de Failfurd, nunquam prius fuisse seminatam aut infectam menulaca, wlgariter le gulde, videns semina menulace proiecta in magna quantitate in palude super dictam peciam terre, protestatus est solemniter ne inuencio seminis ipsius menulace super dictam terram sibi suis successoribus aut domui de Failfurd esset preiudicio, videlicet, ad acquirendum aliquid juris in dicta pecia terre abbati et conuentui de Melros, quorum terre contermine et contigue dicte pecie terre erant, per totum infecte et consperse dicto semine menulace: Super quibus peciit idem Willelmus minister instrumentum: Acta super dictam peciam terre hora quasi 4ª post meridiem, vel eacirca; presentibus, Willelmo Walles, fratre germano Hugonis Walles de Cragy, Waltero Castellaw, Johanne Hammyltoun, Andrea Hammyltoun. A.D. 1504.

126. [Tunno.]

Eisdem anno, die, indictione, hora et loco, et coram eisdem testibus, Robertus Tunno tenandus abbatis et conuentus de Melros, asserebat se et suum patrem gauisos fuisse semper dicta pecia terre, et ea semper vsos fuisse fodiendo cespites et massas terre in eadem ad construccionem et clausionem suarum fossarum et maceriarum: Super quibus peciit idem Robertus instrumentum: Acta ut supra et vbi supra.

127. Failfurde.

Anno M° quingentesimo 4°, die xj mensis Octobris, indictione viijª, pontificatus pape Julii secundi anno primo, et regni anno xvijº: Frater Willelmus Howson minister domus de Failfurd, ordinis, etc., prouincialis dicti ordinis, comparens in choro ecclesie de Failfurde, in presencia fratrum Thome Mortoun, vicarii de Torthorwald, Willelmi Myllar et Jacobi Dene, faciencium

A.D. 1505. capitulum pro tempore, tenens ad manus quoddam preceptum denunciacionis, siue excommunicacionis, super fratribus Eduardo Richardson et Johanne Dikkesone, eiusdem domus et ordinis professis, propter fugam siue recessum a dicto loco sue professionis, sine licencia superiorum petita et obtenta, et propter suam apostasiam et furtiua facinora ab eisdem perpetrata, ut asseruit ipse minister, eosdem vigore eiusdem scripti excommunicauit et excommunicatos denunciauit in illis scriptis: Insuper declarauit se furto aut alias superiore anno amisisse sigillum sui officii prouincialatus, protestatus solenniter ne ipsum sigillum aut scripta vel sigillata per ipsum, sibi aut suo officio preiudicent, aut effectum in judicio vel extra imposterum sortiri valeant, sed irrita, nulla, cassa et inania wlt esse per presentes: Super quibus peciit idem Willelmus prouincialis instrumentum: Acta in choro de Failfurd, post consummacionem principalis et magne misse, hora xij in meridie, vel eacirca; presentibus dictis fratribus, Thoma Mortoun, Willelmo Myllar, et Jacobo Dene.

128. Sprewle.

Anno Domini millesimo quingentesimo quinto, Veneris ix Maii, indictione viij[a], pontificatus Julii secundi anno secundo, et regni anno xvii[o]: Magister Martinus Rede, coadiutor cancellarie Glasguensis, presidens pro tempore in capitulo Glasguensi, ad sonum campane capitulariter congregato, contulit et donauit Magistro Johanni Sprewle, presbitero, juxta conclusionem et determinacionem maioris partis capituli in ecclesia, et pluralitatem votorum eiusdem, ut assertum erat, capellaniam perpetuam fundatam per quondam bone memorie Magistrum Archibaldum Quhitlaw, ad altare Sancti Johannis Baptiste, in ecclesia metropolitana Glasguensi, tunc vacantem per mortem quondam Magistri Johannis Bigholme, vltimi capellani et possessoris eiusdem, et ad dispositionem et donacionem dicti capituli pleno jure spectantem, iniungendo sibi omnia seruicia pertinencia dicte capellanie, prout in fundacione desuper

emanata plenius cauetur: Super quibus peciit dictus M. Johannes Sprewl instrumentum et instrumenta: Acta in loco capitulari ecclesie metropolitane Glasguensis, hora nouena ante meridiem, vel eacirca; presentibus, M. Johanne Huchonsone rectore de Kilbride, domino Georgio Drummond capellano, P. Hammiltoune, dominis Georgio Symontoune, Roberto Dalgles, notariis publicis. A.D. 1505.

129. Petcon. Fol. 33.

Eisdem anno, die, indictione, pontificatu et anno regni quibus immediate precedentibus, hora secunda post meridiem, vel eacirca; Robertus Petcon, interrogatus ab Alexandro Petcon patre suo, si erat contentus de quadam litera assedacionis data et deliberata in manibus ipsius Roberti, a dicto patre, sigillata et subscripta sigillo et subscripcione eiusdem, pro litera assedacionis qua danda et deliberanda dicto Roberto idem Alexander actitauit se in libro actorum curie consistorialis Glasguensis? responsit quod fuit contentus de huiusmodi litera, tanquam de illa quam sibi debuisset dari, secundum formam acti desuper confecti: Super quibus peciit idem Alexander instrumentum: Acta in edibus Patricii Hammiltoune intra ciuitatem Glasguensem; presentibus, Hectore Stewart de Ras, Macolmo Hammiltoune, Johanne Stewart, Johanne Petcone, Johanne Mathy, et Jacobo Dowglas.

130. Petcone.

Eisdem anno, die, indictione, pontificatu, loco, hora, et coram eisdem testibus, idem Alexander Petcon approbauit, prestitit et ratificauit, et recognouit sigillum dicte assedacionis, tanquam suum proprium sigillum et ipsius sigillo impressum, ac eciam subscripcionem dicte assedacionis, factam per manum dicti Alexandri applicatam ad calamum tempore subscripcionis eiusdem: Super quibus peciit idem Robertus instrumentum: Acta ut supra.

A.D. 1505.

131. Thesaurarius.

Anno Domini M° quingentesimo quinto, Sabbati decimo die mensis Maii, vigilia Pentecostes, in capitulo generali tento in loco capitulari ecclesie Metropolitane Glasguensis, indictione viij[a], pontificatus pape Julii secundi anno secundo, et regni anno xvij: In mei notarii publici et testium dominorum capitularium, ad sonum campane capitulariter congregatorum infrascriptorum presencia, personaliter constitutus M. Alexander Inglis, thesaurarius Glasguensis, precepit canonicis capitulariter presentibus, videlicet M. Martino Rede, coadiutori cancellarie Glasguensis, Patricio Elphinstone, prebendario de Erskyn, Nicholao Greynlaw, prebendario de Eddilstoun, Johanne Gibsone, prebendario de Ranfrew, Eduardo Blare, rectori de Are, Georgio Ker, prebendario de Auldroxburgh, Dauidi Conigham, prebendario de Glasgw secundo, Roberto Erskyn, prebendario de Luss, Georgio Mungumbry, rectori de Eglishame, Thome Campbell, rectori de Cumnok, et dominis Roberto Fawsyde, rectori de Moffet, et Jacobo Siluer, succentori Glasguensi, quatenus intenderent et parerent sibi tanquam presidenti, viso quod domini decanus, subdecanus, cantor et cancellarius dicto capitulo et loco capitulari extunc abfuerunt, apponens se simpliciter quod M. Martinus Rede coadiutor cancellarie, gerens se pro presidente in dicto capitulo, et huiusmodi officium presidencie exercens pro tempore, esset presidens ipso thesaurario presente, et absentibus decano, subdecano, cantore et cancellario prelibatis, precepit eciam Thome Murhede, rectori de Stobo, et Patricio Graham, rectori de Killerne, postea comparentibus ad dictum capitulum intra spacium dimidiate hore, quatenus sibi intenderent sibi tanquam presidenti, etc. Et iterum opposuit se quod M. Martinus Rede esset presidens, ipso thesaurario presente, et absentibus decano, subdecano, cantore et cancellario: Super hiis peciit thesaurarius instrumenta: Acta in loco capitulari, hora nouena ante meridiem, vel eacirca, et circa horam decimam, presentibus dominis capitularibus quibus supra et nullis aliis.

A.D. 1505.

132. Executores—Bigholme.

Anno Domini millesimo quingentesimo quinto, die Sabbati, xvij mensis Maii indictione viij^a, pape Julii secundi anno 2°, et regni Jacobi quarti anno xvij°: Magister Dauid Conigham officialis, et dominus Andreas Merschell camerarius Glasguensis, vicarii generales reuerendissimi patris Roberti Glasguensis archiepiscopi, in remotis agentes, cum illa clausula, Vobis tribus, vestrumve duobus, aut vni, coniunctim et diuisim specialiter constitutis, confirmarunt, et presencium tenore confirmant, dominos Alexandrum Pantare, vicarium de Castelstaris, et Georgium Drummond, capellanos, in executores quondam M. Johannis Bigholme, capellani, et hoc post consideracionem Inuentarii bonorum dicti quondam M. Johannis, et composicionem portionis canonice de predictis bonis incumbentis, ordinando in hac parte, cum bonis dicti defuncti intromittendi, et eadem a quibuscunque recipiendi, necnon huiusmodi bona a detinentibus petendi, exigendi, leuandi, et de eisdem juxta extremam voluntatem decedentis disponendi, et pro detentis coram judice quocunque conueniendi, et pro anima defuncti salubriter ordinandi, ceteraque omnia et singula que officio executorum de jure aut consuetudine incumbunt faciendi, dicendi et exercendi, vt huiusmodi decedentis voluntas ad debitum perducatur effectum, cum ceteris clausulis necessariis et de jure requisitis, dictis executoribus et eorum alteri coniunctim et diuisim insolidum, vnacum administracione omnium bonorum dicti defuncti, plenam, liberam potestatem, licenciam, auctoritatem et mandatum, tenore presencium committentes et impartientes: Super quibus peciit dictus Alexander Panter instrumenta: Acta in ecclesia metropolitana Glasguensi, hora sexta post meridiem, vel eacirca; presentibus, M. Archibaldo Crawfurd, vicario de Erskyne, domino Johanno Lany, vicario de Curmannok, M. Johanne Sprewle, capellano, Gilberto McBrayr, testibus, etc.

A.D. 1505.

133. Executores—Bigholme.

Anno Domini M° quingentesimo quinto, die Lune xix mensis Maii, pontificatus Julii 2^dl anno 2°, indictione viii^a, et anno regni xvij°: Johannes Cathkin, frater quondam Magistri Johannis Bigholme, recognouit et confessus est recepisse per manus dominorum Alexandri Pantere et Georgii Drummond, executorum et bonorum principalium intromissorum eiusdem quondam M. Johannis, quinque mercas vsualis monete in pecunia numerata, et duas togas talares duplicatas, tanquam legatas eidem Johanni per dictum quondam M. Johannem, de quibusquidem quinque mercis et duabus togis tenuit se bene contentum et pacatum, et eosdem executores et omnes suos de eisdem pro se et omnibus suis quitosclamauit imperpetuum: Preterea dicti executores, citra legacionem et voluntatem defuncti, dederunt ex sua libera voluntate prefato Johanni, vnum palium, vnum birretum, vnum capicium pro egentibus, vnum cornetum, vnum stomachum, et par caligarum, de quibus tenuit se bene contentum, et eosdem executores releuare et indempnes seruare de eisdem summa quinque mercarum, togis et aliis bonis supra expressatis, penes omnes clameum aut interesse habentes aut habituros in predictis bonis: Super quibus peciit idem Georgius Drummond, alter executorum predictorum, instrumenta: Acta in vestibulo ecclesie metropolitane Glasguensis, hora 2^a post meridiem, vel eacirca; presentibus, domino Johanne Lany, vicario de Curmannok, M. Gavino Lindesay, Roberto Martyne et Gilberto Makbraer.

Fol. 34.

134. Gibson—Ranefrow.

Anno Domini M° quingentesimo quinto, die Mercurii xxvij° mensis Maii, indictione viij^a, pontificatus pape Julii 2^dl anno 2°, et anno regni Jacobi quarti xvij°: M. Johannes Gibsone, prebendarius de Ranfrew, procurator et eo nomine ut asseruit Jacobi Heriot, rectoris de Askirk, et canonici Glasguensis ut asseruit, comparens in capitulo generali Pentechostali, coram presidenti

et capitulo, loco capitulari eiusdem, peciit se nomine dicti Jacobi, admitti a dicto capitulo in prebendarium de Askirk, et canonicum et confratrem dicti capituli, offerens se nomine quo supra ad obedienciam et juramentum in forma capituli, et ad singula concernencia canonicum de nouo intrantem et admittendum: Super quibus peciit idem Gibson instrumentum: Acta in loco capitulari, hora ix ante meridiem; presentibus, M. Martino Rede, coadiutore cancellarie, Thoma Murhede, prebendario de Stobo, Dauid Conigham, prebendario de Glasgow 2°, Roberto Erskyne, rectore de Luss, Patricio Elphinstoune, prebendario de Erskyn, Nicholao Grenelaw, rectore de Edulfistoune, et domino Jacobo Siluer, rectore de Durisdere, canonicis, testibus. A.D. 1505.

135. Bothwell.

Hora decima ante meridiem, vel eacirca, eisdem anno, die, mense, indictione, pontificatu, et coram testibus prescriptis, et in eodem loco, M. Richardus Bothwell gerens se pro prebendario de Askirk, et canonico Glasguensi, comparens in capitulo generali Pentechostali, videlicet, in die Mercurii qui erat dies xvii a vigilia Penteehostes, coram presidenti et capitulo, obtulit se promptum et paratum et propensum ad obedienciam et juramentum in forma capituli, et ad singula concernencia canonicum intrantem, et de nouo admittendum, protestatus solemniter ne dicta non admissio et non recepcio sui ad obedienciam et juramentum et in canonicum capituli, sibi esset preiudicio quoad leuacionem et percepcionem communiarum, casu quo posterius fecerit residenciam: Super quibus peciit idem Bothwell instrumentum: Acta vbi supra et vt supra, hora x^a^ ante meridiem.

136. Bothwill.

Anno Domini M° quingentesimo quinto, die Sabbati vij° mensis Junii, indictione viij^a^, pontificatus pape Julii 2^di^ anno 2°, et regni anno xvij°: M. Richardus Bothwell, asserens se prebendarium de

A.D. 1505. Askirk, comparens personaliter coram Magistris Martino Rede, coadiutore cancellarie Glasguensis, presidenti pro tempore, et Magistris Thoma Murhede, rectore de Stobo, Patricio Elphinstoune, rectore de Erskyne, Roberto Erskyn, rectore de Luss, et domino Jacobo Siluer, rectore de Durisdere, canonicis Glasguensibus, facientibus capitulum pro tempore, ad sonum campane loco capitulari capitulariter congregatis, in medium produxit suplicacionem regiam, necnon prouisionem et collacionem sibi factas, de et super dicto canonicatu et prebenda de Askyrk, per venerabilem patrem Jacobum permissione diuina abbatem de Dunfermlyne, vigore nominacionis regie, a summo pontifice supremo domino regi generose concesse, tanquam tercio in dicta nominacione nominato, et electo per dictum supremum ad ipsum canonicatum et prebendam de Askirk: Quare peciit se admitti in confratrem et canonicum capituli, et ad jura et libertates eiusdem, et offerens se ad obedienciam et juramentum in forma capituli solita et consueta: Vnde presidens et capitulum, dictis prouisioni et supplicacioni regie obtemperantes, receperunt et admiserunt eundem M. Richardum in canonicum et confratrem capituli, et ad jura libertates eiusdem, et ad obedienciam et juramentum in forma capituli solita et de jure requisita, ibidem per dictum M. Richardum tunc factam et juratum per inclusionem manuum iunctarum inclusarum inter manus dicti presidentis, predictam obedienciam et juramentum nomine capituli tunc recipientis: Super quibus peciit idem Bothwell instrumentum et instrumenta: Acta in loco capitulari, hora x^a^ ante meridiem; presentibus, Patricio Culquhoune de Glen, Magistro Willelmo Brown, et domino Roberto Dalgles, notario publico.

137. Burell.

Anno Domini M° quingentesimo quinto, vltimo Maii die Sabbati, indictione viij^a^, pontificatus pape Julii 2^di^ anno 2°, et regni anno xvij°: Willelmus Smyth ciuis Glasguensis viduatus vxoris, ex sua certa sciencia et pro vtilitate prolium suarum, cum

expressis consensu et assensu Andree Smyth filii sui primogeniti et apparentis heredis, non vi aut metu ducti ad infrascripta ut asseruit, obligauit se fide media, heredes suos executores et assignatos, Patricio Smyth, Jacobo Smyth, Alano Smyth, et Mariote Smyth, prolibus suis, et heredibus suis et assignatis, in summa octuaginta librarum vsualis monete, in denariis et denariatis, videlicet, cuilibet dictarum prolium in viginti libris vsualis monete in denariis et denariatis, pro portione bonorum nature incumbente et spectante ipsis prolibus et eorum cuilibet, per mortem et decessum quondam Margarete Burell matris dictarum prolium, soluendis eisdem Patricio, Jacobo, Alano et Mariote, in decimo octauo etatis sue anno, vel cicius ad placitum dicti Willelmi: Et si sic contingat aliquam predictarum prolium adire scolas aut alias artes mechanicas, tunc soluetur et satisfiet de dicta porcione bonorum nature pro vestibus et scolaritate addiscentis in scolis, et pro expensis ipsius prolis prosequentis dictas artes mechanicas, que quidem expense sic facte, allocabuntur et defalcabuntur prefato Willelmo et heredibus suis, in restitutione dictorum bonorum: In aliis autem corporis et vite necessariis et in aliis casibus superius non expressatis, dictus Willelmus sustentabit easdem suas proles de bonis propriis ipsius Willelmi, vsque ad prescriptam etatem xviii annorum, dummodo dicte proles rexerint et gesserint se juxta consilium vtile fructuosum et honestum dicti Willelmi et ceterorum suorum parentum; preterea si contingat aliquam predictarum prolium viam vniuerse carnis ingredi ante decem octauum etatis sue annum, bona proli decedenti spectancia dabit idem Willelmus aut heredes sui executores aut assignati in prolibus superstitibus, inter easdem in prefata etate equaliter diuidenda, aut proli superstiti, per eandem in prescripta etate in integrum possidenda, casu quo in predicta etate solum fiat vnica proles superstes: Et si a casu veniat nullam predictarum prolium in decimo octauo etatis sue anno superstitem esse, tunc dicte octuaginta libre in denariis et denariatis peruenirent ad heredes propinquiores earum: Ad que omnia et singula, in omnibus et

A.D. 1505.

A.D. 1505. per omnia ut premittitur, fraude et dolo seclusis, inuiolabiliter et sincere obseruanda, idem Willelmus obligauit se heredes suos executores et assignatos, et omnia bona sua mobilia et immobilia in vberiore et strictiore forma obligacionis, fide data per exhibicionem et extensionem manus dextere ad manum mei
Fol. 35. notarii publici, vice omnium et singulorum quorum interest aut interesse poterit infuturum predictas fidem et manum recipientis: Super quibus peciit dominus Willelmus Burell, capellanus, nomine et ex parte dictorum Patricii, Jacobi, Alani et Mariote, instrumentum et instrumenta: Acta intra ciuitatem Glasguensem, edibus dicti Willelmi Smyth, hora viij^a^ post meridiem, vel eacirca; presentibus, Johanne Are, Jacobo Mitishill, Willelmo Brwne, et Georgio Burell, testibus.

138. Naper.

Anno Domini M° quingentesimo quinto, Lune ix die mensis Junii, indictione viij^a^, pontificatus Julii 2^di^ anno 2°, et regni Jacobi quarti anno xvij°: Joneta Naper virgo, filia quondam Willelmi Naper, etatis annorum nubilium, videlicet, sedecim annorum ut asseruit, in sua pura virginitate, judicialiter comparens in loco consistoriali ecclesie metropolitane Glasguensis, hora causarum, tactis sacrosanctis scripturis, ad sacra Dei euangelia, sponte et solemniter jurauit coram M. Dauide Conigham officiali Glasguensi, recipienti vice omnium et singulorum quorum interest aut interesse poterit infuturum, pro tribunali sedenti, ad jura reddenda et causas audiendas, quod perprius et alias sic jam de nouo, non vi aut metu ducta, errore lapsa seu dolo circumuenta, sed ex certa sciencia, suis comodo et vtilitate vndique preuisis et pensatis, pro suo interesse, consensit et assensit in talliacionem terrarum de Kilmehew, Bullulle et Myltoune, cum pertinenciis, jacencium in comitatu de Leuenax et intra vicecomitatum de Dunbertane, jam talliatarum Roberto Naper, fratri Jacobi Naper de Kilmehew, et heredibus suis masculis quibuscunque, prout in carta tallie sibi desuper con-

fecta ad plenum cauetur: Quosquidem assensum et consensum A.D. 1505. perpetui roboris firmitatem habituros pro nunc prout extunc, et eque judicialiter approbauit, innouauit, ratificauit et confirmauit, sicut de presenti et judicialiter approbat, innouat, ratificat, ac pro se et heredibus suis tam de linea quam de tallia pro perpetuo confirmat, ac per presentes et de nouo in talliacionem prescriptarum terrarum de Kilmehew, Ballule et Myltoune, cum pertinenciis, irreuocabiliter et sponte consentit et assentit, obligando se et heredes suos quoscunque, tam de linea quam de tallia, suos executores et assignatos, in strictiore forma obligacionis, fide data judicialiter per extensionem manus dextere ad manum dicti domini officialis recipientis, quod nunquam contra premissa, in toto vel in parte, clam aut palam, directe vel indirecte, in judicio vel extra, per se aut suos aut aliquos suo nomine, fraude et dolo seclusis, deuenire, vel ea infuturum reuocare, sub penis camere apostolice periurii et infamie: Quare omnibus juri, clameo, jurisque titulo, tam petitorii quam possessorii, que sibi in dictis terris de Kilmehew, Bullule et Myltoune, cum pertinenciis, retroactis temporibus competebant, competunt, aut in futurum sibi aut suis quomodolibet competere poterunt, cessit et renunciavit, ac pro se et heredibus suis quibuscunque, per presentes cedit et renunciat, et eadem extradonat et dimittit, et in personam Roberti Naper prefati et heredum suorum masculorum quorumcunque, juxta formam tallie sibi et suis desuper concesse, cessit, transtulit et transportauit, ac per presentes transfert cedit et transportat, necnon dicto Roberto et suis heredibus ut predictum est imperpetuum assignat: Et hoc ex eo quia dictus Jacobus Naper de Kilmehew obligauit se et heredes suos, et in se et suis heredibus acceptauit, soluere centum mercas vsuales monete, in dotem dicte Jonete pro matrimonio contrahendo: Super quibus pecierunt prefati Jacobus Naper et Robertus Naper pro suis interesse instrumentum et instrumenta: Acta judicialiter in loco consistoriali ecclesie metropolitane Glasguensis, hora quasi decima ante meridiem, vel eacirca; et ut ad premissa fides indubia infuturum adhibeatur, sigillum officii

A.D. 1505. officialatus Glasguensis, judicialiter cum instancia procuratum et concessum, presentibus est appensum, coram hiis testibus, magistris et dominis Jacobo Stewart, vicario de Colmonell, Thoma Leis, vicario de Dregarne, Dauid Dwne, Jacobo Neilsone, Willelmo Blak, Alexandro Panter, vicario de Castilstaris, Georgio Drummont, Johanne Paris, et Wmfrido Conigham, et diuersis aliis testibus ad premissa vocatis pariter et rogatis.

139. Symontoune.

Anno Domini M° quingentesimo quinto, die Martis vj Januarii, indictione ix^a^, pontificatus Julii 2^di^ anno 3°, et regni anno xviij°: Institui, inuestiui et induxi dominum Georgium Symontoun, in vicariam perpetuam ecclesie de Mernis, per tactum et deliberacionem cordule campane, clauium fontis baptismalis, etc., et hoc vigore literarum collacionis et prouisionis, reuerendissimi patris Roberti Glasguensis archiepiscopi, et mandati in eisdem contenti: Super quibus peciit idem Symontoun instrumentum: Acta apud predictam ecclesiam de Mernis, hora quasi xij^a^ in meridie; presentibus, dominis Petro Rodman, Nicholao Dwn, Johanne Mathison, capellanis, Johanne Curry, Johanne Maxwell, Alexandro Lowthian.

140. Sawquhyar—Wallistoun.

Anno Domini M° quingentesimo quinto, secundum computacionem ecclesie Scoticane, Lune xxvj mensis Januarii, indictione ix^a^, pontificatus pape Julii 2^di^ anno 3°, et regni xviij°: M. Johannes Sawquhy vicarius de Wallistoun, in medium produxit et presentauit M. Adam Culquhoun de Govan, Johanni Gibson de Renfrew, prebendariis, et Dauid Conigham, prebendario de Glasgow 2°, ac officiali Glasguensi generali, judicibus delegatis a sede apostolica cause controvertitur inter dictum Sawquhy et dominum Andream Quhit, gerentem se pro vicario dicte ecclesie de Wallistoun, specialiter deputatis, quoddam

rescriptum apostolicum formam commissionis ad cognoscendum in dicta causa in se continens: quiquidem judices, tanquam filii obedientes, volentes mandatis apostolicis in omnibus morengerere acceptarunt in se, cessantibus legitimis impedimentis, cognicionem dicte cause secundum continenciam dicti rescripti: Quare decreuerunt dictum dominum Andream citandum, et literas in forma continentes inhibicionem indici, a quo ne vlterius et infuturum per ipsum attemptaretur aut procedere presumatur huiusmodi causa inter prenotatas partes, super prefata ecclesia de Wallistoun, et eius accione mota et mouenda in preiudicium litis pendencie coram prefatis judicibus, secundum formam dicti rescripti deuolute deducendi et terminandi, secus factum reuocantes, irritumque decernentes, et inane: Insuper prefati judices delegati similiter et singillatim alius alium casu infirmitatis, absencie, aut legitimorum impedimentorum, subdelegarunt, cause et partibus prenotatis: Super quibus peciit idem Sawquhy instrumenta: Acta in ecclesia metropolitana Glasguensi, hora x ante meridiem, vel eacirca; presentibus, Magistris Thoma Forbas, Willelmo Blak, Matheo Knox, Marcho Dowglas, capellanis, Johanne Morison et Dauid Wardlaw, testibus. A.D. 1505.

141. Brown. Fol. 36.

Anno Domini M° quingentesimo quinto, Veneris xvij Octobris, indictione ix, pontificatus pape Julii 2[dl] anno 2°, et regni Jacobi quarti anno xviij°: In mei notarii, etc., presidentis et capituli ad sonum campane capitulariter congregati, dominus Thomas Forsith, vicarius chori Glasguensis, post quedam verba prolata per M. Willelmum Brown, vicarium eiusdem chori, penes officium executorie quod ipse Broun asserebat ipsum Forsith emisse, et in cessionarium constitutum fuisse, bonorum quondam domini Johannis Fyfe, responsit in wlgari: Ze raid to Haly wode till haue bocht ye office of executory of ye vicaris of Pentpont aganis my lord of Glasgowis jurisdictione,—vel similia in effectu, que verba asserens iniuriosa, idem Broune reuocauit

A.D. 1505. ad animum, solemniter protestatus de remedio juris: Super quibus peciit idem Broune instrumentum: Acta capitulariter in loco capitulari Glasguensi, hora quasi x ante meridiem, vel eacirca; presentibus, dominis Willelmo Smyth, Willelmo Mowsfald, Georgio Drummont, Willelmo Burell, Johanne Philipstone, capellanis, testibus ad premissa vocatis, etc.

142. Succentor—Rankine.

Anno Domini M° quingentesimo quinto, Sabbati xiij mensis Decembris, indictione ix^a, pontificatus pape Julii secundi anno tercio, et regni Jacobi quarti xviij: Personaliter constitutus venerabilis et egregius vir, M. Robertus Forman, decanus ecclesie metropolitane Glasguensis, dominum Johannem Rankine, capellanum, rectorem de Hutone, in actualem realem et corporalem possessionem, succentorie Glasguensis, prebende et canonicatus eiusdem, necnon ecclesie de Durisdere, fructuum, prouentuum, emolumentorum, pertinentorum et annexorum earundem, racione prouisionis sibi prius desuper facte, per reuerendissimum in Christo patrem et dominum, Robertum miseracione diuina Glasguensem archiepiscopum, resignacione dicte succentorie a domino Jacobo Siluer, vltimo possessore eiusdem, in manibus dicti reuerendissimi patris, ipsam resignante et dimittente, perprius acceptantem, inuestiuit et induxit, assignando sibi Johanni stallum succentoris in choro, et successiue locum deputatum succentori in capitulo, et in canonicatum dicte ecclesie et capituli incorporauit, et assumpsit: Super quibus peciit idem dominus Johannes Rankine instrumentum et instrumenta: Acta singillatim in choro et loco capitulari ecclesie Glasguensis, hora xij in meridie, vel eacirca; presentibus ad assignacionem stalli, dominis Joanne Sherare, archidiacono Rossensi, Willelmo Wilkeson, vicario de Carnewith, notario publico, Magistris Adam Huntare et Willelmo Broune et Joanne Grenlaw, et domino Willelmo Siluer, capellano; presentibus ad assignacionem loci in capitulo, Magistris Rollando Blakader, subdecano, Adam Cul-

quhoun, rectore de Govane, Patricio Elphinstoun, rectore de Erskine, Nicholao Grenlaw, rectore de Edulfistoun, et canonicis Glasguensibus, et Magistro Willelmo Broun, capellano, testibus, M. Roberto Erskine, rectore de Luss, M. Joanne Goldsmyth, vicario de Estwode et Cathkert, M. D. Conigham, officiali Glasguensi et canonico eiusdem. A.D. 1505.

143. Siluer—Succentor.

Anno Domini M° quingentesimo quinto, Dominica xiiij Decembris, indictione ix, pontificatus pape Julii 2^dl^ anno 3°, et regni Jacobi quarti anno xviij: Venerabilis et egregius vir, M. Robertus Forman, decanus ecclesie metropolitane Glasguensis, discretum virum dominum Willelmum Siluer, capellanum, in et ad actualem realem, corporalem possessionem succentorie eiusdem ecclesie Glasguensis, prebende et canonicatus eiusdem, necnon ecclesie de Durisdere fructuum, emolumentorum, prouentuum et annexorum eiusdem, juxta formam et continenciam prouisionis sibi desuper facte a reuerendissimo in Christo patre et domino Roberto miseracione diuina Glasguensi archiepiscopo, vigore resignacionis seu dimissionis eiusdem succentorie et annexorum eiusdem perprius facte in manibus eiusdem reuerendissimi, per discretum virum dominum Joannem Rankine, capellanum, vltimum succentorem et possessorem eiusdem succentorie, canonicatus et prebende de Durisdere, induxit et inuestiuit, necnon in eadem succentoria, cum omnibus juribus, prouentibus, annexis, et pertinenciis eiusdem, sibi assignando stallum in choro, et successiue locum in capitulo ut moris est, instituit et incorporauit: Super quibus peciit idem dominus Willelmus Siluer instrumentum et instrumenta: Acta singillatim in choro et loco capitulari Glasguensi, hora quasi ix ante meridiem, vel eacirca; presentibus ad installacionem, M. Adam Culquhoun, prebendario de Govane, Patricio Grahame, prebendario de Killerne, canonicis Glasguensibus, Willelmo Broun, capellano, dominis Alexandro Panter, vicario de Castilstaris, Bartholomeo Blare, notario publico, et

A.D. 1505. Roberto Brady, capellanis; ad assignacionem loci in capitulo, dominis Johanne Rankine, rectore de Hutone, Alexandro Panter, vicario de Castilstaris, Joanne Cokburne et M. Willelmo Broune, capellanis, et Willelmo Demby, laico, testibus, etc.

144. Siluer—Succentor.

Anno Domini M° quingentesimo quinto, die Sabbati xx mensis Decembris, indictione ix, pontificatus pape Julii 2di anno 3°, et regni Jacobi quarti anno xviij°: Dominus Willelmus Siluer, succentor ecclesie Glasguensis de nouo creatus, fecit canonicam obedienciam debitam et solitam venerabili et egregio viro M. Roberto Forman, decano Glasguensi, et capitulo illic capitulariter assidenti, et ad sonum campane capitulariter congregato, per immissionem et impulsionem manuum iunctarum inter manus dicti decani, easdem in signum huiusmodi obediencie ad manus recipientis et tenentis: In signum cuius obediencie prestitit corporale juramentum solitum et consuetum, capitulare juramentum concernens canonicos, de more capituli Glasguensis: Super quibus peciit idem dominus Willelmus Siluer instrumentum, etc.: Acta in loco capitulari, hora quasi x ante meridiem, vel eacirca; presentibus, Magistris Rollando Blakader, subdecano, Adam Culquhoun, Roberto Erskine, Patricio Elphinstoun, Nicholao Greynlaw, Thoma Murehede, Dauid Conygham, et domino Roberto Forsith, de Govan, Luss, Erskine, Edulfistoun, Stobo, Glasgw 2°, et Moffet, prebendariis, canonicis Glasguensibus.

145. Siluer—Succentor.

Anno quo supra, die Veneris xix Decembris, indictione ixa, pontificatus Julii 2di anno 3°, et regni xviij°: Dominus Willelmus Siluer, succentor, non vi aut metu paterno ductus, ut asseruit, dedit et assignauit domino Jacobo Siluer rectori de Balmaclellane,
Fol. 37. pensionem annuam xl mercarum de sua prebenda et beneficio de Durisdere, ad terminos purificacionis Virginis, Philippi et

Jacobi, aduincula Petri, et omnium Sanctorum annuatim soluen- A.D. 1505.
dam: Insuper constituit procuratores in vberiori forma, videlicet, M. Hugonem Greynlaw, et ceteros nominandos per dictum dominum Jacobum, ad resignandum huiusmodi pensionem in curia Romana, pro huiusmodi pensione ut premittitur confirmanda, Ratum et gratum, etc., cum ceteris clausulis necessariis et de jure requisitis: Super quibus peciit idem dominus Jacobus Siluer instrumentum: Acta in edibus dicti succentoris, hora xij in meridie, vel eacirca; presentibus, Magistro Nicholao Greynlaw, prebendario de Edulfistoun, canonico Glasguensi, dominis Alexandro Panter, vicario de Castilstaris, Willelmo Smyth, Willelmo Burell, Roberto Brady, capellanis, vicariis chori, domino Bartholomeo Blare, notario publico, et Magistro Willelmo Broun, capellano, testibus ad premissa.

146. Androson—Culquhoun.

Anno Domini millesimo quingentesimo quinto, die Veneris xviij mensis Julii, indictione viij, pontificatus pape Julii 2[di] anno 2°, et regni serenissimi principis Jacobi quarti anno xviij°: Georgius Culquhoun, clericus parrochialis perpetuus ecclesie de Govane, assedauit et ad firmam dimisit, necnon per presentes assedat et ad firmam dimitit, omnes et singulos fructos, obuenciones, prouentus et emolumenta dicti clericatus parrochialis ecclesie de Govane, discreto viro domino Andree Androson, vicario pensionario dicte ecclesie de Govane, pro spacio vnius anni a festo Philippi et Jacobi anni Domini millesimi quingentesimi sexti integre complendi, quodquidem festum Philippi et Jacobi in anno quingentesimo sexto erit introitus dicti domini Andree et suorum factorum ad percepcionem et leuacionem fructuum dicti clericatus, et pro spacio huiusmodi anni a dicto festo complendi, et duraturam ut premittitur, pro quadam certa summa pecunie, dicto Georgio premanibus gratanter et integre persoluta, de qua tenuit idem Georgius se bene contentum et integre persolutum, ipsumque dominum

A.D. 1505. Andream et omnes suos quietos inde clamauit imperpetuum et per presentes quietos clamat: Ad quam assedacionem, pro spacio vnius anni ut premittitur, inuiolabiliter et sincere obseruandam, idem Georgius obligauit se suos heredes, executores et assignatos, in strictiore forma obligacionis, sub penis periurii et infamie et camere apostolice, fraude et dolo seclusis: Super quibus peciit idem dominus Andreas instrumentum: Acta intra capellam hospitalis Sancti Nicholai in ciuitate Glasguensi, hora quasi x ante meridiem; presentibus, domino Andrea Browstare, Joanne Myllar et Dauide Knox.

147. Mason.

Anno Domini M° quingentesimo quinto, Sabbati xiiij mensis Februarii, indictione ix, pontificatus Julii 2^{di} anno 3°, et regni Jacobi quarti xviij°: Johannes Mason sursum reddidit pureque simpliciter resignauit, per massam terram et lapides, in manibus Thome Huchonson alterius balliuorum ciuitatis Glasguensis, suum tenementum, jacens in ciuitate Glasguensi, in vico de Drygate, ex australi parte eiusdem, inter tenementa quondam M. Johannis Bigholme ab orientali ab vna, et quondam Willelmi Mason ab occidentali ab altera partibus; quiquidem balliuus huiusmodi resignacionem acceptauit, et predictum Mason et suos heredes statu hereditario dicti tenementi exuit et dissaisiuit; consequenter dictus balliuus statum hereditarium et saisinam realem et corporalem possessionem predicti tenementi cum pertinenciis, prout jacet in longitudine et latitudine, inter communem stratam et torrentem Malindinor, per similem tradicionem terre et lapidis ut moris est, predicto Johanni Mason et Helene Macolmson sue sponse, et eorum alteri diucius viuenti, et heredibus inter ipsos legitime procreatis seu procreandis, saluo jure cuiuslibet, tradidit deliberauit et imperpetuum assignauit; soluendo inde annuatim annuos redditus et onera debita et consueta: Super quibus peciit dictus Mason pro se et sua sponsa instrumentum: Acta super solum dicti tenementi, hora

quasi xij in meridie, vel eacirca; presentibus, domino Georgio Ros, capellano, Thoma Huchonson, juniore, Donaldo Chawmer, Thoma Windegate, Martino Kirkland, Thoma More, et Andrea Flemyng, sergiando, testibus. A.D. 1505.

148. BLARE.

Veneris xx Februarii, anno quingentesimo quinto, indictione ix, pontificatus Julii 2^{di} anno 3°, et regni Jacobi quarti anno xviij: M. Thomas Forbas, vicarius pensionarius et curatus de Glasgw, instituit, induxit et inuestiuit dominum Bartholomeum Blare, capellanum, per tactum et deliberacionem calicis, missalis corporalis, et ceterorum ornamentorum altaris, in realem actualem et corporalem possessionem, capellanie diui Kentigerni confessoris, fundate in ecclesia superiore Glasguensi, ex parte australi eiusdem, ad altare eiusdem diui Kentigerni, et hoc vigore literarum collacionis reuerendissimi patris Roberti archiepiscopi Glasguensis, sibi per dictum Blare presentatarum et deliberatarum, execucioni demandandas: Super quibus peciit idem Blare instrumenta: Acta apud dictum altare, hora quasi xii in meridie; presentibus, domino Joanne Stewart de Mynto, milite, M. Laurencio Walles, vicario de Bourty, dominis Andrea McCanis, Joanne Dawson, notariis publicis, Dionisio Achinlek et Willelmo Smyth, capellanis.

149. BLARE.

Dominica xxij Februarii, anno Domini M° quingentesimo quinto, indictione ix, pontificatus Julii 2^{di} anno 3°, et regni serenissimi principis Jacobi quarti anno xviij°: Patricius Culquhoun prepositus, Thomas Huchonsone et Dauid Lindesay, balliui ciuitatis Glasguensis, pro se et nomine tocius communitatis ciuitatis predicte, deliberarunt domino Bartholomeo Blare, capellano capellanie Sancti Kentigerni, ad altare eiusdem in ecclesia superiore ad plagam australem fundate, de nouo possesso

A.D. 1505. siue inducto et investito, bona et ornamenta infrascripta,—Inprimis, vnam ymaginem Saluatoris, cum basi in capsa lignea de gipso, vnam ymaginem gloriose virginis in tabulam de gipso, duo magna candelabra, et duo parua le prikketis eris, duo extinctoria stannea pro torribus, Item duas phiolas argenti, quarum vna caret cannali siue aqueductu le strowp, Item vnam casulam blodei velueti cum infula stola et peruris eiusdem, Item casulam fusci le sathyne carentem infula stola et peruris, Item casulam de le burd alexander, Item duas albas cum antiqua alba, Item vnum missale cum ambone ligneo de opere incrustato, Item duas cortinas de griseo le taffetay, Item sex pallas pro altari de panno lineo, Item duo examita, Item vnum tapetum attrebatense pensile pendens ad columpnam ante altare, Item vnum frontale nigri velueti, cum frontali pensili ad terram adiuncto, de opere attrebatensi, Item vnum frontale attrebatense cum frontali pensili ad terram demisso, de le worsett, Item duas culcitras siue puluinaria blodei et rubei velueti, Item stolam cum infula de panno auri leodiensis le luke, Item duas peruras blodei velueti super caudam, cum perura viridis burd alexander super manicam vnius albe, Item vnam peruram super vnum examitum de viridi burde alexander, Item vnum candelabrum pensile magnum ante altare: Quiquidem Bartholomeus recepit huiusmodi bona custodienda, tanquam capellanus dicte capellanie, protestatus de reponendo ornamenta absencia in predicto inuentario et instrumento, cum eadem aliquando restauri contingant ad dictum altare: Super quibus peciit idem Blare instrumentum: Acta apud dictum altare in ecclesia Glasguensi, hora xj ante meri-
Fol. 38. diem vel eacirca; testibus, domino Joanne Stewart de Mynto, milite, Macolmo Culquhoun, Joanne McGowre, Thoma Kennidy, et Nicholao Stewart.

150. Neilson—Sanquhare.

Lune xxiij Februarii anni quingentesimi quinti, secundum computacionem ecclesie Scoticane, indictione ix, pontificatus

Julii 2^di^ anno 3°, et regni anno xviij°: M. Dauid Conigham officialis, Joannes Gibson et Adam Culquhoun de Glasgow 2° Renfrew et Govan prebendarii, canonici Glasguenses, judices delegati a sede apostolica, cause que vertitur aut verti speratur inter M. Johannem Sanquhare, assertum vicarium de Wallistoun, et dominum Andream Quhit ex aduerso, principalem in rescripto siue commissione apostolica, dictis judicibus pro decisione huiusmodi cause transmisso, specialiter nominatum, et jus in dicta vicaria de Wallistoun pretendentem, in loco capitulari ecclesie metropolitane Glasguensis, ad jura reddenda et causas audiendas, pro tribunali sedentes, in presencia Magistri Jacobi Neilson procuratoris et eo nomine dicti Sanquhare, et domini Andree Quhit ex aduerso principalis, subdelegarunt se inuicem alius alium casu informalitatis aut alterius absencie, per legitima impedimenta, necnon Magistrum Thomam Forsith et dominum Joannem Scherare, canonicum et archidiaconum Rossenses, in solidum, coniunctim et diuisim protestando de reseruacione reassumpcionis huiusmodi officii delegati subdelegacionis si libeat tociens quociens: Neilson procurator dicti Sanquhar et eo nomine peciit instrumentum: Acta judicialiter in loco capitulari Glasguensi; testibus, M. Archibaldo Crawfurd, Thoma Forbas, dominis Andrea Merschell, vicario de Dunlop, Georgio Ros, capellanis, et Dauid Wardlaw. A.D. 1505.

151. Ecclesia.

Anno Domini M° quingentesimo quinto, vj^to^ die Junii, indictione viij°, pontificatus Julii 2^di^ anno 2°, et regni xvij°: M. Dauid Conigham, officialis Glasguensis generalis, ex officio monuit Johannem M^c^Kee dominum de Myrtoun primo, 2°, 3°, sub triplici edicto, et peremptorie sub excommunicacionis pena, et sub pena centum librarum fabrice ecclesie Glasguensis applicandarum, si infrascripta infringeret aut in aliquo violaret, abstinere in futurum a ledendo Andream Porter, sic quod esset saluus et indempnis de dicto M^c^Ke et omnibus suis et omnibus

A.D. 1505. quos impedire poterit, fraude et dolo deductis, in transeundo et redeundo per diocesem Glasguensem et extra diocesem Glasguensem vbique locorum: Idem officialis nomine ecclesie peciit instrumentum: Acta in ecclesia metropolitana Glasguensi, hora x ante meridiem, vel eacirca; testibus, Willelmo Ros de Montgrenane, M. Johanne Gibsone, prebendario de Ranfrew, Johanne Gibsone, capellano, Jacobo Merchenstoun, capellano, et domino Thoma Conigham, capellano.

152. Flemyng—Vicarii Chori.

Anno Domini M° quingentesimo quinto, Veneris vj^{to} Marcii, indictione ix, pontificatus Julii 2^{di} anno 3°, et regni Jacobi quarti xviij°: Andreas Hawistoun, heres quondam Johannis Hawistoun, et Besseta Witschaw mater eiusdem Andree, accedentes expressis consensu et assensu Magistri Johannis Murref cirurgi, sponsi dicte Bessete, de non veniendo in contrarium et de non reuocando infrascripta, coram me notario infrascripto stipulanti et recipienti nomine et vice omnium quorum interest aut interesse poterit infuturum, tactis sacrosanctis Scripturis ad sacra Dei euangelia, sponte et solemniter jurati, vnanimi consensu et assensu vendiderunt, et titulo vendicionis a se et heredibus suis pro perpetuo alienarunt, vnum annuum redditum octo solidorum, de quodam aggere terre pertinente hereditarie Willelmo Brounsid, dictis Andree et Bessete annuatim, exeuncium et debitorum, jacente in crofta Sancte Tenew, inter terras vicariorum chori ab orientali ab vna, et terras quondam Johannis Menteth ab occidentali partibus ab altera, venerabili et egregio viro Magistro Michaeli Flemyng, prebendario de Alncrumbe, canonico Glasguensi, pro summa octo mercarum vsualis monete, eisdem Andree [et] Bessete gratanter et integre persoluta; de quaquidem summa viii mercarum idem Andreas et Besseta tenuerunt et recognouerunt se bene contentos, et integre et plenarie in pecunia numerata persolutos, ipsumque Michaelem heredes suos executores et assignatos, pro se et

heredibus suis, absolutos exoneratos et quitos inde clamarunt imperpetuum per presentes: Cuiusquidem annui redditus octo solidorum, de predicto aggere annuatim leuandorum, idem Andreas saisinam et statum hereditarium ut de feodo, necnon realem et corporalem possessionem, et predicta Besseta de libero tenemento eiusdem annui redditus viij solidorum, saisinam et statum hereditarium necnon realem actualem et corporalem possessionem, per tradicionem terre et lapidis et denarii ut moris est, tradiderunt et tradi fecerunt, saluo jure cuiuslibet, per Dauid Lindesay alterum balliuorum ciuitatis Glasguensis pro tempore, puram et simplicem resignacionem feodi et liberi tenementi siue vsus fructus eiusdem annui redditus singillatim, a manibus dictorum Andree et Bessete perprius recipientis acceptantis et admittentis, et ex hoc eosdem Andream et Bessetam statu hereditario et saisina eiusdem annui redditus exuentis et dissaisientis, discreto viro M. Willelmo Broun, capellano, procuratori vicariorum chori Glasguensis, in augmentum dimidie capellanie per dictum M. Michaelem in ecclesia metropolitana Glasguensi ad altare Sancti Nicholai in inferiori ecclesia fundate, dictis vicariis et successoribus suis annuatim applicandi et soluendi: Reddendo inde annuatim dicti vicarii et successores sui, pauperibus leprosis in hospitali Sancti Niniani trans pontem Glasguensem degentibus, aut procuratori eorundem, quinque solidos annuatim, et xij[d] sacriste minori ecclesie Glasguensis, pro annua pulsacione campanarum in die anniversario depositionis dicti M. Michaelis et parentum suorum, pro quibus quidem quinque solidis et duodecim denariis, sic vt premittitur prefatis leprosis et sacriste minori annuatim ex causa predicta, per dictos vicarios soluendos, alias non, tenementum dictorum vicariorum juxta ecclesiam metropolitanam Glasguensem situatum, quod nunc inhabitat idem, pertinens dicto Magistro Michaeli, perprius obligatum et astrictum ad annuam solucionem huiusmodi quinque solidorum et xij[d], extunc releuabitur, exonerabitur, absolutum immune et quietum et liberum erit in perpetuum, tenore presentis instrumenti, sic quod cessante solucione predictorum sex solidorum,

A.D. 1505.

A.D. 1505. de predicto aggere exeuncium dictis leprosis et sacriste, per dictos vicarios tociens quociens id fieri contigerit, licebit prefatis leprosis et sacriste namare prescriptum tenementum vicariorum, in isto casu prefatis leprosis et sacriste obligatum ut prius: Super quibus peciit idem M. Willelmus Broun, nomine vicariorum chori et aliorum interesse habencium, instrumenta: Acta erant hec singillatim, videlicet, quoad resignacionem feodi dicti annui redditus, super solum dicti aggeris, et quoad resignacionem liberi tenementi, in horto dicti balliui, intra ciuitatem Glasguensem, hora quasi decima ante meridiem, vel eacirca; testibus in resignacione feodi, Johanne Nichol, sergiando, Nicholao Broun et Willelmo Brounsyde, et in resignacione liberi tenementi, dictis Johanne Nichol et Nicholao Broun.

153. Culquhoun.

Anno Domini millesimo quingentesimo quinto, die Mercurii xvj mensis Julii, indictione viii, pontificatus Julii 2[di] anno 2°, et regni Jacobi quarti xviij°: In presencia Magistrorum Dauid Conigham et Ade Culquhoun canonicorum, balliuorum de Channonenland, in aula vicariorum, in plana curia pro tribunali sedencium, ad jura reddenda et causas audiendas, meique notarii, etc., Petrus Culquhoun, prelocutor et eo nomine Johannis Scot, filii Mariote Ewin vidue, judicialiter comparens in prefata curia, allegans prefatum Johannem habere consensum dicte matris sue, vt arrendetur in assedacione spectante et nunc possessa per ipsam matrem, peciit ipsum Scot arrendari in huiusmodi assedacione pro expensis et sumptibus debitis et consuetis faciendis: M. Dauid Conigham alter balliuorum responsit se paratum ad arrendandum prefatum Scot, juxta formam consensus materni, videlicet, ea lege quod compleret matrimonium cum filia Alex-
Fol. 39. andri Forissell, et alias non, asserens ipsam Mariotam consensisse in arrendacionem filii sub prefata condicione et non alias: Super quibus peciit idem Petrus nomine dicti Scot instrumenta: Acta in aula vicariorum, hora prima post meridiem, vel eacirca; pre-

sentibus, Magistris Patricio Elphinstoun, canonico Glasguensi, Johanne Huchonson, rectore de Kilbride, dominis Roberto Clerk, vicario de Kilmacolme, Bartholomeo Blaire, capellanis, et Willelmo Snaip, testibus. A.D. 1506.

154. Forsith.

Anno Domini M° quingentesimo vj^to^, die Martis vij Aprilis, indictione ix, pontificatus Julii secundi anno tercio, et regni xviij°: M. Thomas Forsitht, canonicus Rossensis, ac fundator et primus erector cuiusdem capellanie perpetue ad altare beatorum apostolorum Petri et Pauli, quod est ad orientem in bassa ecclesia Glasguensi, per ipsum nuper dotate sibi, que pro toto tempore vite sue presentacionem donacionem et institucionem prefate capellanie reseruans et retinens, prout in sua fundacione ad plenum est cernere, ipsam capellaniam perpetuam, cum omnibus suis juribus, domibus, censibus, annuis redditibus, annexis et pertinenciis, dedit contulit donauit et imperpetuum assignauit suo consanguineo domino Thome Forsith, capellano, ad sepedictum altare, juxta tenorem huiusmodi fundacionis imperpetuum celebraturo, et cetera incumbencia huiusmodi fundacioni inuiolabiliter obseruaturo, eundemque dominum Thomam, per realem deliberacionem sui birreti, presencialiter in actualem realem et corporalem possessionem huiusmodi capellanie, jurium et pertinenciorum eiusdem, instituit, induxit et inuestiuit, curam regimen et administracionem in eadem sibi plenarie et cum plenitudine juris committens: peciit idem dominus Thomas Forsith instrumentum, cui concessum est sigillum prefati M. Thome: Acta in edibus prefati M. Thome, intra septa hospitalis Sancti Nicholai Glasguensis, hora 3^a^ post meridiem, vel eacirca; presentibus, Magistris et dominis, Martino Rede, cancellario, Rolland Blacader, subdecano Glasguensi, Andrea Merschel, vicario de Dunlop, et Johanne Johnsone, capellanis, et fecit eandem capellaniam compatibilem dicto domino Thome pro toto tempore vite sue duntaxat, cum regressu post obitum ad fundacionem.

A.D. 1505.

155. Campsy.

Anno Domini M° quingentesimo quinto, die Jouis duodecimo mensis Junii, indictione octaua, pontificatus pape Julii secundi anno 2°, et regni anno xviij°: Magister Martinus Rede, coadiutor cancellarie Glasguensis, in manibus tenens prouisionem et literas apostolicas, sibi super huiusmodi officio coadiutorie, et futura successione ad prefatam cancellariam, canonicatum et prebendam eiusdem, quando per cessionem, dimissionem, resignacionem, aut per mortem venerabilis et egregii viri M. Martini Wan, seu quouismodo alias vacare contigeret, a sede apostolica graciose concessas, insinuans et intimans michi notario publico, prefatum Magistrum Martinum cui aliquando coadiutor erat, nuper viam vniuerse carnis ingressum, et ex hoc cessare huiusmodi officium coadiutorie: Quocirca se velle in et ad realem, actualem, corporalem possessionem prefate cancellarie, canonicatus et prebende eiusdem, juxta continenciam prefatarum literarum apostolicarum, per mortem memorati Magistri Martini Wan vltimi cancellarii et possessoris eiusdem succedere, et per me induci, institui et inuestiri in eisdem: Quare ego, per sepedictum Magistrum Martinum ad infrascripta debite requisitus, volens huiusmodi requisicioni racioni non absone, ymmoverius mandatis apostolicis tanquam obediens filius per omnia morengerere, eundem Magistrum Martinum Rede in et ad realem, actualem, corporalem possessionem prefate cancellarie, canonicatus et prebende eiusdem, juriumque pertinenciorum, et annexorum eorundem, ex cessacione huiusmodi officii coadiutorie per decessum pretacti quondam Magistri Martini Wan, secundum formam predicte prouisionis apostolice, michi notario publico subscripto, ad infrascripta subexecutori legitime requisito et onerato in hac parte, directe et commisse, canonice succedentem, prout melius, et effecacius sciui, debui et potui, cum plenitudine juris induxi, institui et inuestiui, assignando sibi Martino stallum, et consequenter locum debitum cancellario in choro et capitulo: Super hiis peciit idem Magister Martinus Rede instrumenta: Acta singillatim in choro et loco

capitulari Glasguensi, hora quasi sexta ante meridiem, vel eacirca; presentibus, dominis Georgio Symontoun, Roberto Dalgles, notariis publicis, Johanne Smyth, vicario de Campsy, et Georgio Drummont, capellanis. .D. 1505.

156. Campsy—Cancellarius.

Anno, die, mense, indictione et pontificatu quibus immediate supra, dominus Georgius Mason curatus ecclesie prebendalis de Campsy, per Magistrum Martinum Rede quondam coadiutorem cancellarie Glasguensis, insinuantem et intimantem prefato curato huiusmodi officium coadiutorie per mortem quondam venerabilis et egregii viri Magistri Martini Wan, vltimi cancellarii et possessoris eiusdem, qui nuper et paulo ante viam vniuerse carnis ingressus erat, cessare, debite requisitus, et ad infrascripta vigore literarum apostolicarum sibi Martino, per sanctissimum dominum nostrum papam, super huiusmodi officio coadiutorie et future successione in et ad prefatam cancellariam, canonicatum et prebendam eiusdem, quandocunque per cessionem, resignacionem vel decessum, vel quouismodo alias vacare contigerit, sepius et juridice monitus, volens huiusmodi juste requisicioni necnon mandatis apostolicis tanquam obediens filius in omnibus obtemperare, sepedictum Magistrum Martinum Rede, ex cessacione huiusmodi officii coadiutorie per mortem predicti venerabilis viri, in et ad memoratam cancellariam, canonicatum et prebendam eiusdem, canonice succedentem, per tactum, necnon realem et actualem deliberacionem clauium prefate ecclesie de Campsy, fontis baptismatis, cordule campane, libri, calicis, et ceterorum ornamentorum altaris, in realem, actualem et corporalem possessionem huiusmodi cancellarie prebende de Campsy et canonicatus eiusdem, induxit, instituit, et cum plenitudine juris inuestiuit: Super quibus peciit idem Red instrumenta: Acta in ecclesia parrochiali de Campsy, hora quasi octaua ante meridiem; testibus, Thoma Inche, Johanne Turkane, Johanne Mortoun et Johanne Allansone.

A.D. 1505.

157. [Cancellarius.]

Eadem hora, anno, die, mense, indictione, pontificatu quibus supra, prefatus Magister Martinus Rede cancellarius assedauit, et ad firmam dimisit Quonete Wan, mansum siue glebam ecclesiasticam prebende de Campsy, pro spacio trium annorum datam presencium proximo et immediate sequencium, soluture sibi et pro eisdem annuatim et successoribus suis, firmam et onera debita et consueta: Super hiis peciit idem Rede cancellarius instrumenta: Acta juxta ecclesiam prefatam de Campsy; testibus, domino Georgio Mason, capellano, et Johanne Turkane.

Fol. 40.

158. Campsy—Cancellarius.

Anno, die, mense, indictione et pontificatu quibus supra, hora decima ante meridiem vel eacirca, Magister Dauid Conigham canonicus ac officialis Glasguensis generalis, judex delegatus a sede Romana, in literis apostolicis Magistro Martino Rede, quondam coadiutori cancellarie Glasguensis, super officio huiusmodi coadiutorie et futura successione ad prefatam cancellariam, canonicatum et prebendam eiusdem, per sanctissimum dominum nostrum papam graciose concessis et indultis, principaliter nominatus, et ad infrascripta per eundem Magistrum Martinum Rede, publicantem et intimantem dicto domino officiali tanquam in premissis judici delegato, huiusmodi officium coadiutorie per decessum quondam venerabilis et egregii viri Magistri Martini Wan, vltimi cancellarii et possessoris eiusdem, qui paulo ante ab hac luce die; migrauit, cessare, vigore prescriptarum literarum debite et cum instancia requisitus, et per prefatum Rede juridice monitus, eundem Magistrum Martinum Rede, ex cessacione huiusmodi officii coadiutorie per decessum sepedicti Magistri Martini Wan, vltimi cancellarii et possessoris eiusdem, ad prefatam cancellariam Glasguensem, canonicatum et prebendam eiusdem, virtute prouisionis apostolice sibi Martino desuper concesse, succedere declarauit; necnon huiusmodi juste requisi-

cioni ymmoverius mandatis apostolicis tanquam obediens filius, in omnibus parere volens, sepedictum Magistrum Martinum in et ad realem, actualem et corporalem possessionem memorate cancellarie Glasguensis, canonicatus et prebende eiusdem, juriumque et pertinenciarum eorundem, vigore prefatarum literarum apostolicarum desuper habitarum, cum plenitudine juris instituit, induxit et inuestiuit, sibi assignando stallum et successiue locum debitum cancellario Glasguensi in choro et capitulo: Super quibus peciit idem Rede cancellarius instrumenta: Acta singillatim in choro et loco capitulari Glasguensi; testibus, magistris et dominis Richardo Bothwill, prebendario de Archikirk, Marco Dowgles, Georgio Symontoun, Roberto Dalgles, Willelmo Wilkesone, capellanis, notariis publicis, Patricio Culquhoun de Glen, et Jacobo Rede, laicis. A.D. 1505.

159. Campsy—Cancellarius.

Anno, die, mense, indictione et pontificatu quibus supra, hora xj ante meridiem vel eacirca, testibus domino Roberto Clerk, Alexandro Panter, vicariis de Kilmacolme et Castelstaris, Georgio Symontoun, notario publico, Johanne Heriote, capellanis, et Jacobo Rede, laico: M. Martinus Rede, cancellarius Glasguensis, tempore magne misse, solemniter et cum cantu celebrate, tenens et occupans stallum debitum cancellario in choro Glasguensi, habitu canonicali indutus, ad suam residenciam canonicalem incipiendam et continuandam, publice declarauit, necnon ad vniuersorum et singulorum quorum interest noticias deducere voluit, se perprius et hactenus, videlicet a tribus annis ante ipsum stallum occupasse, tanquam coadiutorem cancellarie et non verum cancellarium et prebendarium de Campsy, nunc autem ipsum stallum ex cessacione huiusmodi officii coadiutorie, per mortem M. Martini Wan vltimi cancellarii et prebendarii de Campsy, in realem, actualem et corporalem possessionem prefate cancellarie, canonicatus et prebende eiusdem, canonice inductum et institutum, tanquam verum cancellarium et pre-

A.D. 1506. bendarium de Campsy, et canonicum Glasguensem occupare, et in eo tunc primum suam residenciam canonicalem incipere et facere: Peciit idem Rede cancellarius instrumenta: Acta in choro Glasguensi.

160. Archiepiscopus Glasguensis.

Anno Domini M° quingentesimo vj, Martis die xxj mensis Aprilis, in sinodo Glasguensi, tento in ecclesia eiusdem, indictione ix^a, pontificatus Julii 2^di anno 3°, et regni Jacobi quarti anno xviij°: Robertus miseracione diuina Glasguensis archiepiscopus, edidit et eduxit quoddam statutum, in prefato sinodo, concernens residenciam beneficiatorum, viz., quod beneficiati diocesis Glasguensis ab hoc inantea residerent in suis propriis beneficiis, vel in ciuitate Glasguensi intra collegium eiusdem, gracia studii, pena v librarum fabrice ecclesie Glasguensis applicandarum, si intra tres mensis huiusmodi edicto et statuto non paruerint mulctandi, si vero intra tres menses inde sequentes non paruerint pena decem librarum, si vero intra vj menses exinde sequentes non paruerint pena depriuacionis beneficiorum mulctandi: Et hoc omnibus et singulis beneficiatis diocesis Glasguensis sinodaliter congregatis notificauit et publicauit, nisi in casibus in jure expressis: Super quibus peciit idem Archiepiscopus instrumenta: Acta in choro Glasguensi, in prefato sinodo, hora xij ante meridiem, vel eacirca; presentibus, magistris et dominis Martino Rede, cancellario, Rollando Blakader, subdecano, Johanne Gibsone, prebendario de Ranfrew, Roberto Erskin, prebendario de Lus, canonicis, Johanne Rankin, rectore de Hutoun, Dauid Dwn, Richardo Fergusson, Johanne Gibsone, et Archibaldo Layng, notariis publicis.

161. Wilson.

Anno Domini millesimo quingentesimo vj^to, Mercurii vj mensis Maii, indictione ix, pontificatus Julii 2^di anno 3°, et regni Jacobi quarti anno xviij°: Besseta Boman, sponsa Archi-

baldi Wilson, ciuis Glasguensis, resignauit in manibus Thome A.D. 1506.
Hugonis, alterius balliuorum ciuitatis Glasguensis, per donacionem vnius denarii, vnum annuum redditum trium solidorum, de tenemento Willelmi Hay, jacente in vico qua itur ab ecclesia cathedrali ad crucem foralem, inter tenementum prefati Archibaldi Wilsoun a boriali ab vna, et tenementum Mathei Nicholsoun ab australi partibus ab altera, dicte Bessete annuatim exeuncium: Quaquidem resignacione facta et recepta, prefatus balliuus statum hereditarium ac saisinam de predictis tribus solidis cum pertinenciis, prefatis Archibaldo Wilsoun et Bessete Boman sue sponse, et eorum alteri diucius viuenti in coniuncta infeodacione, et heredibus inter eosdem legitime procreatis seu procreandis, per tradicionem denarii, fixure et stapule ut moris est, saluo jure cuiuslibet, tradidit imperpetuum: Consequenter dicta Besseta resignauit per exhibicionem denarii, octo solidos annui redditus sibi annuatim debitos, de tenemento Roberti Smyth jacente in eodem vico, et ex eadem orientali parte vici Fullonum, inter tenementa Johannis Durand ab australi ab vna, et Johannis Stewart a boriali partibus ab altera, in manibus eiusdem balliui resignacionem huiusmodi acceptantis; quiquidem balliuus tradidit saisinam, statum hereditarium de dictis octo solidis, prefatis Archibaldo et Bessete et eorum, etc., in coniuncta infeodacione, et heredibus inter eosdem, etc., per tradicionem denarii, fixure et stapule: Super quibus peciit prefatus Archibaldus instrumenta: Acta apud prefata tenementa, hora quinta post meridiem, vel eacirca; presentibus, Johanne Curry, Jacobo Fol. 41.
Mason, Johanne Pollok, Jacobo Arnbukle, et Roberto Paterson.

162. [Wilsone.]

Eisdem anno, die, indictione, pontificatu et anno regni: Archibaldus Wilsoun resignauit, per massam terram et lapides, suum integrum tenementum cum pertinenciis, prout jacet in longitudine et latitudine, inter terras Willelmi Hay et Kentigerni Mortoun ab australi, et terras Johannis Wricht et communem

A.D. 1506. venellam a boriali, et communem viam qua itur ab ecclesia cathedrali ad crucem ab occidentali, et torrentem de Malyndinore a boriali partibus a quatuor, cum horto et pertinenciis, in manibus dicti balliui Thome Hugonis, resignacionem acceptantis, et deinde statum hereditarium saisinam, et realem corporalem possessionem de predicto tenemento [et] horto cum pertinenciis, prout jacet in longitudine et latitudine, dantis prefatis Archibaldo Wilsoun et Bessete Boman, et eorum alteri diucius viuenti in coniuncta infeodacione, et heredibus inter ipsos legitime procreatis et procreandis, per similem tradicionem terre et lapidis, saluo jure cuiuslibet: Super quibus peciit ipse Besseta instrumenta: Acta super solum prefati tenementi, hora quinta post meridiem, vel eacirca; presentibus, Jacobo Masone, Johanne Curry, et Jacobo Arnbukle.

163. Akinhed.

Jouis septimo Maii, anno quingentesimo vj^to^, indictione ix, pontificatus Julii 2^di^ anno 3°, et regni Jacobo quarti anno xviij°: Rollandus Blakader presidens et capitulum Glasguense, ad sonum campane capitulariter congregati, vnanimi voto consensu et assensu et conclusione, singillatim interrogati et deliberantes, presentauerunt dominum Georgium Akinheid capellanum, ad vicariam perpetuam ecclesie parrochialis de Dalzell, cuius jus patronatus et presentacio ad predictum capitulum spectat et pertinet, per mortem quondam domini Andree Graham vltimi vicarii et possessoris eiusdem de facto vacantem: Super quibus peciit Akinhed instrumenta: Acta in loco capitulari, hora x^a^ ante meridiem, vel eacirca; presentibus in capitulo, magistris et dominis Martino Rede, cancellario, Thoma Murhede, Johanne Gibsone, Adam Culquhoun, Patricio Elphinstoun, Michaele Flemyng, Richardo Bothwill, Patricio Grahame, Eduardo Blare, Georgio Mungumry, Dauid Conigham, Levinstoun, Willelmo Siluer, prebendariis de Campsy, Stobo, Renfrew, Govan, Erskin, Alncrumbe, Arskirk, Killerne, Are,

Eglishame, Glasgw 2°, Cardros, Durisdere, et M. Roberto Erskin, prebendario de Lus, et Patricio Blakader, archidiacono, canonicis Glasguensibus, et Willelmo Denby, sacrista testibus. A.D. 1506.

164. Elphinstoun—Forsith.

Anno Domini millesimo quingentesimo sexto, die Martis xix mensis Maii, indictione ix, pontificatus Julii 2^dl anno 3°, et regni Jacobi quarti anno xviij°: Agnes Forsith, sponsa Patricii Hammiltoune, habens liberum tenementum et vsum fructum, racione sue iuncte feodacionis, cuiusdam tenementi, jacentis in ciuitate Glasguensi, ex parte orientali vici qua itur ab ecclesia cathedrali ad crucem, inter tenementa quondam Magistri Thome Forsitht, rectoris de Glasgw ab vna, et domini Willelmi Mowsfald, vicarii chori Glasguensis ab altera partibus, accedens consensu et assensu prefati Patricii, non vi aut metu ducta, etc., assedauit et ad vsum dimisit, pro toto tempore vite sue et sue iuncte infeodacionis, Johanni Elphinstoun filio suo et heredi, quamdam cameram locatam supra coquinam intra septa dicti tenementi, cum libero introitu et exitu, ea lege, quod dictus Johannes edificet et reddat dicte Agneti pro toto tempore vite sue possidendam, quamdam domum propinquam, in qua sufficienter et ehoneste pro sua familia et aduenis poterint bresiari et pinseri panes, dictis Johanne et Agnete introeuntibus possessionem dictarum camere et domus permutate in eodem tempore: Super hiis peciit Johannes Elphinstoun instrumenta: Acta intra dictum tenementum, hora quasi 2^a post meridiem, vel eacirca; presentibus, domino Thoma Hammiltoun, diacono, et Johanne Morison.

165. Neilsoun.

Anno Domini millesimo quingentesimo sexto, die Mercurii xxvij mensis Maii, indictione ix, pontificatus Julii 2^dl anno 3°, et regni Jacobi quarti anno decimo octauo: Magister Dauid Bruse, procurator et eo nomine domini Patricii Wischard, capellani perpetui

A.D. 1506. capellanie fundate ad altare Sancti Jacobi, in ecclesia Glasguensi per quondam bone memorie Magistrum Martinum Wan cancellarium Glasguensem, de cuius procuracionis sufficiente mandato legitimis constabat documentis, resignauit prefatam capellaniam in manibus reuerendissimi patris Roberti Glasguensis archiepiscopi, ipsam resignacionem acceptantis, post cuiusquidem capellanie resignacionem, prefatus reuerendissimus contulit eandem Magistro Jacobo Neilsoun, per presidentem et capitulum ad sonum campane capitulariter congregatos, prefatos reuerendissimo manualiter presentato, per digito suo anuli imposicionem, cum pertinenciis et juribus et annexis eiusdem, curam regimen et administracionem eiusdem sibi plenarie committens: Peciit idem Neilson instrumenta: Acta in loco capitulari, hora xj ante meridiem, vel eacirca; testibus, Magistris Johanne Goldsmyth, vicario de Cathkert et Estuod, Patricio Coventre, rectore de Gerwald, Archibaldo Layng, vicario de Girvan, Richardo Dowgles, Johanne Sprewle, Dauid Dwn, et domino Johanne Rankin, presbitero.

166. Androson—Culquhoun.

Anno Domini millesimo quingentesimo vj^to^, Veneris xxix mensis Maii, indictione ix^a^, pontificatus Julii 3^tii^ anno 2°, et regni Jacobi quarti anno xviij°: Georgius Culquhoun, clericus parrochialis perpetuus ecclesie de Govane, assedauit et ad firmam dimisit omnes et singulos fructus, prouentus et emolumenta sui clericatus parrochialis, domino Andree Androson, vicario pensionario de Govane, pro spacio vnius anni a festo Philippi et Jacobi anni quingentesimi septimi vsque ad idem festum in anno quingentesimo viij° lapsuri et integre complendi, cuius
Fol. 42. introitus ad percepcionem huiusmodi fructuum dicti clericatus erit in eodem festo Philippi et Jacobi in anno quingentesimo septimo, pro quadam certa summa pecunie prefato Georgio premanibus gratanter et integre persoluta, de qua tenuit idem Georgius se bene contentum et plenarie persolutum, et eundem Androson et omnes suos quietos inde clamauit imperpetuum:

Ad quam assedacionem prefato Androson ut premittitur inuiolabiliter et sincere obseruandam. obligat se idem Georgius, suos heredes, executores et assignatos, in strictiore forma obligacionis, sub penis periurii et infamie et camere apostolice, fraude et dolo semotis: Peciit Androson instrumenta: Acta intra hospitale Sancti Nicholai, in ciuitate Glasguensi, hora quasi xij in meridie, vel eacirca; testibus, domino Bartholomeo Blare, notario publico, et Jacobo Dunslesone. A.D. 1506.

167. Capitulum Glasguense.

Anno Domini M° quingentesimo sexto, Sabbati penultimo mensis Maii, indictione ix, pontificatus Julii 2[di] anno 3°, et regni Jacobi quarti anno xviij°: Conuenit et pactum est inter canonicos capituli Glasguensis, habentes dignitates et non habentes dignitates sed simplices prebendas, in capitulo siue concilio Pentechostali generali, quod quicunque canonicus extruxerit stallum suum in choro Glasguensi sumptuosius opulencius et honorificencius ceteris communibus stallis canonicorum, ille idem canonicus sumptus et pecuniam expositam super operacione forme excrescentis communem formam ceterorum stallorum, deponet de suis, et non de pecunia deposita in communi per vniuersitatem capituli, ad extruenda stalla chori Glasguensis: Peciit M. Dauid Conigham, prebendarius de Glasgw 2°, nomine canonicorum capituli et pro se, instrumenta: Acta in vestiario Glasguensi, hora xj ante meridiem, vel eacirca; testibus, Magistris Roberto Forman, decano, Martino Rede cancellario, Rolando Blacader, subdecano, Thoma Murhede de Stobo, Adam Culquhoun de Govane, Eduardo Blare de Are, prebendariis, canonicis Glasguensibus, et hoc in capitulo Pentechostali generali, vigilia Pentechostes.

168. Eglishame—Lus.

Anno Domini M° quingentesimo vj[to], Mercurii tercio mensis Junii, indictione ix, pontificatus Julii 2[di] anno 3°, et regni anno

A.D. 1506. xviij°: Conclusum et summatum est in capitulo Penthecostali generali, primo solemni tractatu, canonicos ecclesie Glasguensis perpetuis futuris temporibus eo ordine processionaliter incedere, stallariter et capitulariter sedere, quo solebant et habent ex vsu et possessione superioribus temporibus, acquisita ex immemorabili consuetudine: Super hiis pecierunt Magistri Georgius Montgomery et Robertus Erskin de Eglishame et Lus, prebendarii, pro suis interesse singillatim et hincinde instrumentum et instrumenta: Acta in vestiario Glasguensi, hora quasi xj ante meridiem; testibus, Magistris Roberto Forman, decano, Martino Rede, cancellario, Rolando Blacader, subdecano, Thoma Murhede de Stobo, Patricio Elphinstoun de Erskin, Edwardo Blare de Are, prebendariis, et domino Jacobo Siluer, succentore, canonicis Glasguensibus.

169. Decanus Forman.

Anno, die, mense, indictione, pontificatu quibus immediate supra, in capitulo Pentecostali generali et capitulariter, capitulum assedauit eam partem terrarum de Chanonland, quam nunc habent Jacobus Hammiltoun et vxor eius et occupant, Magistro Roberto Forman, decano Glasguensi, pro termino post festum Pentecostes in anno M° quingentesimo septimo immediate sequente complendo, quod festum erit introitus dicti decani ad prefatas terras cum pertinenciis: Soluendo inde annuatim idem decanus dicto capitulo gressumas, onera et firma debita et consueta: Peciit idem decanus instrumenta: Acta in vestiario Glasguensi, hora ix ante meridiem; presentibus quibus immediate supra, ac eciam domino Jacobo Hammiltoun de Siluertoun Hill, milite, Magistris Georgio Montgomery de Eglishame, Roberto Erskin de Luss, prebendariis, et domino Roberto Fawside de Moffet, prebendario, canonicis Glasguensibus.

170. Durand.

Anno Domini M° quingentesimo vj^to^, Sabbati sexto mensis Junii, indictione ix, pontificatus Julii 2^di^ anno 3°, et regni anno

xviij°: Dominus Robertus Durand, in presencia decani et capituli Glasguensium, ad sonum campane in capitulo generali Pentechostali capitulariter congregatorum, post prestitum juramentum dictis decano et capitulo, de more vicariorum chori, et intercedente aliquanto interuallo, asseruit se habere conscienciam de dicto juramento, et inuitum et coactum ipsum juramentum jurasse: Peciit idem Durand instrumenta: Acta in loco capitulari, hora quasi x ante meridiem, vel eacirca; presentibus, dominis Willelmo Smyth, Willelmo Burell, Johanne Mowsfald, et Thoma Forsitht, vicariis chori, presbiteris. A.D. 1506.

171. Archiepiscopus Glasguensis, Robertus.

Anno Domini millesimo quingentesimo sexto, Lune octauo mensis Junii, indictione ix^a^, pontificatus Julii 2^di^ anno 3°, et regni serenissimi principis Jacobi quarti anno xviij°: Post prestitum ordinarium consensum et sigillum per reuerendissimum in Christo patrem et dominum Robertum miseracione diuina Glasguensem archiepiscopum, ex cuidam fundacioni et ereccioni vnius capellanie, fundate in ecclesia metropolitana Glasguensi, ad altare Sancti Kentigerni in ecclesia superiori eiusdem per venerabilem et egregium virum Magistrum Andream Stewart archidiaconum Candidecase, cuius capellanie disposicio et donacio pleno jure spectabit ad decanum presidentem et capitulum, post obitum dicti Magistri Andree, promiserunt per extensionem manus venerabiles et egregii viri Magistri Robertus Forman, decanus, Martinus Rede, cancellarius, Rolandus Blacader, subdecanus, Thomas Murhede de Stobo, Adam Culquhoun de Govan, Michael Flemyng de Alncrumbe, prebendarii, canonici Glasguenses, et totum preterea capitulum ad sonum campane capitulariter in capitulo Pentechostali congregatum, nunquam in futurum suplicare prefato reuerendissimo super consimili negocio: Super quibus peciit idem reuerendissimus instrumenta: Acta in loco capitulari, hora xj ante meridiem, vel eacirca; testibus, venerabilibus et egregiis viris, Magistris Nicholao Greynlaw de

A.D. 1506. Eddilstoun, Patricio Graham de Kilhern, Roberto Erskin de Lus, dominis Roberto Fawside de Moffet, et Willelmo Siluer de Durisdere, prebendariis, canonicis Glasguensibus.

Fol. 43.

172. Archiepiscopus Glasguensis, Robertus.

Anno, die, mense, indictione, pontificatu, hora, et coram testibus quibus immediate supra, prefatus reuerendissimus capitulariter et in capitulo Pentechostali generali comparens, capitulo suo Glasguensi considens in medium, adduxit se velle, Deo dante, erigere et annectere vicarias de Cadder, Stobo, Lintoun, Kilbirny, vnacum rectoria de Garwald, Glasguensis diocesis, collegio suo vniuersitatis Glasguensis, ad vtilitatem cleri, et doctrinam variam et vberiorem et doctorum virorum inibi fouendam, cuius sancto proposito prefati decanus et capitulum acquieuerunt et consenserunt, necnon prefatam erectionem et annexacionem auctoritate summi pontificis terminandam, ex concessione et promissione sui sigilli communis et capitularis annuentes: Peciit idem reuerendissimus instrumenta: Acta in loco capitulari.

173. Ross—Ranfrew.

Anno, die, mense, indictione, pontificatu, loco, coram testibus quibus immediate supra, Johannes dominus Ros et Magister Johannes Gibson, prebendarius de Ranfrew, vnanimi consensu et assensu, non vi aut metu, etc., per extensionem manus in signum fidei date, compromiserunt in reuerendissimum patrem Robertum Glasguensem archiepiscopum, et M. Robertum Forman, decanum Glasguensem, penes debata siue contrauersiam cuius glebe prebendalis de Ranfrew et fructuum eiusdem, quiquidem reuerendissimus et decanus decreuerunt et ordinauerunt prefatum dominum Ros soluere et deliberare prefato Gibson xx^ti mercas vsualis monete, pro gressuma terminali predicte glebe, quam ipse Gibson pro termino futuro dicto domino Ros firmam annuam et consuetam soluturo assedabit et ad firmam dimittet,

et cum hoc prefatus dominus Ros custodiet gramen seminatum in dicta glebe ad vtilitatem dicti prebendarii, et satisfaciet annuatim ecclesie de Ranfrew de decimis pertinentibus dicte glebe ecclesiastice: Super quibus pecierunt idem dominus Ros et Gibson hincinde instrumenta: Acta vbi supra, hora quasi xij in meridie, vel eacirca. A.D. 1506.

174. Archiepiscopus Glasguensis, Robertus.

Anno Domini millesimo quingentesimo vj^{to}, Martis ix Junii, indictione ix, pontificatus Julii 2^{di} anno 3°, et regni Jacobi quarti anno xviij^{o}: Vicarii chori Glasguensis, coram reuerendissimo in Christo patre et domino, Roberto miseracione diuina Glasguensi archiepiscopo, necnon venerabili et egregio viro M. Roberto Forman, decano, et capitulo Glasguensi, ad sonum campane in capitulo Pentechostali generali in loco capitulari capitulariter conuocatis, firmiter promiserunt et strictius obligauerunt se et successores suos, et in se omnino acceptarunt, celebrare obitum prefati reuerendissimi patris et parentum suorum, cum eisdem solemnitate cantus, pompa, ceremoniis, et processionibus, tam in obitu, quam ante, quam post, sicut ab eisdem celebratur obitus quondam M. Jacobi Lindesay, decani Glasguensis, videlicet, durante vita dicti reuerendissimi patris in die Martis proximo post festum Trinitatis, et post mortem eiusdem in die sue ingressionis vniuerse carnis: Peciit idem reuerendissimus instrumenta: Acta in loco capitulari, hora quasi x ante meridiem; testibus venerabilibus viris Magistris Martino Rede, cancellario, Rolando Blacader, subdecano, Thoma Murhede de Stobo, Adam Culquhoun de Govan, Patricio Elphinstoun de Erskin, Johanne Gibson de Ranfrew, Roberto Erskin de Luss, et Georgio Montgomery de Eglisham, prebendariis, canonicis Glasguensibus.

175. Robertus Glasguensis Archiepiscopus.

Anno, die, mense, indictione, pontificatu, loco, et coram testi-

A.D. 1506. bus immediate precedentibus, et in eodem capitulo Pentechostali, prefatus reuerendissimus cum presencia, voluntate, consensu, approbacione, et ratificacione dictorum decani et capituli, annexuit, incorporauit, et vniuit vicariam perpetuam ecclesie commensalis dicti capituli de Colmonell, Glasguensis diocesis, quandocunque per cessum, decessum, aut resignacionem Magistri Jacobi Stewart vicarii perpetui eiusdem, vacare contigerit, sex pueris ministrantibus in choro Glasguensi, auctoritate summi pontificis in proximo approbandam et confirmandam, sic quod fructus dicte vicarie, perpetuis futuris temporibus, judicio et discretione dictorum decani et capituli disponantur et distribuantur inter predictos pueros, puerile sua voce jam destitutos, ut tunc seruicio et ministerio dicti chori intendere possint, sicut prius vocem suam puerilem habentes, aut ex direccione dictorum decani et capituli, grammaticis et aliis bonarum arcium scolis sustentari et instrui valeant, fructus vero dicte vicarie ipsis omnibus sex pueris voce puerili predictis, et excrescencia eorundem fructuum inter vocem puerilem non habentes pueros indistributa, judicio et discrecione dictorum decani et capituli in alios pios vsus ecclesie Glasguensis ministrorum aut possessionum eiusdem conuertentur; preterea prefatus reuerendissimus, intercedentibus et habitis consensu et approbacione dictorum decani et capituli, et ex autoritate et confirmacione summi pontificis in proximo obtinenda, concessit et assignauit vicario pensionario qui in cura dicte ecclesie de Colmonell perpetuo ministrare habebit, et singula onera ordinaria prius incumbencia vicariatui dicte ecclesie in se portabit, et annuatim soluet quatuor et viginti mercas vsualis monete sibi pensionario, de fructibus predictis dicte vicarie annuatim realiter persoluendas: Cuiusquidem vicarie pensionarie presentacio et jus presentandi ad prefatum decanum et capitulum, non obstante quibuscunque alternatiuis, indultis, et concessionibus apostolicis in contrarium concessis, aut in futurum concedendis et impetrandis, tociens quociens vacare contigerit, perpetuo spectare et pertinere, memoratus reuerendissimus, consensu et approbacione interpositis

dictorum decani et capituli, decreuit et ordinauit: Peciit idem reuerendissimus instrumenta: Acta hora x ante meridiem, vel eacirca. A.D. 1506.

176. Sprewle.

Anno Domini M° quingentesimo vj^{to}, Mercurii x° die mensis Junii, indictione ix, pontificatus Julii 2^{di} anno 3°, et regni xviij°: Visis cause meritis et auditis, hincinde parcium allegacionibus in causa mota inter Magistros Johannem Spreule et Ninianum Dalgles, penes occupacionem et detencionem cuiusdam camere situate in compito, occupate et detente per dictum Dalgles, reuerendissimus in Christo pater Robertus Glasguensis archiepiscopus, judex cause et partibus suprascriptis, sentenciando, decreuit et ordinauit predictum Dalgles incontinenti relinquere predictam cameram vacuam et expeditam dicto Spreule et suis occupandam, et se et sua inde remouere, vel placere dicto Spreule Fol. 44. pro dicta camera, condempnando eundem Dalgles in expensis litis, taxacione reseruata: Peciit idem Spreule instrumenta: Acta judicialiter et capitulariter in loco capitulari Glasguensi, hora prima post meridiem, vel eacirca; testibus, Magistris Patricio Coventre, rectore de Garwald, Archibaldo Crawfurd, vicario de Erskin, Jacobo Neilson et domino Alexandro Blaire, testibus.

177. Stobo.

Anno Domini M° quingentesimo sexto, Sabbati xiij mensis Junii, indictione ix, pontificatus Julii 2^{di} anno 3°, et regni anno xix°: presidens et capitulum in capitulo Pentechostali, ad sonum campane capitulariter considentes, consenserunt fundacioni et erectioni cuiusdam cancellarie per M. Thomam Murhede, rectorem de Stobo, juxta eius mentem faciende et fundande, et eandem suas vices et auctoritatem interponentes, approbauerunt et ratificauerunt, suumque sigillum commune et capitulare huiusmodi fundacioni faciende et future appendere promiserunt: Peciit idem Murhede [etc.]: Acta in loco capitulari capitulariter, hora quasi

A.D. 1506. x ante meridiem; testibus, dominis Roberto Clerk, vicario de Kilmalcolme, Willelmo Burell, Roberto Brady, Roberto Durand, Roberto Creichtoun, Johanne Heriote, vicariis chori Glasguensis, et domino Georgio Drummont, sacrista maiore.

178. Forsith.

Anno, die, mense, indictione, pontificatu, loco, hora, et coram testibus prescriptis, presidens et capitulum in capitulo Pentechostali capitulariter considentes, concesserunt et appendere promiserunt suum sigillum capitulare, cuidam fundacioni cuiusdam capellanie, per quondam Magistrum Thomam Forsith, canonicum Rossensem, in bassa ecclesia Glasguensi, ad altare beatorum Petri et Pauli fundate et erecte et ibidem presentate: Peciit dominus Thomas Forsith capellanus huiusmodi capellanie instrumenta: Acta ut supra.

179. Tempil—Dalgles.

Anno Domini M° quingentesimo sexto, Jouis xviij mensis Junii, indictione ix, pontificatus Julii 2^{di} anno 3°, et regni anno xix°: Magister Ninianus Dalgles, aduocatus et eo nomine Willelmi Tempill, judicialiter comparens coram Magistris Patricio Coventre et Johanne Goldsmyth, judicibus delegatis in hoc parte per reuerendissimum patrem Robertum Glasguensem archiepiscopum specialiter constitutis, pro tribunali sedentibus, obtulit se probare quod dictus Willelmus Tempill fuit verus possessor quorundam animalium, contentorum in libello porrecto per dictum Tempill coram dictis judicibus, tempore spoliacionis ut asseruit eorundem a dicto Willelmo Tempill, per Magistrum Willelmum Kennidy, et quod dictus Magister Willelmus Kennidy spoliauit eundem Tempill huiusmodi animalibus: Peciit idem Dalgles, aduocatus nomine dicti Tempill instrumenta: Acta judicialiter in ecclesia Glasguensi, hora quasi xij in meridie, vel eacirca; testibus, Johanne Wchtre, Willelmo Abernethy, et Willelmo Smyth.

A.D. 1506.

180. Blacader, Subdecanus.

Anno Domini millesimo quingentesimo sexto, Sabbati xx^{mo} mensis Junii, indictione ix, pontificatus Julii 2^{di} anno 3°, et regni serenissimi principis Jacobi quarti anno xix^{o}: Reuerendissimus in Christo pater Robertus miseracione diuina Glasguensis archiepiscopus, et capitulum Glasguense ad sonum campane capitulariter congregatum, decreuerunt, voluerunt, pronunciarunt et ordinarunt, vicariam perpetuam de Cadder, Glasguensis diocesis, nuper erectam, vnitam et incorporatam collegio vniuersitatis Glasguensis, et ipsi collegio auctoritate summi pontificis in proximo confirmandam, non obstante huiusmodi erectione, annexacione et incorporacione dicto collegio, per eosdem reuerendissimum et capitulum prius factis, annuatim futuris temporibus soluere pensionem xij mercarum, prefato Rollando Blacader, prebendario de Cadder, et suis successoribus, necnon omnia onera ordinaria et alia incumbencia dicto vicariatui, sicuti prius retroactis temporibus solebant vicarii dicte ecclesie de Cadder soluere, et in se portare, ante huiusmodi annexacionem vnionem et incorporacionem dicte vicarie ipsi collegio factas: Peciit idem Rollandus Blacader, subdecanus, instrumenta: Acta in loco capitulari, hora quasi decima ante meridiem; testibus, dominus Willelmo Mowsfald, Johanne Mowsfald, Thoma Forsitht, Johanne Philipson, Georgio Cameron, Roberto Creichtoun, Johanne Heriote, capellanis, vicariis chori Glasguensis.

181. Communitas, Prepositus et Balliui Glasguenses.

Anno, die, mense, indictione, pontificatu, loco, quibus supra, coram reuerendissimo patre Roberto Glasguensi archiepiscopo, presidenti et capitulo, ad sonum campane capitulariter congregatis: Dominus Andreas Burell, capellanus, non vi aut metu ductus, etc., vt apparuit, judicialiter renunciauit juri cause liti mote et mouende, et que sibi competebant, aut in futurum competere poterunt, in quibusdam tenemento et horto jacentibus in

A.D. 1506. vico Ratonum, datis sibi, et de quibus idem Burell recepit statum et saisinam hereditarios nomine ecclesie, ex resignacione quondam Magistri Johannis Scot, vicarii pensionarii ecclesie Glasguensis, quoad statum, saisinam possessionem eorundam, et domino Thome Forbas, capellano ecclesie Sancti Rochi, in territorio Glasguensi fundate et edificande, et prefate ecclesie et suis successoribus, ex consensu prefati reuerendissimi presidentis et capituli, prepositi et balliuorum Glasguensium, imperpetuum assignauit: Preterea prefatus Burell cessit, extradonauit et assignauit, firmam Pentechostalem vltimam dictorum tenementi et horti, prefato Magistro Thome Forbas; et prefati prepositus et balliui, videlicet, Patricius Culquhoun, Thomas Hugonis, et Dauid Lindesay, nomine suo, et communitatis ciuium Glasguensium, promiserunt dare et persoluere prefato domino Andree Burell xx^{s}, et hoc ex dono gratuito et gracioso et caritatis intuitu ducti: Peciit dominus Johannes Stewart, miles, nomine prepositi balliuorum et communitatis Glasguensium instrumenta: Acta judicialiter hora duodecima in meridie, vel eacirca; testibus, Magistris Patricio Coventre, rectore de Gerwald, Johanne Goldsmyth, vicario de Cathkert et Estwode, Johanne Sprewle, Johanne Gibson, et domino Georgio Akinhede, vicario de Dalzell, testibus.

Fol. 45.

182. Neilsoun—Newtoun.

Anno Domini M^{o} quingentesimo sexto, Martis vicesimo tercio mensis Junii, indictione ix, pontificatus Julii 2^{di} anno 3°, et regni Jacobi quarti anno xix^{o}: M. Jacobus Neilson, procurator et aduocatus, et eo nomine Mariote Newtoun, relicte quondam Roberti Mwre de Rawallane, judicialiter asseruit coram Magistris Patricio Coventre et Johanne Goldsmyth, commissariis in hoc parte reuerendissimi patris Roberti Glasguensis archiepiscopi, loco capitulari pro tribunali sedentibus, quod Johannes Mwre de Rawallane, judicialiter illic presens, nisus est, tentauit et laborauit eneruare, et judicialiter contrauenit quemdam con-

tractum, per se et suam sponsam Margaretam Boid initum cum predictis quondam Roberto et Mariota, ad quem obseruandum ipse et sua sponsa prestiterunt corporale juramentum, tactis sacrosanctis Scripturis, et actitati sunt in libris actorum curie domini officialis sub excommunicacionis pena: Peciit idem Neilson nomine quo supra: Acta loco capitulari hora quasi xij in meridie, vel eacirca; testibus, Petro Culquhoun, domino Archibaldo Calderwode, vicario de Cadder, domino Georgio Drummont, M. Johanne Sprewle, et Gilberto Bynnyng, notariis publicis. A.D. 1506.

183. Dwne—Rawallane.

Eisdem die, anno, loco, hora, coram eisdem testibus, M. Dauid Dwne, procurator et aduocatus, et eo nomine Johannis Mwre de Rawallane et Margarete Boid sue sponse, obtulit se nomine dicti Johannis Mwre presentis et Margarete absentis, perimplere singula contenta in prescripto contractu predictum Mwre et suam sponsam concernencia, in quantum tenentur de jure, et hoc coram eisdem commissariis: Peciit idem Dwne nomine quo supra instrumentum: Acta ut supra.

184. Paterson—Masone.

Anno Domini M° quingentesimo sexto, Veneris die xxvj mensis Junii, indictione ix, pontificatus Julii 2^{di} anno 3°, et regni anno xix°: Dominus Georgius Mason, curatus de Campsy, judicialiter comparens coram me, locumtenenti domini Georgii Symontoun commissarii de Campsy, confessus est in judicio se recepisse ab Alexandro Paterson quatuor scuta gallicana, in partem solucionis summe quam idem Paterson tanquam plegius et debitor et securitas pro domina de Ballinclewcht, ut idem Masone asseruit, pro decima dicte domine de Ballincleuch, de anno quingentesimo 2°, debebat sibi Masone tanquam firmario de Campsy eiusdem anni: Peciit idem Alexander Paterson instrumenta: Acta judicialiter in ecclesia Glasguensi, hora xj ante meridiem, vel eacirca; testibus,

A.D. 1506. Magistris Willelmo Kennidy, Roberto Hammiltoun, Laurencio Leis et Archibaldo Calander.

185. Calender.

Anno Domini M° quingentesimo sexto, die Veneris 3° mensis Julii, indictione ix, pontificatus Julii 2di anno 3°, et regni Jacobi quarti anno xix: In presencia mei locumtenentis discreti viri domini Georgii Symontoun commissarii jurisdictionis de Campsy, pro tribunali sedentis, ad jura reddenda et causas audiendas, in ecclesia metropolitana Glasguensi, Henricus Calender comparens obtulit se realiter porrigere excepcionem contra ineptitudinem peticionis Patricii Kincaide de eodem, in actis curie contente, et porrecte contra dictum Henricum Calender, quam tamen excepcionem non habuit extunc in scriptis porrigendam, et hoc interhinc et primam horam post meridiem, vel ante remocionem et erectionem mei locumtenentis predicti a judicio et tribunali dicte diete: Peciit idem Calender instrumenta: Acta judicialiter hora xj ante meridiem, vel eacirca; testibus, Magistro Jacobo Stewart, vicario de Colmonell, dominis Georgio Masone, Willelmo Gartschore et Dauid Kincaid.

186. Murhede—Stobo.

Anno Domini M° quingentesimo sexto, Jouis nono die mensis Julii, indictione ix, pontificatus Julii 2di anno 3°, et regni Jacobi quarti anno xix°: Macolmus McCanis et Johannes Creichtoun, frater naturalis Roberti Creichtoun de Kirkpatrik, fideliter promiserunt et in strictiore forma obligacionis firmiter obligarunt se, fide data in manum mei notarii publici, vice omnium et singulorum quorum interest, etc., recipientis, per extensionem manuum suorum in signum huiusmodi fidei date, dare et deliberare M. Thome Murhede, rectori de Stobo, presidenti capituli Glasguensis pro tempore, intra quindecim [dies ?] proxime futuros, summa xls de resta firme et reddituum ecclesie de Glencarne,

anno quingentesimo quinto, sibi et capitulo predicto debitorum A.D. 1506.
et restancium non solutorum, per Robertum Crechtoun de Kirkpatrik et Johannem Creichtoun de Hartwod, firmarios dicte ecclesie: Super quibus peciit Stobo instrumenta: Acta in edibus eiusdem Stobo, intra ciuitatem Glasguensem, hora quasi 3ᵃ post meridiem, vel eacirca; testibus, Willelmo Smyth, capellano, Eduardo Crechtoun, Johanne Grahame, et Gilcristo Neilsone.

187. Murhede—Stobo.

Anno Domini M° quingentesimo vjᵗᵒ, Lune xiij mensis Julii, indictione ixᵃ, pontificatus Julii 2ᵈⁱ anno 3°, et regni Jacobo quarti anno xix: Dominus Willelmus Siluer, prebendarius de Durisdere, in strictiori forma obligacionis obligauit se, fide data per extensionem manus in signum huiusmodi fidei date, in manum mei notarii vice omnium et singulorum quorum interest aut interesse poterit infuturum recipientis, soluere et deliberare capitulo Glasguensi et collectoribus eiusdem, v mercas vsualis monete, inter hinc et proximum festum Petri aduincula, et alias quinque mercas in festo omnium sanctorum proximo inde sequente, pro restauracione et renouacione stallorum ecclesie Glasguensis, per eundem promissas secundum formam statuti desuper editi, subscripcione manuali sua subscripti; ad quod preterea faciendum M. Thomas Murhede, rector de Stobo, presidens capituli pro tempore, monuit eundem Siluer sub penis contentis in statutis: Peciit idem Stobo nomine capituli instrumenta: Acta intra ciuitatem Glasguensem, hora quasi 2ᵃ post meridiem; testibus, Thoma Huchonsone, balliuo Glasguensi, Thoma Huchonsone, suo filio, Jacobo Campbell, Dauid Zongare, dominis Colino Watsone, subdiacono, et Roberto Wilkesone, capellano, testibus.

188. Mureman—Letrig.

Anno Domini M° quingentesimo vjᵗᵒ, Mercurii xxij mensis Julii, indictione ixᵃ, pontificatus Julii 2ᵈⁱ anno 3°, et regni anno

A.D. 1506. xix°: Willelmus Murman et Andreas Letrig, non vi aut metu ducti, etc., sed ex suis certa sciencia, matura deliberacione prehabita, mera spontanea voluntate, in hunc qui sequitur modum pacti sunt, conuenerunt, et finaliter concordati sunt, dictus Andreas ducet in vxorem Jonetam Mureman filiam dicti Willelmi, et cum eadem matrimonium in proximo in facie ecclesie solemnizabit et complebit, pro cuius matrimonii complemento, idem Willelmus dabit et facto et realiter persoluet dicto Andree nomine dotis, triginta mercas vsualis monete, ad terminos inferius descriptos, videlicet, quinque mercas in festo Petro aduincula
Fol. 46. proximo futuro, et alias quinque mercas in festo assumpcionis beate Marie inde sequente, et alias quinque mercas in festo Petri aduincula inde sequente, et sic terminatim et annuatim quinque mercas in dicto festo Petri aduincula, donec et quousque de eisdem xxx^ta^ mercis prefato Andree integre fuerit satisfactum; ac eciam decem mercas vsualis monete ad voluntatem dicti Andree, sibi per prefatum Willelmum persoluendas; et ipse Andreas statim post matrimonium completum cum dicta Joneta, dabit eidem Jonete statum hereditarium et saisinam, in coniuncta infeodacione cum ipso Andrea, de tenemento suo cum cauda jacente in le Drigate, inter tenementum domini officialis Glasguensis ab occidentali, et tenementum capellanie Sancte Crucis, fundate per quondam M. Macolmum Durand ab orientali, et hortum dicti Andree ab australi partibus; ad que omnia et singula, forma pariter et effectu, ut premissum est, inuiolabiliter obseruanda et sincere perimplenda, idem Willelmus et Andreas et quilibet eorum per se obligauit se, in strictiore forma obligacionis, fide data in manum mei notarii publici, per extensionem manuum, in signum huiusmodi fidei date: Super quibus pecierunt iidem Willelmus et Andreas, quilibet per se et pro se instrumenta: Acta intra ciuitatem Glasguensem, in edibus capellanie beati Jacobi apostoli, hora quasi 2^a^ post meridiem, vel eacirca; testibus, Thoma Crawfurd, Alexandro Browstare et Patricio Letrig.

A.D. 1506.

189. Stewarde—Archidiaconus.

Anno Domini M° quingentesimo vjto, Lune xxvij° mensis Julii, indictione ixa, pontificatus Julii 2di anno 3°, et regni Jacobi quarti anno xix°: Judicialiter comparens dominus Johannes Stewart de Mynto, miles, et Alanus Steward de Craghall, arrendatarii siue firmarii coniunctim et diuisim, fructuum ecclesie parrochialis de Peningham, Candidecase diocesis, et habentes assedacionem siue arrendacionem terminalem fructuum predictorum, tocius primi anni exitus erit in festo Petri aduincula proxime sequente, extradonarunt, renunciarunt, et cesserunt assedacioni et arrendacioni fructuum dicte ecclesie, ipsis firmariis siue arrendatariis incumbencium, de biennio a prefato festo Petri aduincula continue et immediate cursuro, in manibus Magistri Andree Stewart, rectoris dicte ecclesie, et eidem rectori prefatas assedacionem et arrendacionem duorum annorum, a prefato festo futurorum, et suis factoribus assignarunt; contractu tamen assedacionis fructuum dicte ecclesie, inito inter dictum rectorem et firmarios prefatos, et actitato in libris actorum domini officialis Glasguensis, Sabbati xix° mensis Julii, anni Domini quingentesimi quinti, quo ad solucionem terminorum fructuum prefati primi anni, per dictos firmarios occupatorum et gauisorum, ac eciam quo ad restitucionem mansionis siue glebe rectorie de Peningham in eodem statu, prout in eodem contractu actitato ad plenum cauetur, ex consensu dictarum parcium, in suis robore et effectu nichilominus remansuro et duraturo: que omnia et singula perimplenda, forma pariter et effectu ut permissum est, judex, videlicet Magister Jacobus Neilsone, commissarius domini officialis Glasguensis, Magistri Dauid Conigham, pro tribunali sedens, in loco consistoriali Glasguensi, in suo loco consueto et solito, ad jura reddenda et causas audiendas, monuit prescriptas partes primo, 2°, 3°, vnico tamen contextu, sub triplici edicto, peremptorie, ac sub excommunicacionis pena: Peciit idem M. Andreas rector instrumenta: Acta judicialiter in consistorio, hora quasi decima ante meridiem,

A.D. 1506. vel eacirca; testibus, Magistris Willelmo Blak, Willelmo Kennidy, Richardo Dowglas, Thoma Forbas, notariis publicis, et Gilberto Bynnyng, notario publico, ac scriba curie causarum dicti officialis, et Adam Steuard, laico.

190. Archiepiscopus Glasguensis.

Anno Domini M° quingentesimo vj^to. die Sabbati xxix° mensis Augusti, indictione ix, pontificatus Julii 2^di anno 3°, et regni Jacobi quarti xix°: Comparentes in judicio dominus Andreas Browster, capellanus, et Willelmus Baxter ab vna, et Alanus Erskin ab altera, partes, per extensionem suarum manuum in signum fidei date, compromiserunt, compromissum fecerunt, et compromissos se recognouerunt, de alto et basso, in venerabiles et discretos viros, Magistros Martinum Rede, cancellarium, Archibaldum Layng, vicarium de Girvane, presbiteros, et Johannem Schaw, laicum, judices compromissarios, arbitros arbitratores et amicables compositores, inter predictas partes communiter electos: Super omnibus et singulis dissidencia, litibus, debatis, contrauersiis, questionibus, accionibus, seu peticionibus, quibuscunque, motis seu moueri speratis, quas vna pars ab altera petere vel intentare posset, racione quacunque siue quacunque causa, a toto tempore preterito vsque in diem date presentis instrumenti, tam super principali quam super expensis jam ob hoc factis: Quorum arbitrorum arbitratorum seu amicabilium compositorum laudum, decretum et ordinacionem, promiserunt dicte partes, hincinde interuenientibus juramentis in manibus reuerendissimi patris, et ad eius mandatum ad sancta Dei euangelia prestitis, tenere, complere, et inuiolabiliter obseruare, dictis eciam judicibus compromissariis siue arbitris arbitratoribus judicialiter, et in manibus dicti reuerendissimi, per extensionem manuum ad sancta Dei euangelia juratis, et in se acceptantibus, ad decernendum, sentenciandum et laudandum, super controuersiis et debatis huiusmodi, intra xv dies proximo futuros: Peciit reuerendissimus pater Robertus Glasguensis archiepiscopus in-

strumenta: Acta in judicio in loco capitulari ecclesie Glasguensis, hora quasi xij in meridie; testibus, Magistris Rolando Blakader, subdecano, Patricio Elphinstoun, prebendario de Erskin, Michaele Flemyng, prebendario de Alncrumbe, Patricio Graham, prebendario de Kilherne, canonicis Glasguensibus, Archibaldo Crawfurd et Patricio Coventre et Roberto Maxuell. A.D. 1506.

191. Subdecanus Blacader—Ross.

Anno Domini quingentesimo sexto, die Lune xxviij° mensis Septembris, indictione x^{a}, pontificatus Julii 2^{di} anno 3°, et regni Jacobi quarti anno xix°: Dominus Georgius Ros, capellanus, non vi aut metu ductus, errore lapsus, seu quauis sinistra machinatione aut dolo circumuentus, sed ex suis certa sciencia, mera libera et spontanea voluntate, vendidit ac titulo vendicionis et alienacionis a se heredibus suis et assignatis, pro perpetuo alienauit, Magistro Rolando Blacader, subdecano Glasguensi, quoddam tenementum cum cauda et pertinenciis, jacens in ciuitate Glasguensi, ex parte boriali vici le Drigaite wlgariter nuncupati, inter terras quondam Thome Morisone et quondam Finlai Henrisone ab orientali et occidentali, necnon inter stratam publicam dicti vici et torrentem de Malindinore ab australi et boriali partibus a quatuor, pro quadam certa summa pecunie, sibi domino Georgio in pecunia numerata gratanter et integre persoluta; de qua fatebatur se bene contentum et plenarie persolutum, prefatumque subdecanum et suos quittos inde clamauit imperpetuum: Fol. 47. Tenendum et habendum predictum tenementum cum suis cauda et pertinenciis, prefato M. Rolando et suis assignatis, a dicto domino Georgio Ross et heredibus suis, in feodo et hereditate imperpetuum, prout jacet in longitudine et latitudine ut premittitur, per omnes rectas metas suas antiquas et diuisas, et adeo libere, quiete, plenarie, integre, honorifice, bene et in pace, in omnibus et per omnia, sicut aliquod tenementum cum pertinenciis in burgum intra regnum Scotie, per conuentum tenetur, habetur, aut possidetur: Cuiusquidem tenementi cum suis cauda

A.D. 1506. et pertinenciis, saisinam et statum hereditarios, necnon, realem, actualem, et corporalem possessionem, per Thomam Hugonis, alterum balliuorum ciuitatis Glasguensis pro tempore (qui puram et simplicem et sponte factam resignacionem et sursum dacionem, dicti tenementi cum suis cauda et pertinenciis, a manibus dicti domini Georgii perprius et immediate recepit et acceptauit, et postea eundem dominum Georgium et suos heredes, statu hereditario et saisina eiusdem tenementi cum pertinenciis exuit et dissaisiuit), tradidit et tradi fecit imperpetuum, saluo jure cuiuslibet, prefato M. Rolando et suis assignatis, soluturis inde annuatim onera et annuos redditus prius debitos et consuetos: Consequenter prefatus subdecanus sursum dedit, pureque simpliciter resignauit, feodum dicti tenementi cum cauda et pertinenciis, per terram et lapides in manibus dicti balliui: Quibus resignacione et sursum dacione receptis et admissis, sepedictus balliuus saisinam et statum feodi hereditarios, necnon realem, actualem et corporalem possessionem, predicti tenementi cum cauda et pertinenciis, per similem tradicionem terre et lapidis, tradidit imperpetuum, saluo jure cuiuslibet, domino Roberto Wilkison, capellano, nomine ecclesie, cuicunque privato altari aut ecclesie, pro libito et directione dicti subdecani, posterius applicandi et assignandi, reseruando dicto subdecano, pro toto tempore vite sue duntaxat, liberum tenementum siue dominium vtile dicti tenementi cum pertinenciis: Super quibus peciit idem subdecanus instrumenta: Acta apud dictum tenementum, hora quasi ix ante meridiem; testibus, domino Thoma Smyth, in sacris constituto, Thoma Hugonis, juniore, Alexandro Bargille et Nicholao Knok.

192. Levingistoun—Bathket.

Anno Domini M° quingentesimo sexto, Mercurii die vltimo mensis Septembris, indictione decima, pontificatus Julii 2[di] anno 3°, et regni anno xix°: Personaliter constitutus dominus Jacobus Levingstoune, capellanus, copiam quarundem literarum apostolicarum, formam inhibitionis, venerabilibus et egregiis viris

Magistris Dauidi Conigham, officiali Glasguensi, et Thoma Leis, subdecano Dumblanensi, judicibus delegatis a sede apostolica in hac parte, vigore cuiusdem commissionis seu rescripti apostolici, in quadam causa appreciationis, per dictum dominum Jacobum ab vna, contra et aduersus quemdam dominum Andream Cottis, capellanum, partibus ab altera, penes vicariam perpetuam ecclesie parrochialis de Bathket, et illius occasione mota, specialiter constitutis, necnon ipsi domino Jacobo in prefata commissione principali, a prefata sede specialiter facte, in se continentium, per discretum virum M. Thomam Straitachane, huiusmodi literarum executorem assertum, presentem, audientem, et ut apparuit intelligentem, suis sumptibus et expensis, facto realiter et in auro et argento per dictum dominum Jacobum, predicto executori oblatis, et in manibus nostris ad finem et effectum huiusmodi aurum et argentum dandi, prefatori executori, pro dicta copia realiter deliberatis, primo, secundo, tercio, debita cum instancia sibi dari postulauit et requisiuit: Memoratus tamen assertus executor, licet secius requisitus, copiam huiusmodi literarum et inhibicionis, sibi domino Jacobo instanter dare recusauit et negauit, asserens se executorem de jure non teneri aut debere dare copiam literarum quarum est executor: Super quibus peciit idem Levingistoun instrumenta: Acta intra ciuitatem Glasguensem, in domo habitacionis pro tempore Donaldi de Camera ciuis Glasguensis, hora quasi xj ante meridiem; testibus, Magistris Roberto Hammyltoun, rectore de Bothernok, ac decano facultatis arcium Vniuersitatis Glasguensis, Thoma Forbas, notario publico, capellanis, Patricio Linlithgw, Johanne Murhede, Alexandro Levingistoun, et Dauid Wardlaw, laicis, testibus.

A.D. 1506.

193. Wilsone.

Anno Domini M° quingentesimo sexto, die Lune xix mensis Octobris, indictione x^a^, pontificatus Julii 2^di^ anno 3°, et regni Jacobi quarti anno xix°: Personaliter constitutus Archibaldus Wilsone, ciuis Glasguensis, tenandus abbatis et conuentus de

A.D. 1506. Kilwynnyng, trium libratarum terrarum de Skirlynlandis, jacencium in ballia de Conigham, intra vicecomitatum de Aire, et habens assedacionem earundem pro toto tempore vite sue, et hoc pro se et suis assignatis, constituit et ordinauit, prout presentis instrumenti tenore, constituit et ordinat Thomam Wilsone et Johannem Wilsone, suos fratres germanos, suos veros legitimos et indubitatos assignatos, pro toto tempore sue assedacionis, quadraginta solidatis dictarum trium libratarum cum pertinenciis, videlicet quemlibet eorundem assignatum xx solidatis terrarum dictarum trium libratarum, in vberiore forma, soluendo inde annuatim dictis abbati et conuentui onera et firmas debitas prius et consuetas: Peciit idem Thomas Wilsone, pro se et fratre suo Johanne, instrumenta: Acta intra ciuitatem Glasguensem, in horto edium dicti Archibaldi, hora quasi quinta post meridiem, vel eacirca; testibus, Willelmo Galloay, Johanne Byngla w, et Jacobo Wilsone.

194. Clerk—Sterhede.

Anno quingentesimo sexto, Veneris penultimo Octobris, indictione decima, pontificatus Julii 2^{di} anno 3°, et regni Jacobi quarti anno xix°: In presencia Magistrorum Dauidis Conigham et Ade Culquhoun, canonicorum Glasguensium, ac balliuorum pro tempore terrarum de le Chanonland, in aula collegii vicariorum chori, intra ciuitatem Glasguensem, in plana curia de le Chanonland pro tribunali sedencium, ad jura reddenda et causas audiendas, meique notarii publici et testium infrascriptorum, personaliter constituti discrete persone Willelmus Clerk et Katherina Sterhed, quondam sponsa Thome Clerk, nunc autem sponsa Eduardi Johnsone, omnibus melioribus modo, via, jure,
Fol. 48. causa et forma, quibus melius et tucius et efficacius potuerunt et debuerunt, non vi aut metu coacti, dolo, fraude, aut quauis sinistra machinacione circumuenti, aut seducti, sed sponte, libere, gratis et ex certis eorum, ut dicebant, scienciis, ac propriis et spontaneis voluntatibus, maturisque deliberacionibus et consiliis

prehabitis, conuenerunt, tractauerunt, appunctuarunt et amicabiliter concordauerunt, modo et forma subsequentibus, videlicet, quod dicta Katherina pro toto tempore vite sue, quiete et pacifice, sine molestacione, impedimento aut contradiccione prefati Willelmi aut suorum, gaudebit, possidebit et occupabit culturam siue assedacionem xiij solidatarum terrarum de le Twirgill in le Chanonland, jacencium in ballia de Conigham intra vicecomitatum de Are, in qua quondam prescriptus Thoma Clerk, sponsus dicte Katherine, obiit vltimo arrendatus, tanquam arrendatrix et habens arrendam eiusdem; et nihilominus, defuncta ipsa Katherina, sepedictus Willelmus retinetur et habebit regressum pacifice ad ipsam culturam cum pertinenciis, tanquam ad eam in qua quondam pater suus Willelmus Clerk, fuit arrendatus, juxta modum arrende siue rentalis Sancti Kentigerni dummodo, tunc pro sua induccione et arrendacione in eadem satisfecerit condignum et juxta beneplacitum decani et capituli: Pecierunt Catherina et Willelmus hincinde instrumenta: Acta judicialiter in aula vicariorum hora quasi vndecima ante meridiem, vel eacirca; testibus, Johanne Patrik, Johanne Hobkine, Georgio Patonsone, Johanne Wilsone, Eugenio Johnsone, Johanne Alansone, et Thoma Broune. A.D. 1506.

195. Frissell—Scot.

Anno Domini M° quingentesimo sexto, die Sabbati vltimo mensis Octobris, indictione x^{ma}, pontificatus Julii 2^{di} anno 3°, et regni anno xix°: In presencia Magistrorum Dauid Conigham et Ade Culquhoun, canonicorum Glasguensium, balliuorum de Chanonland pro tempore, in ecclesia Glasguensi sedencium, meique notarii publici, etc., Alexander Frisell, nomine Johannis Scot tunc presentis, protestatus fuit solemniter, quod non cederet dicto Johanni Scot in preiudicium quod Joneta Galbrath, vidua habuit arrendam et fuit arrendata in tercia parte culture et assedacionis quam olim Willelmus Scot, pater dicti Johannis, tanquam arrendatus in ea integraliter possidebat et occupabat;

A.D. 1506. quin post obitum dicte Jonete, valeat habere regressum et recursum ad dictam terciam partem, et arrendari in eadem tanquam in ea in qua quondam dictus suus pater obiit vltimus arrendatus, juxta modum et obseruanciam consuetudinis arrende siue rentalis Sancti Kentigerni, similiter quod ne cederet dicto Johanni Scot in preiudicium quod solum fuit arrendatus in duabus partibus culture in qua integraliter quondam pater suus fuit arrendatus: Peciit idem Frisell nomine dicti Johannis Scot instrumenta: Acta in ecclesia Glasguensi hora quasi ix, ante meridiem; testibus, Johanne Alansone, Johanne Con, Thoma Or, Gawino Kelso, Jacobo Rede, et Johanne Alansone, juniore.

196. Clerk.

Anno quingentesimo vj^{to}, die Dominica xxij mensis Nouembris, indictione decima, pontificatus Julii 2^{di} anno quarto, et regni anno xix^{o}: Dominus Robertus Clerk, clericus perpetuus parrochialis de Hammiltoun et Dalserf, ac sacrista et thesaurarius prebendatus in ecclesia parrochiali de Hammiltoun, constituit procuratores in vberiori forma, videlicet, Magistrum Alexandrum Hammiltoun canonicum Glasguensem, dominos Johannem Henschaw, Willelmum Smyth, Willelmum Broun, Johannem Dawson, capellanos, Johannem Hammiltoun, Willelmum Foulare et Johannem Fowlare, laicos, in solidum, coniunctim et diuisim, ad resignandum et renunciandum et dimittendum dictum officium clericatus, et sacristariam siue thesaurariam prebendales dicte ecclesie collegiate de Hammiltoun, in manibus M. Dauidis Conigham prepositi dicte ecclesie, seu cuiuscunque alterius huiusmodi resignacionem recipere potestatem habentis, et ad jurandum in animam ipsius conscientis, quod in huiusmodi resignacione non interueniet neque interuenient fraus, dolus, simonie, labes aut quauis illicita pactio et corruptela: Insuper promisit ratum et gratum: Peciit dominus Thomas Clerk capellanus instrumenta: Acta in capella hospitalis Sancti Nicholai, intra ciuitatem Glasguensem, hora octaua ante

meridiem; testibus, dominis Donaldo Daracht, Georgio Cameron, capellanis, et Thoma Hammiltoun, infra sacros constituto. A.D. 1506.

197. Failfurd.

Anno quingentesimo vj^to^, die Sabbati secundo mensis Januarii, indictione x^ma^, pontificatus Julii 2^di^ anno 4°, et regni anno xix°: Frater Willelmus Houson, minister de Failfurd, ex certis causis racionabilibus, ut dicebat, animum suum ad idem inducentibus, Magistros Johannem Walles, vicarium de Linlithgw, Willelmum Barclay et Jacobum Wischard, procuratores alias per eundem in quadam causa appreciationis, per quemdam fratrem Thomam Dikson ordinis Sancte Trinitatis, etc., contra ipsum ministrum mota, et adhuc pendente indecisa coram Magistris Waltero Small et Johanne Zong, judicibus subdelegatis reuerendi patris Georgii episcopi Dunkeldensis, judici delegati in dicta causa, vigore cuiusdam rescripti apostolici sibi et certis suis in hac parte collegis directi, prout in eodem cauetur, nominatis et constitutis, per expressum reuocauit, huiusque instrumenti tenore reuocat: Peciit idem minister instrumenta: Acta in edibus vicarii de Linlithgw, in manso et gleba vicarie eiusdem, hora quasi ix ante meridiem; testibus, Johanne Dowglas, Jacobo Walles et Andrea Houson.

198. Decanus Presidens et Capitulum—Waghorn.

Anno quingentesimo vj^to^, die Veneris octauo mensis Januarii, indictione decima, pontificatus Julii 2^di^ anno 4°, et regni anno xix: Appunctuatum, conuenit, et concordatum est, inter decanum, presidentem et capitulum Glasguense, ab vna et Michaelem Waghorne, fabrum lignarium, ab altera partibus, pro reformacione et edificacione certorum stallorum in choro Glas- Fol. 49.
guensi, per eundem Waghorne proxime faciendis, recepturum ab eisdem decano presidente et capitulo pro huiusmodi edificacione xl mercarum, ad terminos contentos in cedula contractus

A.D. 1506. desuper facti, quam cedulam habuit Magister Nicholaus Greynlaw, que omnia et singula suprascripta, modo, forma continencie et tenoris huiusmodi cedule, et contenta in eadem cedula, obligarunt se Magistri Rolandus Blacader, Michael Flemyng et dictus Greynlaw, nomine capituli, et dictus Waghorn pro se hincinde in strictiori forma obligacionis, fraude et dolo semotis, inuiolabiliter obseruare et perimplere: Peciit dictus M. Nicholaus Greynlaw, nomine capituli, instrumenta: Acta in ecclesia Glasguensi, hora quasi vndecima ante meridiem; testibus, dominis Thoma Conigham, Andrea Browister, et Magistro Kentigerno Forsith, capellanis, Jacobo Mason et Archibaldo Crawfuird, laicis.

Memorandum that it is appunctit betuix venerable and wirschipfull men, the dene and cheptour of Glasgw on the tapairt, and Mychell Waghorn, wrycht, on the toder pairt, that is to say, the said Mychell sall mak, God willing, to the queyre of Glasgw, fife silouris for the couering of the stallis, tuenty fute lang ilk siloure, on the best fassone, that is to say, the gest at the siloure standis in to be hewin and graithit be him with tua frontellis, ane on ilk syde of the gest, schorne and kersit werk, with five cownis to ilk siloure, and anglis as efferis, with hede and frontellis fiellis with knoppis, and with thre gret hyngaris and knoppis, with rynrufe and foure lefis about ilk knop in ilk siloure, sik lik as is in the chapell of Striuiling: And as to the principale frontellis of thir five silouris, to be divisit be the masteris of werk, and specialy efter the forme of the frontell of the silouris of the hie altare in Glasgu: And as to the sawine of all and sindri burdis and treis neidfull to the said werk, the said Mychell sall mak all burdis and treis at may be sawin with hand saw to be sawin, and the dene and cheptour sall mak wther burdis and treis at mane be sawine with armyt sawis, sik lik to be sawine: Atour the said Michell oblisis him faithfully, to remane still at the said werk, and nocht pas therefra quhill the completyng of the samyn, without special leif of the dene

or president and cheptour of Glasgu forsaid: And as to the making of scaffalting and wpputting of the said silouris, the said Mychell sall mak the samyn, the saidis dene and cheptour findand the stuffe as efferis thar to, and to the laif of werk: And for the completing of the fife silouris the said Michell sall hafe fourty merkis, ay according to the werk, ane quarter beforehand, geif he plesis: This contract wes maid within the kirk of Glasgw, the acht day of Januare, the zeir of God j^{m} v^{c} sex zeris, before thir witnes, Masteris Rolland Blacader, subdene, Adame Culquhone, persone of Govane, Mychell Flemyng, persone of Alncrumbe, Nicholl Greynlaw, persone of Edulfistoun, chanonis of Glasgw, with diuers wtheris. A.D. 1506.

199. Hammiltoun.

Anno Domini M^{o} quingentesimo vj^{to}, secundum computacionem ecclesie Scoticane, die Sabbati xxix mensis Januarii, indictione x^{a}, pontificatus Julii 2^{di} anno 4°, et regni Jacobi quarti anno xix: M. Dauid Conigham, canonicus ac officialis Glasguensis generalis, quasdam literas apostolicas formam commissionis in se continentes, de manibus Arthuri Hamiltoun, clerici, infrascripti tenoris, ea qua decuit reuerencia recepit, quequidem litere sic incipiunt,—Julius episcopus, seruus seruorum Dei, dilecto filio officiali Glasguensi, etc.,—et sic finiunt,—pontificatus nostri anno 3°:—vigore quarum et contentorum in eisdem, cum prefato Arthuro coram se personaliter constituto, et ad genua prostrato, humiliter petenti et requirenti de soluto genito et soluto, quod huiusmodi non obstante defectu, possit ad omnes eciam sacros ordines promoueri, et beneficium ecclesiasticum obtinere, eciam si curam habeat animarum prefatus dominus officialis, per eundem Arthurum coram eo ad genua positum, et id humiliter petentem et requirentem, consideratis prius circumstanciis vniuersis, que circa ydoneitatum persone fuerint attendende, et quod dictus Arthurus non existit paterne incontinencie imitator, sed bone conuersacionis et vite, et alia eidem suffragari merita ad

A.D. 1506. huiusmodi dispensacionis graciam obtinendam, auctoritate apostolica sibi in hac parte commissa dispensandam duxit, et dispensauit, prout de presenti dispensat: Peciit idem Arthurus instrumenta; quibus dictus officialis promisit appendere sigillum officii officialatus Glasguensis: Acta in edibus dicti officialis, intra ciuitatem Glasguensem, hora quasi 3ª post meridiem; testibus, Willelmo Conigham de Craganis, Niniano Merschell de Clororik, Johanne Hammiltoun de Ormestoun, Thoma Walkare, Gavino Hamiltoun, Johanne Hamiltoun, scolaribus, et domino Dauid Akinhede, capellano.

200. Gordoun—Conigham—Kilmawris.

Anno Domini, etc., quingentesimo vj^{to}, die Lune primo mensis Februarii, indictione decima, pontificatus Julii 2^{di} anno 4°, et regni Jacobi quarti anno xix°: Patricius Hamiltoun, procurator et eo nomine Johannis Gordoune de Lochinver, de cuius procuracionis mandato, per literas patentes, sigillo pendente albe rubea cera impressa prefati Johannis Gordoun sigillato, legitimam fecit fidem, sursum dedit, ac per fustem et baculum pure et simpliciter resignauit, decem mercatas terrarum subscriptarum, videlicet, vnam mercatam de Cragnestane, tres mercatas de Kirkcuthbricht, vnam mercatam de duabus mercatis terrarum jacencium proxime terras de Achinchoane, duas mercatas de Monygreile, duas mercatas de Conrig, et vnam mercatam wlgariter le Polbrane, antiqui extentus, cum pertinenciis, jacentium in baronia de Glencarn, intra vicecomitatum de Drumfreis, in manibus Willelmi Conigham filii et heredis Cuthberti comitis de Glencarne, existentis sub tutoria dicti Cuthberti patris sui, ac domini feodi terrarum et baronie de Glencarne: Necnon in manibus dicti Cuthberti domini liberi tenementi dictarum terrarum et baronie de Glencarne, tanquam in manibus domini superioris, dicto Johanni Gordoun de Lochinver earundum terrarum et baronie de Glencarne: Ac totum jus et clameum, proprietatem et possessionem, procuratorio nomine quo supra,

que et quas dictus Johannes Gordoun habet, habuit, etc., pro eo et heredibus ipsius quieteclamauit, et hoc in fauorem Johannis Gordoun, filii dicti Johannis Gordoun de Lochinver, et non alias, aliter, neque alio modo; reseruando, procuratorio nomine quo supra, liberum tenementum predictarum decem mercatarum cum pertinenciis, prefato Johanni Gordoun de Lochinver pro toto tempore vite sue: Peciit idem Johannes Gordoun, junior, et filius dicti domini de Lochinver instrumenta: Acta in ecclesia bassa Glasguensi, hora x[a] ante meridiem vel eacirca; testibus, Magistris et dominis Willelmo Siluer, canonico Glasguensi, Roberto Clerk, vicario de Kilmacome, Dauid Dwne, Jacobo Neilson, Georgio Panteir, Waltero Nory, preposito de Kilmawris, presbiteris, Johanne Symple, laico, Georgio Hervy, et Johanne Morisone, et Adam Murray, clericis. A.D. 1506.

201. Elphinstoun.

Anno, etc., quingentesimo vj[to], die Mercurii 3[o] Februarii, indictione x[a], pontificatus Julii 2[di] anno 4[o], et regni Jacobi quarti anno xix[o]: Johannes Elphinstoun ciuis Glasguensis asserens dominum Thomam Forsith protulisse et obloquendo dixisse de ipso absente, coram diuersis fidedignis testibus et in publico, verba sequencia, vel similia in effectu, in lingua vernacula,—Johne Elphinstoun is a defamit persone perpetuall, and ane verray erratik, and a Jow,—eadem postquam ad sui noticiam deuenerunt et deducta sunt ad animum publice reuocauit, protestatus solenniter de remedio juris oportuno, vbi, quando et quociens opus existit: Peciit idem Elphinstoun instrumenta: Acta in aula Patricii Hamiltoun, hora sexta post meridiem, vel eacirca; testibus, dominis Roberto Clerk, vicario de Kilmacolme, Thoma Clerk, stallario de Hamiltoun, presbiteris, Patricio Hamiltoun, notario publico, Jacobo Campbell, Adam Murray, Johanne Morisone, clericis, Johanne M[c]Kewin, laico, testibus. Fol. 50.

A.D. 1506.

202. Androsone—Culquhone.

Anno Domini M° quingentesimo vj^to^, die Veneris duodecimo mensis Februarii, indictione decima, pontificatus Julii 2^di^ anno 4°, et regni Jacobo quarti anno xix°: Georgius Culquhoun, clericus parrochialis perpetuus ecclesie parrochialis de Govane, assedauit et ad firmam dimisit, prout per persentes assedat et ad firmam dimittit, omnes et singulos fructus, obuenciones, proventus, et emolumenta dicti officii clericatus parrochialis de Govane, domino Andree Androsone, vicario pensionario dicte ecclesie de Govane, pro spacio vnius anni, a festo Philippi et Jacobi, anni Domini millesimi quingentesimi octaui, integre cursuri et complendi, quod quidem festum Philippi et Jacobi in anno prefato quingentesimo octauo erit introitus dicti domini Andree et suorum factorum, ad pacificam percepcionem et leuacionem fructuum dicti officii clericatus, et pro spacio huiusmodi anni ut premittitur duraturus; et hoc pro quadam certa summa pecunie, dicto Georgio premanibus gratanter in pecunia numerata persoluta, de qua tenuit se dictus Georgius bene solutum et contentum, et quietauit prefatum vicarium pensionarium et suos inde imperpetuum: Que omnia et singula premissa, forma pariter et effectu ut pretactum est, idem Georgius obligat se, suos heredes, executores et assignatos, in vberiori et strictiori forma camere apostolice, et sub penis periurii, inabilitatis et infamie, fraude et dolo seclusis, inviolabiliter et sinceriter obseruare: Peciit idem vicarius pensionarius instrumenta: Acta in ciuitate Glasguensi, intra septa hospitalis Sancti Nicholai, hora quasi 3^a^ post meridiem; testibus, domino Johanne Brakanrig, capellano, Patricio Culquhoun, et Patricio Mychell.

203. Rede Cancellarius.

Anno Domini quingentesimo sexto, Jouis quinta Marcii, indictione x^a^, pontificatus Julii 2^di^ anno 4°, et regni anno xix°: M. Martinus Rede, cancellarius Glasguensis, patronus vnicus

pro toto tempore vite sue capellanie fundande et instituende per eundum, ad altare Sancti Nicholai in ecclesia parrochiali de Are, pro animabus quondam Willelmi Rede, burgensis de Are, Katherine Clerk, sue sponse, et prolium suarum, parentum, amicorum, benefactorum predecessorum eorundem; necnon pro animabus dicti M. Martini, Alexandri Johnson, et prolium suarum, assignauit et limitauit dominum Willelmum Rede, capellanum, ad seruiendum et ministrandum in eadem, durante voluntate ipsius domini cancellarii tantummodo et non alias; ac eciam limitauit et assignauit eundem dominum Willelmum Rede, ad recipiendum statum hereditarium et saisinam, nomine ipsius Magistri Martini et ecclesie solum et non alias, de annuis redditibus fundandis ad sustentacionem dicte capellanie: Peciit idem dominus Willelmus instrumenta: Acta in edibus dicti cancellarii, intra ciuitatem Glasguensem, hora 4ª post meridiem, vel eacirca; testibus, Adam Rede de Barskymmyn, Magistro Johanne Hugonis, rectore de Kilbride, Alexandro Johnsoun, burgensi de Are, dominis Georgio Symontoun, vicario de Mernis, et Roberto Dalgles, notariis publicis. A.D. 1506.

204. Lekprivik.

Anno Domini, etc., quingentesimo sexto, die Martis xvj mensis Marcii, indictione decima, pontificatus Julii 2[di] anno 4°, et regni Jacobi quarti anno decimo nono: Coram M. Dauide Conigham, officiali Glasguensi, in judicio pro tribunali sedente, Mariota Steward, sponsa Alani Steward de Craghall, in absencia dicti sui mariti, sursum dedit quinque mercatas terrarum antiqui extentus, cum pertinenciis, de Hagthornehill, jacencium in dominio de Cathkert, intra vicecomitatum de Ranfrew, pureque simpliciter resignauit easdem, et omne jus, clameum, proprietatem et possessionem que et quas quouismodo habet, habuit aut habere poterit in futurum, in et ad dictas terras cum pertinenciis, racione sue iuncte infeodacionis in eisdem terris, in manibus Johannis domini Cathkert, domini superioris earundem, eandem

A.D. 1506. resignacionem acceptantis: Preterea renunciauit et cessit judicialiter, et in absencia dicti sui mariti, omni juri, etc., quod sibi quouismodo competiit, aut in futurum competere poterit in eisdem, racione sue iuncte infeodacionis in eisdem; insuper tactis per eam ob hoc corporaliter Scripturis sacrosanctis, in manibus dicti domini officialis, et ad eius mandatum ad sacra Dei euangelia jurauit, quod ad huiusmodi resignacionem et renunciacionem faciendam, non fuit quouismodo metu mariti sui, aut quouismodo alias coacta, sed id fecit sponte, gratis, libere; et quod in futurum nunquam per se aut suos deueniet, publice vel aperte, in judicio vel extra, quouis quesito, colore, aut ingenio, contra huiusmodi resignacionem et renunciacionem: Peciit Johannes Lekprivik de Goldinlee instrumenta, quibus dictus dominus officialis suum sigillum officialatus Glasguensis, procuratum per dictum Lekprevik et concessum per eundem officialem, promisit appendere: Acta in ciuitate Glasguensi, vico le Drigate, intra nouam edificacionem dicti domini officialis, hora quasi quinta post meridiem; testibus, domino Johanne Maxvell de Nedder Pollok, milite, Johanne Maxvell de Akinhede, M. Archibaldo Crawfurd, vicario de Erskin, M. Roberto Maxwell, Willelmo Steward, burgensi Glasguensi, et domino Alexandro Blare, notario publico.

205. Lekprevik.

Anno, die, mense, indictione, pontificatu, hora, loco, coram testibus quibus supra immediate, coram dicto domino officiali Glasguensi, in judicio pro tribunali sedente, dominus Johannes Maxuell de Nedder Pollok, miles, heres talliatus terrarum de Goldinlee cum pertinenciis, non vi aut metu ductus, ut asseruit, etc., sed omnibus melioribus modo, via, jure, causa et forma quibus melius, etc., cassauit, annullauit, cessit et renunciauit tallie, sibi et suis heredibus facte, de terris de Goldinlee cum pertinenciis, jacentibus in dominio de Cathkert, et intra vicecomitatum de Ranfrew, et omnibus concernentibus eandem

cartam tallie, necnon connexis, annexis, dependentibus et emergentibus ex eadem, necnon omni juri, jurisque titulo, sibi aut suis heredibus de jure aut de facto, in dictis terris de Goldinlee quouismodo competentibus, pro se et suis heredibus imperpetuum, et hoc in fauorem Magistri Archibaldi Craufurd et heredum suorum, et ipsum jus in Magistrum Archibaldum Crawfurd, vicarium de Erskin, et heredes suos cessit, transtulit et transportauit: Et nichilominus irreuocabiliter consensit expresse alienacioni et vendicioni dictarum terrarum, facte seu faciende per Johannem Lekprevik dominum earundem terrarum, prefato M. Archibaldo Crawfurd, et suis heredibus ex consensu ipsius Johannis Maxvell, et eandem alienacionem et vendicionem, pro se et suis, contra quas renunciacionem, cessionem et consensus prestacionem, approbauit, ratificauit et robor plenarie firmitatis obtinere voluit obligauit se et heredes suos nunquam deuenire, in judicio vel extra, etc., quouis quesito, colore, aut ingenio, neque vnquam inquietare, perturbare aut vexare ipsum Lekprevik pro huiusmodi alienacione, aut dictum M. Archibaldum in pacifica possessione earundem, aut suos heredes: Peciit idem Lekprevik instrumenta, quibus sigillum officialis Glasguensis, procuratum et concessum, debet appendi: Acta judicialiter ut supra.

A.D. 1506.

Fol. 51.

206. Lekprevik.

Eisdem anno, die, mense, indictione, pontificatu, loco, hora, coram testibus Johanne Maxvell de Akinhede, domino Alexandro Blare, notario publico, Magistro Petro Broun, et Johanne domino Cathkert, in presencia dicti domini officialis, in judicio pro tribunali sedente, M. Archibaldus Crawfurd non vi, etc., sed sponte, gratis, libere et expresse, omnibus melioribus modo, etc., cessit et renunciauit cuidam obligacioni et contentis in eisdem, facte per Johannem Lekprevik, sub suo sigillo, prefato Magistro Archibaldo, super summa xl mercarum soluendarum sibi per dictum Lekprevik et suos, casu quo non compleuerit et perfecerit contenta in huiusmodi sua obligacione, ac eciam literis citatoriis

A.D. 1506. regiis desuper leuatis, et omnibus emergentibus, dependentibus, connexis et annexis et concernentibus eandem obligacionem et contenta in eadem, imperpetuum; et nihilominus judicialiter exonerauit dictam obligacionem, et concernencia eandem, et contenta in eadem, et quieteclamauit dictum Lekprevik et suos de eisdem, et promisit et obligauit se, heredes, executores et assignatos, contra premissam renunciacionem, exoneracionem et quieteclamacionem, nunquam per se aut suos, in judicio vel extra, etc., deuenire: Peciit idem Lekprevik instrumenta, quibus sigillum domini officialis est concessum, procuratum per dictum Lekprevik: Acta ut supra.

207. Lekprevik.

Eisdem anno, die, mense, indictione, loco, hora, testibus, Johanne Maxvell de Akinheid, domino Alexandro Blare, et Magistro Petro Broun, M. Dauid Conigham, officialis Glasguensis, in tribunali judicialiter sedens, absoluit Johannem dominum Cathkert, a sentencia excommunicacionis, quam incurrebat per literas eiusdem compulsoriales, ad instanciam domine Margarete Houstoun relicte quondam domini de Lyle, ex consensu M. Archibaldi Crawfurd, procuratoris eiusdem domine Margarete, ab hora confectionis presencium, per totam noctem et crastinum diem inclusiue, ad cautelam cum reincidere: Peciit idem Johannes Lekprevik instrumenta: Acta vt et vbi supra, judicialiter, non est sigillum concessum.

208. Lekprevik—Steward.

Eisdem anno, die, mense, indictione, pontificatu, Johannes Lekprevik de Goldinlee quamdam obligacionis pergameni cedulam, nobis notariis tradidit excopiandam, de verbo in verbum transsumendam, et in publici transsumpti formam redigendam, vigore cuius obligauit se Alanus Steward de Craghall et heredes suos, executores, assignatos, prefato Lekprevik et sue sponse

Elizabet Cathkert, et heredibus suis, executoribus et assignatis, in strictiori forma obligacionis, et secundum omnia contenta in eadem obligacione, per fidem dicti Alani nomine juramenti, in manu domini Alexandri Blare notarii publici prestitam, ad perimplendum omnia contenta in eadem obligacione, et sigillo suo sigillare presens instrumentum, continens huiusmodi obligacionem, quum desuper requisitus fuerit per dictum Lekprevik aut suos; cuiusquidem obligacionis tenor est inferius descriptus:—Be it kend till all men be thir present letteris me Alanem Steward of the Craghall, to be bundin and oblist, and be thir present letteris, be the faitht and trewth in my body, lelely and trewly, but fraude or gile, bindis and oblisis me, myn aris, executoris and assignais, to ane wirschipfull man Johne of Lekprevik of the Goldinlee, and to Elizabet Cathkert his spous, and to the langar leifand of thame twa, and to ther aris, executoris and assignais, forsamekle and becaus I haue resauit be the handis of the said Johne of Lekprevik, the sowme of sex score of merkis, deliuerit be him to me in nowmerat and vsuall mony, for the redempcione and recouering fra me and myn aris, of the twa merkis worth of land and ane half of the Hagthornehill of auld extent, with ther pertinentis, the quhilkis George of Park inhabitis the day of the making of thir presentis, liand within the lordschip of Cathkert and the shirefdome of Ranfrew, the quhilkis twa merkis worth of land and ane half of auld extent of the Hagthornehill, with ther pertinentis, I haue geifin our and resignit, purely and symply be staf and bastoun, in the handis of ane noble and mychty lord, Johne lord of Cathkert, as our lord of thai samyn, the quhilk John lord Cathkert had anenalit the said landis to me and myn aris of before: Efter the quhilk resignacion mad be me the said Alane Steward, the forsaid Johne lord Cathkert has anenalit the said twa merkis worth of land and ane half of auld extent, of the Hagthornehill with ther pertinentis, to the said Johne of Lekprevik and his aris, for the said sowme of sex score of merkis, deliuerit be the said Johne of Lekprevik to me, and throw reasone of the said aliena- A.D. 1506.

A.D. 1506. cion, has infeft heritably be charter and saising, the said Johne of Lekprevik and his spous Elizabet Cathkert, and the langar leifand of thame twa, in coniunct feftment, and ther aris, in the fornamyt twa merkis worth and ane half of land of the Hagthornehill, with ther pertinentis, like as the charter maid therapone be the said Johne lord Cathkert mare fully contenis: To warand, defend and mak quiet the forsaid twa merkis worth and ane half of land of the Hagthornehill of auld extent, with ther pertinentis, to the said Johne of Lekprevik and Elizabet his spous, and to the langar leifand of thaim twa, and to ther aris and assignais, to be browkit and josit peciabli be thaim and ilk ane of thaim, for me and myn aris and assignais, ay and quhill

Fol. 52. the saidis twa merkis work and ane half of land of the Hagthornehill of auld extent, with ther pertinentis, be lachfully redemit and lowsit fra thame or ony ane of thame, and the forsaid sowme of vj score of merkis of vsuall mony be pait to the said Johne of Lekprevik or ony of his forsaidis, efter the forme of the reuersion maid be the said Johne Lekprevik therapone, and neuer to lous nor redeme be my self, myn aris nor assignais, nor nane wtheris throw ws, nor be our cawsing, but fraude or gile, colour or dissimulacion, the forsaid land of the Hagthornehill with ther pertinentis fra the said Johne Lekprevik, his aris nor assignais, bot he and his to byde in to the peciable possessione of thai samyn, free and quyte of all wther clames, takis, assedacionis, alienacions, wedsetting, coniunct feftment, foremaling, throw me or myn aris or assignais, and als to dele and caus be delt be sex suorne men, thre chosine be me and wther thre men chosine be the said Johne, be castine of cavillis, equale porcions and duisione, all and hale the five merkis worth of land of the Hagthornehil of auld extent, with ther pertinentis, betuix the date of thir presentis and the fest of Witsonda next to cum, and neuer be myself, myn aris, executoris, nor assignais, to tribule, molest, vex, nor inquiet the forsaidis Johne nor his spous, ther aris, executoris nor assignais, be na maner of way, fraude nor coloure, in the peciable browking possessioun and

joising, of the said twa merkis worth and ane half of land of the Hagthornhill of auld extent, with ther pertinentis: And geif it salhappine me the said Alane, myn aris or assignais, to falze in the premissis or ony part of thame, to the said Johne his spous ther aris or assignais, now as than and than as now, I bind and oblis me, myn aris, executoris and assignais, to pay to the said Johne, his wife, ther aris, executoris or assignais, the sowme of tuelf scor of merkis of vsuall mony, for costis, scathis, dampnagis, interesse and expens, as condempnit dett, and that within xl dais efter it be noterly knawin, that I or ony of my forsaidis has falzeit in thir premissis or ony part of thaim: And atour to the obseruing, keiping and fulfilling of all and sindri the premissis, in maner, forme and effect as is abone writine, I bind and oblis me, myn aris, executoris and assignais, under the panis of periure, infamite and inabilite, and in the straitast forme and sikkerast forme of obligacion wsit within the realme of Scotland, and all and sindri myn and theris gudis, movable and immovable, present and for to cum, and for the mare securite has geifin my bodely aith, the haly euangel tuichit: In witnes of the quhilk thing, to thir present letteris, subscribit with my hand, I haue hungin to my sele, at the cite of Glas[go], the xix day of the moneth of Merche, in the zer of God ane thowsand five hundreth and vj zeris:—Super quibus peciit idem Lekprevik instrumenta, quibus idem Alanus, fide data, promisit appendere sigillum: Acta in ciuitate Glasguensi, in domo habitationis Magistri Archibaldi Craufurd, hora quinta post meridiem, vel eacirca; testibus, Joanne domino Cathkert, Joanne Maxvell de Akinhede, Jacobo Cathkert de Carberstoun, Magistro Archibaldo Crawfurd, vicario de Erskin, Georgio Maxvell, et Magistro Matheo Steward, notario publico. A.D. 1506.

209. Lekprevik.

Anno, die, mense, indictione, pontificatu, loco, et coram eisdem testibus quibus immediate supra, excepto domino Cathkert, hora

A.D. 1506. quinta post meridiem, et amplius, videlicet, inter quintam et sextam, Johannes dominus Cathkert obligauit se, suos heredes et assignatos, per fidem nomine juramenti, in manum mei notarii publici prestitam, dimittere Johannem Lekprevik et Elizabet Cathkert suam sponsam, pacifice gaudere et occupare duas mercatus vj solidatas et octo denariatas terrarum de Hagthornhill cum pertinenciis, nunc inhabitatas per Georgium Park, suosque heredes, executores et assignatos, vsque ad terminum Pentecostes proximum, ac etiam pro spacio quinque annorum, a proximo festo Pentecostes post datam presencium plenarie complendorum, et non redimere neque laxare dictas terras per se aut suos, ante lapsum dictorum quinque annorum; pro quaquidem obligatione et promisso, dicto Johanni et suis heredibus per eum facto, recepit quinque mercas deliberatas in pecunia numerata sibi Johanni domino Cathkert, per dictum Lekprevik, de quibus quitauit dictum Lekprevik, et suos imperpetuum: Peciit idem Lekprevik instrumenta.

210. Crawfurd.

Anno, die, mense, indictione, pontificatu, loco, hora, et coram testibus quibus immediate supra, Johannes Lekprevik de Goldinle omnibus melioribus, etc., cum consensu, presencia et voluntate domini Johannis Maxwell de Nedderpollok, militis, heredis talliati dictarum terrarum de Goldinlee, per fustem et baculum sursum dedit, pureque simpliciter resignauit, dictas terras de Goldinlee cum pertinenciis, in manibus Johannis domini Cathkert, tanquam domini superioris earundem, eandem resignacionem acceptantis, et hoc in fauorem Magistri Archibaldi Crawfurd, vicarii de Erskin: qua resignacione sic facta et recepta, idem dominus Cathkert iterum donauit dictas terras cum pertinenciis, Magistro Archibaldo Crawfurd et heredibus suis, de consensu eiusdem domini Joannis Maxwell, in signum cuius donacionis tradidit et deliberauit realiter dicto Magistro Archibaldo, cartam et preceptum saisine, sigillo armorum suorum sigillatam, ad

finem et effectum recipiendi saisinam et statum hereditarium, per balliuos in hac parte dicti domini Cathkert contentos in dicto precepto: Peciit idem Crawfurd instrumenta. A.D. 1506.

211. Lekprevik.

Anno, die, mense, indictione, pontificatu, loco, hora, et coram testibus quibus immediate supra, Alanus Stewart de Craghall, resignauit pure et simpliciter, et per fustem et baculum sursum dedit, quinque mercatas terrarum de Hagthornhill cum pertinenciis antiqui extentus, jacentes in dominio de Cathkert, intra vicecomitatum de Ranfrew, in manibus Joannis domini Cathkert, tanquam in manibus domini superioris earundem, ipsam resignacionem, acceptantis; post quamquidem resignacionem, idem dominus Cathkert tradidit Johanni Lekprevik de Goldinlee, quamdam cartam et preceptum saisine, confectam dicto Johanni Lekprevik per dictum dominum Cathkert, et sigillo armorum suorum sigillatam, super duabus mercatis vj solidatis et viij denariatis dictarum terrarum de Hagthornhill cum pertinenciis, quas inhabitat nunc Georgius Park, ad finem et effectum recipiendi saisinam statum hereditarium et corporalem possessionem dictarum terrarum, per balliuos in hac parte dicti domini Cathkert, contentos in eodem precepto, in quo precipitur eisdem balliuis per dictum dominum Cathkert, tradere saisinam et statum hereditarium dictarum terrarum cum pertinenciis, prefato Johanni Lekprevik et heredibus suis, prout in eodem ad plenum continetur: Peciit idem Lekprevik instrumenta.

212. Crawfurd. Fol. 53.

Anno, die, mense, indictione, pontificatu, loco, quibus supra immediate, Joannes Lekprevik recognouit et confessus fuit se recepisse, per manus Magistri Archibaldi Crawfurd, pro terris de Goldinlee cum pertinenciis, ducentas mercas in pecunia numerata, videlicet octuaginta mercas receptas per se in propria per-

A.D. 1506. sona; et centum viginti mercas deliberatas in pecunia numerata, nomine ipsius Johannis Lekprevik per ipsum Archibaldum, Alano Steward de Craghall, pro redempcione duarum mercatarum vj solidatarum et octo denariatarum terrarum de Hagthornehill cum pertinenciis, a dicto Alano et suis heredibus, de quibus quidem ducentis mercis, modo et forma prescriptis deliberatis et receptis, tenuit se bene contentum pacatum et plenarie persolutum, ipsumque Magistrum Archibaldum, et omnes suos pro se et omnibus suis quitos inde clamauit imperpetuum per presentes, fraude et dolo seclusis, et omni excepcione tam juris quam facti postposita in contrarium proponenda, que dicto Lekprevik prodesse et prefato Magistro Archibaldo, et suis obesse poterit in futurum: Peciit idem Crawfurd instrumenta: Acta hora septima post meridiem, vel eacirca; testibus, Johanne domino Cathkert, domino Johanne Maxvell de Nedder Pollok, milite, Johanne Maxvell de Akinhede, Magistro Matheo Steward, domino Alexandro Blare, capellanis, notariis publicis.

213. LEKPREVIK.

Eisdem anno, die, mense, indictione, pontificatu, loco, hora, coram testibus quibus immediate supra, Alanus Stewart fatebatur se recepisse, per manus dicti Magistri Archibaldi Crawfurd, nomine ipsius Johannis Lekprevik, pro redempcione terre duarum mercatarum vj^{s} et viij denariatarum de Hagthornehill, cum pertinenciis, centum et viginti mercas in pecunia numerata, de quibus tenuit se bene contentum, pacatum, et plenarie persolutum, dictumque Lekprevik et omnes suos pro se et omnibus suis quietos inde clamauit imperpetuum, in vberiori forma, et absque vlla excepcione juris aut facti: Peciit idem Lekprevik instrumenta.

214. SUBDECANUS.

Die Mercurii xvij Marcii, anno Domini millesimo quingentesimo sexto, indictione decima, pontificatus Julii 2^{di} anno 4°, et

regni Jacobi quarti anno xix°: Dominus Willelmus Mowsfald promisit et dixit se daturum et persoluturum viginti libras vsualis monete Magistro Rolando Blacader, subdecano Glasguensi, si non fuit verum quod Thomas Huchonson, junior, prohibuit sibi domino Willelmo, ad genua posito, coram altâri Sancti Johannis Baptiste in ecclesia Glasguensi, dare et deliberare quamdam mensam contraplicabilem, le compt burd, domino Johanni Walkare, capellano: Peciit idem subdecanus instrumenta: Acta in cimiterio ecclesie metropolitane Glasguensis, hora quasi xij in meridie, coram domino Willelmo Gartschor, teste. A.D. 1506.

215. Subdecanus.

Die Jouis decimo octauo mensis Marcii, anno, indictione, pontificatu et anno regni quibus immediate supra, Johannes Inglis, ciuis Glasguensis, vendidit Magistro Rolando Blacader, subdecano Glasguensi, tres rodas terre campestris, jacentes super le Dene Syde a parti australi eiusdem, inter terras ipsius Johannis ab orientali, et terras capellanie Sancti Johannis Baptiste, fundate in ecclesia Glasguensi, ab occidentali, ac inter terras wlgariter vocatas le Rownd akyr ab australi, et communem viam de le Denesid a boriali, et a quatuor partibus, pro quadam certa summa pecunie, sibi in sua vrgenti necessitate gratanter et premanibus in pecunia numerata persoluta, de qua tenuit se bene pacatum et plenarie persolutum, ipsumque subdecanum et omnes suos pro se et omnibus suis, quitauit imperpetuum per presentes: Tenendas et habendas, dictas tres rodas terre campestris cum pertinenciis, prefato Magistro Rolando, heredibus suis et assignatis, a dicto Johanne Inglis et heredibus suis, in feodo et hereditate imperpetuum, prout jacent in longitudine et latitudine, per omnes rectas metas suas antiquas et diuisas, et adeo libere, quiete, plenarie, integre, honorifice, bene et in pace, sicut alique terre cum suis pertinenciis, tam subtus terra quam supra terram, existentes intra regnum Scocie, per quemcunque possidentur, habentur seu tenentur: Soluendo inde annuatim, dictus

A.D. 1506. Magister Rolandus et assignati sui, annuos redditus et onera prius debita et consueta, et de eisdem terris exeuncia: Quarumquidem trium rodarum cum pertinenciis, saisinam et statum hereditarium, necnon realem actualem et corporalem possessionem, facta primitus sursum dacione, puraque simplici resignacione earundem, per dictum Johannem in manibus discreti viri Johannis Graham, balliui et eo nomine in hac parte terrarum de le Subdenys land, specialiter constituti, huiusmodi resignacionem vigore sui officii acceptantis, ipsumque Johannem Inglis et heredes suos statu hereditario et saisina earundem exuentis, deuestientis et dissaisientis, tradidit et tradi fecit idem Johannes Inglis, per terram massam et lapides, ut moris est, prenominatum Johannem Graham, balliuum et eo nomine in hac parte terrarum de Subdenisland specialiter constitutum, per tradicionem terre et lapidis, ut moris est, prefato Magistro Rolando et suis assignatis imperpetuum, saluo jure cuiuslibet: Soluturis inde annuatim annuos redditus et onera de eisdem terris prius exeuncia, debita et consueta: Consequenter idem subdecanus resignauit feodum dictarum trium rodarum in manibus dicti balliui: Post quam resignacionem factam et receptam, idem balliuus dedit statum hereditarium, et saisinam, et corporalem possessionem feodi dictarum rodarum, per terram massam et lapides, vt moris est, domino Willelmo Gartschore, capellano, nomine ecclesie, cuicunque particulari ecclesie seruicio aut altari, pro libito et arbitrio dicti subdecani, quando sibi melius videbitur expedire applicandi: Reseruando sibi subdecano, pro toto tempore vite sue, tantumodo libere tenemento siue dominio vtili dictarum trium rodarum: Peciit idem subdecanus instrumenta: Acta super solum dictarum terrarum hora xj ante meridiem, vel eacirca; testibus, Alano Hall, Thoma Steyne, et Jacobo Doby.

216. Subdecanus.

Anno, die, mense, indictione, pontificatu, quibus supra: Alanus Hall, ciuis Glasguensis, et Margareta Robisone sua

sponsa, coniuges, non vi, etc., vendiderunt dicto Magistro Rolando xij^s, annui redditus annuatim exeuntes, leuandi, et percipiendi de terris et domibus dictorum Alani et Margarete Robisone, jacentibus super le Deneside, a parte boriali eiusdem, inter terras capellanie Sancti Rochi ab orientali, et terras capellanie Sancti Kentigerni in ecclesia de Gallowgate fundate, ab occidentali, et inter terras Roberti Morisone ex boriali, et communem viam de le Deneside ab australi, et quatuor partibus; pro certa summa pecunie gratanter in pecunia numerata persoluta; de qua quitarunt ipsum subdecanum et suos imperpetuum: Tenendum et habendum dictum annuum redditum xij^s, cum pertinenciis prefato Rolando, et suis assignatis, a prefatis Alano et Margareta Robisone, et heredibus suis, in feodo et hereditate imperpetuum; et adeo libere, etc.: Cuiusquidem annui redditus xij^s cum pertinentiis saisinam, statum hereditarium, necnon realem corporalem possessionem, per exhibitionem denarii, ut moris est, tradiderunt, et tradi fecerunt idem Alanus et Margareta prefato Magistro Rolando Blacader, et suis assignatis imperpetuum, saluo jure cuiuslibet, per discretum virum Johannem Graham, ciuem Glasguensem, balliuum et eo nomine terrarum de le Subdenisland, in hac parte specialiter constitutum: Quiquidem balliuus, nomine quo supra, sursum dacionem, puramque simplicem resignacionem dicti annui redditus, per eosdem Alanum et Margaretam, in manibus suis, per simplicem donacionem Deo immediate ante factas, recepit, et vigore sui officii balliuatus, acceptauit ipsos, quod Alanum et Margaretam statu hereditario, saisina, et corporali possessione eiusdem annui redditus exuit, dissaisiuit, et deuestiuit: Insuper dicta Margareta, sponsa dicti Alani, ad partem accepta, extra presenciam sui mariti, coram dicto balliuo et testibus infrascriptis, meque notario publico, stipulante, viceque nomine omnium et singulorum quorum interest, aut interesse poterit infuturum, recipiente, mediate suo sacramento, per eam ibidem in manibus mei notarii, et ad meum mandatum, tactis per eandem ob hoc corporaliter Scripturis sacrosanctis, ad sancta Dei euangelia prestito, dixit,

A.D. 1506.

Fol. 54.

A.D. 1507. et veraciter confessa fuit, quod ad huiusmodi vendicionem, alienacionem, et resignacionem, sic ut premittitur factas, non fuit metu dicti sui mariti, seu quouismodo alias coacta, errore lapsa, seuquauis sinistra machinacione aut dolo circumuenta, sed sponte, gratis, libere, et ex certa sciencia ad premissa omnia et singula, sic ut premittitur, facienda et propter vrgentem necessitatem suam, proliumque suarum inopiam subleuandam, et debita releuanda, penitus et irreuocabiliter consensit: Et nichilominus, ad maiorem cautelam premissorum, et eorum potioris roboris firmitatem, *vel super eodem juramento iam prestito,* promisit, sacramento iam prestito, et firmiter obligat se contra huiusmodi vendicionem, renunciacionem, et resignacionem, sic ut premittitur, per eam factam, nunquam in judicio vel extra, publice vel occulte, directe vel indirecte, per se aut per alium eius nomine, quouis quesito colore aut ingenio, deuenire, aut eisdem contradicere, vel reuocare; aut dictum subdecanum, vel suos assignatos, de et super dicto annuo redditu, et pacifica possessione eiusdem, per se vel per alium aliquo modo perturbare, vexare, vel molestare, seu perturbari procurare; sed potius dictum subdecanum et suos, in jure suo et pacifica possessione eiusdem annui redditus, defendere et tueri: Peciit idem Rolandus subdecanus instrumenta: Acta super solum predictarum terrarum hora quasi duodecima in meridie, vel eacirca; testibus, domino Willelmo Gartshore, et Johanne Inglis.

217. Burell.

Anno Domini millesimo quingentesimo septimo, die Mercurii vltimo Marcii, indictione x^{a}, pontificatus Julii 2^{di} anno 4°, et regni Jacobi quarti anno xix^{o}: Patricius Culquhoune de Glen, prepositus Glasguensis pro tempore, non vi aut metu ductus, etc., sed omnibus melioribus modo, via, jure, et causa, etc., cessit, et renunciauit pro se, et heredibus suis, et assignatis, cuidam reuersioni, sibi et suis heredibus alias facte, et sigillate, per Alanum Hall, de et super tribus rodis terre campestris, jacentibus

super le Provandside, in agro Glasguensi, inter terras quondam Johannis Carrick ab occidentali, et terras capellanie Sancti Michaelis, fundate in ecclesia Glasguensi per quondam bone memorie Magistrum Johannem Restoun, vicarium de Dunlop, ab orientali; necnon inter communem venellam de Stabilgreyn a boriali, et torrentem alluentem fines hortorum borialis partis vici Ratonum, ex australi, a quatuor partibus: Eandemque reuersionem, necnon omnia et singula continencia eiusdem, ac eciam connexa, annexa, emergenda, dependenda ex eadem cassauit, ac pro se, heredibus suis et assignatis, pro perpetuo annullauit, irritauit, et pronunciauit cassam, nullam, inanem, nichilque roboris, efficacie, firmitatis, momenti aut vigoris, in judicio vel extra, in posterum sortiri, aut obtinere voluit, et declarauit, quo ad redemptionem et laxationem dictarum trium rodarum: Et nichilominus, omni juri jurisque titulo, tam petitorii quam possessorii, quod sibi aut suis heredibus, vigore huiusmodi reuersionis, aut quouismodo alias in dictis rodis cum pertinenciis competebat, competit, aut in futurum competere poterit, simili modo cessit et renunciauit; et domino Andree Burell, et suis assignatis, presenti et recipienti assignauit, ac in eundem transtulit, cessit, et transportauit: Insuper promisit et obligauit se idem Patricius suosque heredes et assignatos, non contravenire dictas renunciacionem et cessionem, per se aut suos, in judicio vel extra, publice vel occulte, quouis quesito colore; et non perturbare aut molestare, vel perturbari procurare, dictum Burell aut suos in pacifica possessione earundem rodarum; sed potius dictum Burell et suos, de et super pacifica possessione earundem per se et suos in jure defendere: Pro quibusquidem cessione, renunciacione, reuersionisque cassatione et annullatione, ceterisque omnibus aliis et singulis premissis, modo et forma prescriptis, inuiolabiliter obseruandis, firmiterque tenendis, et efficaciter adimplendis, dictus Burell persoluit in presenti pecunia prefato Patricio xl[s] vsualis monete; de quibus idem Patricius quittauit dictum Burell pro se et suis imperpetuum: Peciit idem dominus Andreas Burell instrumenta: Acta in ecclesia Glasguensi, hora decima

A.D. 1507.

A.D. 1507. ante meridiem, vel eacirca; testibus, Johanne Watson, domino Thoma Smyth, infra sacros constituto, et Magistro Petro Broun.

218. Subdecanus Glasguensis.

Anno, die, mense, indictione, pontificatu, quibus supra: Dominus Andreas Burell vendidit dictas tres rodas cum pertinenciis, jacentes super le Provandsyde, ut supra dictum est, Magistro Rolando Blacader, subdecano Glasguensi, pro certa summa pecunie sibi in sua vrgenti necessitate, in presenti et numerata pecunia persoluta; de qua quitauit dictum subdecanum et suos imperpetuum: Tenendas et habendas, etc., adeo libere, quiete, etc.: Quarumquidem trium rodarum cum pertinenciis statum hereditarium et saisinam, ac corporalem possessionem, per terram, massam, et lapides, vt communis moris est, dicto Magistro Rolando, et suis assignatis, tradidit, et tradi fecit idem Burell, saluo jure cuiuslibet, per Johannem Graham, balliuum et eo nomine terrarum de Subdennisland, in hac parte specialiter constitutum: Quiquidem balliuus, nomine quo supra, et vigore sui officii, dictarum rodarum sursum dacionem, puramque simplicem resignacionem, per easdem terram, massam, et lapides, a dicto Burell, in manibus suis immediate ante factas, recepit, et acceptauit; et ex hoc ipsum Burell, et suos heredes, statu hereditario et saisina, ac corporali possessione earundem exuit, dissaisiuit, et deuestiuit: Soluendo inde annuatim dictus subdecanus, et sui assignati, onera et annuôs redditus de dictis rodis prius solui solita et consueta, et de eisdem debita et exeuncia: Consequenter, prefatus Rolandus resignauit feodum dictarum rodarum, per terram, etc., reseruando sibi pro tempore vite sue liberum tenementum et vsum fructum earundem, in manibus dicti balliui acceptantis; qui incontinenti dedit statum
Fol. 55. hereditarium et saisinam earundem, tanquam de feodo, reseruando liberum tenementum earundem prefato Rolando pro toto tempore vite sue, dicto Burell capellano, nomine ecclesie tantummodo, per terram, etc., ad finem et effectum applicandi et annectendi

easdem cuicunque particulari ecclesie seruicio aut altari, quando A.D. 1507.
opus erit, et tempus adesse videbitur conueniencius: Peciit idem Blacader subdecanus instrumenta: Acta super solum dictarum rodarum, hora circiter xij[a] in meridie; testibus, Henrico Symple, Johanne Carrik, Johanne Ramgyll, Archibaldo Crawfurd, Henrico Robisone.

219. Goldsmyth.

Anno Domini, etc., quingentesimo septimo, die Dominica quarta Aprilis, indictione x[a], pontificatus Julii 2[di] anno quarto, et regni anno xix[o]: M. Johannes Goldsmyth in lecto egritudinis decumbens, sana mente et racione, licet languente et infirmo corpore, timens ineuitabilem mortis euentum, quem nemini prescire conceditur, compertum habens nil morte certius, cuius tamen hora incertissima est, suum testamentum, siue vltimam voluntatem, ad in sequentem modum fecit, ordinauit, et condidit: In primis et ante omnia, animam suam Deo creatori, et eius intemerate genitrici Virgini Marie, suisque patronis, totique ciuium supernorum militie commendauit, et legauit, sepulturamque suam, tristi corporis onere deposito in bassa ecclesia Glasguensi elegit, et ordinauit, atque illic sepeliri desiderauit: Subsequenter prefatus testans huiusmodi sui testamenti siue vltime voluntatis fecit, nominauit, elegit, ac deputauit executores; videlicet, Willelmum Salmone, et dominum Thomam Spens, ac illis superiorem M. Martinum Rede cancellarium Glasguensem, absentes tanquam presentes, et eorum alterum, insolidum ad hunc finem et effectum; vt ipsi executores de bonis ab eodem legatis, et sibi debitis, suis loco et tempore congruis, postmodum scripto redigendis et nominandis, taliter disponent et administrent, prout et quemadmodum respondere teneantur, coram Judice viuorum et mortuorum, de sua fideli administracione et dispositione; et prout saluti anime testantis melius prodesse et expedire poterit; ceteraque omnia et singula faciant, que circa huiusmodi testamenti siue vltime voluntatis execucionem facienda veniunt, vt huiusmodi vltima voluntas ad debi-

A.D. 1507. tum sortiatur, et perducant effectum: Legauit preterea ij[s] fabrice ecclesie Glasguensis: Peciit idem Goldsmyth instrumenta: Acta in camera eiusdem intra ciuitatem Glasguensem, hora 3[a] post meridiem, vel eacirca; testibus, Johanne Hugofeild et Roberto Broun.

220. Menteth, Rosteneth Prior.

Anno Domini, etc., quingentesimo vij°, die Lune, mensis Aprilis decimo nono, indictione decima, pontificatus Julii 2[di] anno 4°, et regni Jacobi quarti anno xix: M. Alexander Menteth, prior de Rostenoth, vnus heredum, ut asseruit, quondam Magistri Johannis Goldsmyth, vicarii de Cathkert et Estuod, peciit a Willelmo Salmon et domino Thoma Spens, executoribus et intromissoribus bonorum, vt asseruit, dicti quondam defuncti, ac eciam a M. Martino Rede cancellario Glasguensi, eisdem executoribus superiore, habenti, vt ipse Alexander asseruit, custodiam clauium camerarum dicti defuncti, vbi bona eiusdem defuncti actu existebant, dimidium omnium bonorum mobilium hereditariorum dicti defuncti sibi pertinens, vt vni heredum eiusdem: Necnon vnam togam de le russet, et curtam togam de nigro, quas emit ab Andrea Mortimare in Donde, et tradidit eidem Goldsmyth; et preterea diuersa alia bona mobilia, prout in inuentario dicti Alexandri michi notario posterius scripto porrigendo per eundem continebitur: Necnon omnia jura, documenta euidencias, ac monimenta, sibi, suisque hereditati et beneficio pertinencia, intra dictas cameras existencia: Protestatus solemniter, pro suis dampnis et interesse, et remedio juris habendo, casu quo dicti executores et superior huiusmodi bona, nominata et nominanda apud se a dicto petente, et in preiudicium ipsius detineant; ac eciam de non dandis, aut deliberandis huiusmodi juribus, et documentis, et monimentis alicui alteri, nisi solum sibi protestanti, in preiudicium sue hereditatis et beneficii: Necnon de habendo libros et alia bona intra dictas cameras venalia, et apprecianda, pro precio competenti dictis executoribus per-

soluendo, in primis et ante omnes alios, ex eo quod est vnus heredum dicti defuncti, propinquus eidem sanguine: Protestabatur insuper carenciam eorundem bonorum et apud executores detentorum, non sibi, suis hereditati aut beneficio cedere in preiudicium: Peciit idem Alexander Menteth instrumenta: Acta in dictis cameris intra ciuitatem Glasguensem hora quinta post meridiem, vel eacirca; testibus, dominis Alexandro Scot, et Roberto Dalgles, notario publico. A.D. 1507

221. Officialis Conigham.

Anno quo supra, die Jouis xxij mensis Aprilis, indictione x^a^, pontificatus Julii 2^di^ anno 4°, et regni anno xix^o^; M. Dauid Conigham, officialis Glasguensis, constituit procuratores et actornatos, coniunctim et diuisim, in vberiore forma, videlicet Willelmum Conigham de Craganis, Alexandrum Arnote, et alios quoscunque, nominatos et nominandos per dictum Willelmum Conigham ad recipiendum, nomine ipsius constituentis, saisinam, et statum hereditarium, et corporalem possessionem de sex mercatis terrarum antiqui extentus de Cassiltoun, cum molendino et pertinenciis; necnon ad recipiendum statum hereditarium de terris de Gallowberis, datis in varantia dicto M. Dauid omnium predictarum sex mercatarum terrarum de Cassiltoun: Quequidem vtreque terre jacent in dominio de Stewartoun, ballia de Conigham, et intra vicecomitatum de Are: Ratum et gratum habentem et habiturum, etc.: Peciit idem dominus officialis instrumenta: Acta in officina Patricii Hamiltoun, intra ciuitatem Glasguensem, hora septima ante meridiem, vel eacirca; testibus, dompno Johanne Dowgles, vicario de Kirkconwall, Magistris Willelmo Creichtoun, rectore de Kirkmychell, Johanne Hugonis, rectore de Kirkbride, Patricio Hamiltoun, notario publico, M. Petro Broun, et Willelmo Pridhome.

A.D. 1507.

222. Conigham Officialis.

Anno, die, mense, indictione, et pontificatu, quibus immediate supra, hora octaua ante meridiem, vel eacirca, Thomas Hwme de Langschaw, miles, fideliter promisit et obligauit se acquirere, et deliberare Magistro Dauid Conigham, officiali, confirmacionem regiam, tanquam senescalli Scotie, super carta varantie et terris de Gallowberis prelibatis, data dicto Magistro Dauid per eundem Thomam in specialem varanciam sex mercatarum terrarum antiqui extentus de Cassiltoun, cum molendino et pertinenciis, jacencium ubi supra; et hoc, si opus et necesse et vtile esset et videretur, pro faciendo dictum officialem et suos securum et pacificum in dictis terris de Cassiltoun: Peciit idem officialis instrumenta: Acta in edibus eiusdem officialis intra ciuitatem Glasguensem; testibus, Willelmo Conigham de Craganis, domino Dionisio Achinlek, M. Petro Broun, et Wilelmo Henhede.

Fol. 56.

223. Officialis Conigham.

Anno, die, mense, indictione, et pontificatu, quibus immediate supra: Johannes Glen, balliuus in hac parte dicti Thome Hwme de Langschaw, militis, presentauit, et tradidit quoddam preceptum saisine pergamini, subscripcione et sigillo dicti Thome rubea cera albe impressa pendente sigillatum, michi notario perlegendum: Tenor est talis: Thomas Hwme, etc., quodquidem preceptum dictus dominus officialis apud se custodit: Post cuius precepti lecturam et wlgarem exposicionem, vigore eiusdem, et mandati dicto Glen balliuo in hac parte per eundem Thomam Hwme desuper facto, idem Johannes Glen balliuus dedit statum hereditarium et saisinam terrarum de Galloberis, cum pertinenciis, in specialem varantiam sex mercatarum de Cassiltoun, cum molendino et pertinenciis, per terram et lapides, Willelmo Conigham de Craganis, procuratori et actornato dicti domini officialis, de cuius procurationis et actornationis mandato michi luculenter constabat, juxta tenorem carte var-

ancie dicto officiali et suis desuper facte per eundem Thomam Hwme: Peciit idem Wilelmus Conigham, attornatus nomine dicti officialis instrumenta: Acta super solum dictarum terrarum hora 2ª post meridiem, vel eacirca; testibus, Johanne Wyly, Nigello Wyly, Patricio Smyth, Johanne Park. A.D. 1507.

224. Conigham Officialis.

Eisdem die, anno, indictione, pontificatu, hora quasi 3ª post meridiem, Johannes Glen, balliuus in hac parte Thome Hwme, tradidit aliud preceptum saisine pergameni, sigillo quo supra sigillatum, mihi notario perlegendum: Tenor sic incipit, Thomas Hwme—quodquidem preceptum idem officialis apud se custodit: post cuius precepti lecturam et wlgarem expositionem, dictus Johannes Glen, vigore huiusmodi precepti, et mandati in eodem contenti, et sibi desuper facti, dedit statum hereditarium de sex mercatis terrarum de Cassiltoun, cum molendino et pertinenciis, antiqui extentus, jacentium in parochia et dominio de Stewartoun, ballia de Conigham, intra vicecomitatum de Are, per terram et lapides, Willelmo Conigham de Craganis, procuratori et actornato dicti Magistri Dauide, de cuius actornationis et procurationis mandato luculenter constabat, secundum tenorem carte quam inde idem dominus officialis habuit, imperpetuum: Peciit idem Willelmus Conigham, actornatus nomine dicti officialis, instrumenta: Acta super solum dictarum terrarum; testibus, Thoma Smyth, Thoma Lamrochtoun, Alexandro Giffin, Johanne Murquhorland, Willelmo Androson, et Johanne Park.

225. Culquhoun—Culquhoun—Forsith.

Anno, etc., quingentesimo vijº, die Martis xxvij mensis Aprilis, indictione decima, pontificatus Julii 2[di] anno quarto, et regni Jacobi quarti anno decimo nono: Nicholaus Hwme, primogenitus et heres Thome Hwme de Langschaw militis, non vi aut metu ductus, etc., sed ex certa sciencia, mera libera, etc., prout judici-

A.D. 1507. aliter, et in absencia sui patris Thome Hwme, comparens coram Magistro Jacobo Neilson, vicario de Colmonell, commissario pro tempore jurisdictionis officialatus Glasguensis, ad jura reddenda et causas audiendas, in loco consistoriali ecclesie Glasguensis, pro tribunali sedente, mediante suo sacramento, per eum illic ad mandatum dicti comissarii, tactis per eundem ob hoc corporaliter Scripturis sacrosanctis, ad sancta Dei euangelia prestito, dixit et asseruit, omnibus melioribus modo, via, jure, causa et forma quibus melius validius et efficacius potuit et debuit, potest ve et debet, omni jure, jurisque clameo et titulo, tam petitorii quam possessorii, que sibi et suis heredibus, tam de linea quam de tallia, tanquam heredi aut heredibus dicti Thome Hwme, in terris de Langschaw et Galloberis, jacentibus in dominio de Stewartoun, ballia de Conigham, et intra vicecomitatum de Are, habitis in coniuncta infeodatione per Alisonam Culquhoune, sponsam dicti Thome Hwme, competebat, competit, aut quouismodo infuturum competere poterit, sponte, gratis, libere, publice et expresse, pro toto tempore vite dicte Alisone, et sue coniuncte infeodacionis, cessit, et renunciauit, prout presenti instrumenti tenore, pro se et suis heredibus, tam de linea quam de tallia, pro toto tempore infeodacionis coniuncte dicte Alisone, cedit et renunciat; prefatasque coniunctum infeodacionem, saisinamque statum in vitalem redditum, necnon realem possessionem, et singula alia inde secuta, prefateque Alisone factas, datas, et exhibitas, judicialiter et solenniter approbauit, ratificauit et confirmauit; necnon per presentes pro se et suis heredibus approbat, ratas habet, et confirmat: Contra quarum quidem terrarum de Langschaw et Galloberis juris sui, pro toto tempore vite dicte Alisone et sue coniuncte infeodacionis, renunciacionem et cessionem, saisineque status in vitalem redditus et realis possessionis donacionem, earundem dicte Alisone in coniuncta infeodacione, pro toto tempore vite sue, sic ut premittitur, alias et perprius factas et exhibitas, in suo sacramento tunc judicialiter prestito, fideliter promisit, atque in strictissima obligacionis forma fide

data, se suosque heredes, et assignatos, firmiter obligauit, nunquam in judicio vel extra, publice vel occulte, directe vel indirecte, per se aut suos heredes, de linea vel de tallia, aut per alium aut alios nomine earundem, quouis quesito, colore aut ingenio, fraude et dolo semotis, deuenire, aut eisdem contradicere, vel reuocare; aut sepedictam Alisonam super dictis terris de Langschaw et Galloberis, et pacifica possessione earundem, pro toto tempore vite eiusdem, et eius coniuncte infeodacionis prius facte, aliquomodo perturbare, vexare, aut molestare, seu vexari aut perturbari procurare; sed potius prefatam Alisonam in jure suo et pacifica possessione earundem terrarum, pro toto tempore vite eiusdem, eiusque coniuncte infeodacionis, in eisdem defendere et tueri: Ad que omnia et singula premissa, forma pariter et effectu, per prefatum Nicholaum, suosque heredes, tam de linea quam de tallia, ut premissum est, inuiolabiliter obseruanda, firmiterque tenenda, et efficaciter adimplenda, prefatus comissarius et judex, interponens suas vices, monuit prescriptum Nicholaum, renunciantem in hac parte jurisdictioni officialis Sancti Andree intra partes Laudonie, omnibusque aliis jurisdictionibus, et subiectantem se quo ad effectum presencium jurisdictioni officialatus Glasguensis, primo, secundo, tercio, vnico tamen contextu, sub triplici edicto, et peremptorie, ac sub maioris excommunicationis pena: Pecierunt nomine dicte Alisone Patricius Culquhoun, pater eiusdem, Petrus Culquhoun, et Dauid Forsith de Dikis, instrumenta in vberiore forma, cum clausulis necessaris et oportunis amplianda: Acta judicialiter in loco consistoriali, ut supra, hora inter nouenam et decimam ante meridiem; testibus, M. Dauid Conigham, canonico ac officiali generali Glasguensi, Willelmo Roos in Montgrenan, Petro Hwme, Johanne Watson, Macolmo Culquhoun, Dauid Barclay, Magistris Johanne Hugonis, rectore de Kirkbride, Thoma Hesliope, et domino Dionisio Achinlek, capellanis.

A.D. 1507.

Fol. 57.

A.D. 1507.

226. Conigham Officialis.

Anno, die, mense, indictione, pontificatu, loco, hora, quibus supra: Nicholaus Hwme, primogenitus et heres Thome Hwme de Langschaw militis, non vi, etc., sed ex sciencia certa, mera, pura, libera, etc., prout judicialiter, et in absencia dicti Thome Hwme, sui patris, comparens coram Magistro Jacobo Neilson, comissario pro tempore jurisdictionis officialatus Glasguensis, ad jura reddenda et causas audiendas, in loco consistoriali Glasguensi, pro tribunali sedente, mediante suo sacramento, illic per eundem ad mandatum dicti comissarii, tactis per eum et ob hoc corporaliter Scripturis sacrosanctis, ad sancta Dei euangelia prestito, dixit, et asseruit, omnibus melioribus modo, via, etc., omni jure, jurisque clameo, et titulo, tam petitorii quam possessorii, que sibi, suisque heredibus, tam de linea quam de tallia, tamquam heredi et heredibus dicti Thome Hume, in sex mercatis terrarum antiqui extentus de Cassiltoun, cum molendino et pertinenciis, per prefatum Thomam Hwme venerabili viro M. Dauidi Conigham, canonico ac officiali Glasguensi generali, alias et perprius venditis et alienatis, jacentium in dominio et parrochia de Stewartoun, ballia de Conigham, intra vicecomitatum de Are, competebat, competit, aut quouismodo infuturum competere poterit, sponte, gratis, libere, publice et expresse, cessit et renunciavit, prout presentis instrumenti tenore, pro suisque heredibus, tam de linea quam de tallia, cedit et renunciat, ipsumque jus et clameum, si quod habet, habuit, vel in futurum habere poterit, in dictis terris de Cassiltoun cum molendino et pertinenciis, a se et dictis suis heredibus, in personam prefati Magistri Dauid Conigham presentis et acceptantis, necnon heredum et assignatorum eorundem, cessit, transtulit, et transportauit, prout de presenti cedit, transfert, et transportat: Prefatasque venditionem et alienationem dictarum terrarum de Cassiltoun cum molendino et pertinenciis, per memoratum Thomam Hwme prefato Magistro Dauid alias venditarum et alienatarum, necnon saisinam, statum heredi-

tarium, ac corporalem possessionem earundem terrarum, et A.D. 1507. singula alia inde secuta, eidemque Magistro Dauid factas, datas, et exhibitas, judicialiter et solenniter approbauit, ratificauit, et confirmauit; necnon per presentes, pro se, suisque heredibus, de linea et tallia, approbat, ratificat, et confirmat: Contra quidem sex mercatas terrarum antiqui extentus de Cassiltoun, cum molendino et pertinentiis, juris sui et heredum suorum renunciationem, earundemque alienationem ac venditionem, saisineque status hereditarii et corporalis possessionis earundem singulorumque aliorum inde secutorum donacionem, et traditionem, prefato Magistro Dauid Conigham, suisque heredibus et assignatis, sic ut premittitur, alias et perprius factas, et exhibitas, in eodem sacramento prius et judicialiter prestito, fideliter promisit, necnon in strictiore obligationis forma obligauit se, fide data, suos heredes, executores, et assignatos, nunquam in judicio vel extra, publice vel occulte, directe vel indirecte, per se, aut suos heredes de linea aut tallia, aut per alium aut alios nomine eorundem, fraude et dolo seclusis, quouis quesito, colore aut ingenio, deuenire, aut eisdem contradicere aut reuocare; aut sepedictum M. Dauid ut suos, super dictis terris, et pacifica possessione earundem, aliquo modo perturbare, vexare, molestare, seu vexari, aut perturbari procurare; sed potius dictum M. Dauid et suos in jure suo, et pacifica possessione earundem terrarum, defendere et tueri: Et nichilominus, idem Nicholaus se, suosque heredes, executores et assignatos, in juramento jam judicialiter prestito, et in strictore forma obligacionis, obligauit persoluere et deliberare prefato Magistro Dauid, suis ve heredibus aut assignatis, summam mille et ducentarum mercarum vsualis et presentis monete, ante ingressum litis in dicta materia, et antequam audiatur ab aliquo judice, spirituali vel temporali, in huiusmodi causa, contra dictos Magistros Dauid et suos supra scriptos, ad perturbandum, molestandum, vexandum seu fatigandum, aut inquietandum eosdem, in toto vel parte, directe vel indirecte, publice vel occulte; pro summa pecunie per eundem Dauid in emptione

A.D. 1507. dictarum terrarum de Cassiltoun exposita, ac eciam pro suis interesse, dampnis et expensis, inde perpessis et paciendis, casu quo contigerit ipsum Dauid, suos ve heredes aut assignatos, in quieta et pacifica possessione dictarum terrarum, per prefatum Nicholaum aut suos predictos, aut quosuis alios suo nomine perturbari, aut molestari; ipsis tamen vendicione et alienacione dictarum terrarum, etc., necnon saisina et statu hereditario dicti Dauid de dictis terris cum pertinenciis, juxta tenorem carte quam inde habet, et singulis aliis inde secutis, et in suis robore et firmitate plenariis pro perpetuo permansuris et duraturis, omnibus priuilegiis, actis, statutis, literis supersidere, juris ciuilis et canonici remediis quibuscunque, fraudis et doli dum ad viam mortis alicuius vel aduerse valetudinis excepcionis, aut alteri cuicunque, per quam posse predicte summe persolucioni prejudicari, quominus plena fiat, quouismodo impedire in contrarium proponendis per expressum renuncians: Ad que omnia et singula premissa, in omnibus et per omnia, forma pariter et effectu, per dictum Nicholaum, et suos heredes tam de linea quam de tallia, ut premissum est, inuiolabiliter obseruanda, firmiterque tenenda et efficaciter adimplenda, prefatus comissarius et judex, ut supra, interponens suas vices, monuit ipsum Nicholaum, subiectandum se quo ad effectum presencium jurisdictioni officialatus Glasguensis, ac renunciandum in hac parte jurisdictioni officialatus Sancti Andree intra partes Laudonie, et omnibus aliis jurisdictionibus, primo, secundo, tercio, vnico tamen contextu sub triplici edicto, et peremptorie, ac sub maioris excommunicationis pena: Peciit idem officialis instrumenta: Acta judicialiter in consistorio, hora inter nouenam et decimam; testibus, Patricio Culquhoun de Glen, Dauid Forsith de Dikis, Willelmo Ros in Montgrenan, Petro Hwme, Petro Culquhoun, Macolmo Culquhoune, Johanne Watson, David Barclay, laicis; Magistro Johanne Hugonis, Thoma Hesliope et domino Dionisio Achinlek, capellanis.

A.D. 1507.

227. Cochren.

Anno Domini millesimo quingentesimo vij°, die Jouis sexta Maii, indictione decima, pontificatus Julii 2^{di} anno 4°, et regni anno xix°: Dominus Robertus Cochrene, capellanus, judicialiter comparens coram M. Rolando Blacader, subdecano, et Johanne Grahame eius balliuo, in plana curia dicti subdecani, tenta die predicto, in manso dicti subdecani, intra ciuitatem Glasguensem, protestatus est solenniter, non cedere sibi, nec sue assedacioni, in quam habuit de dimidio horti, jacentis super le Denesyde, a quondam Dauid Raburne defuncto, pro certis annis futuris, in preiudicium, quod Joneta Raburn, heres, ut asseritur, dicti quondam Dauid, successit, et per enquestam virorum inuenta est, in pretorio Glasguensi, succedere dicto dimidio horti, tanquam legitima et propinquior heres dicti quondam Dauid; et illic est admissa ad hereditatem dicti horti, quam ipse habuit in assedacione, ante obitum dicti quondam Dauid, cuius assedacionis aliquot anni ad huc restant non lapsi, quantum poterit gaudere dicto dimidio horti juxta tenorem sue assedacionis, et pro spacio eiusdem: Peciit idem Cochren instrumenta: Acta judicialiter in plana curia in manso dicti subdecani, hora quasi decima ante meridiem; testibus, dominis Thoma Forsith, Willelmo Gartschore, domino Thoma Smyth infra sacros constitutis, Richardo Blak, et Johanne Brokas.

228. Curre.

Fol. 58.

Anno, die, mense, indictione, pontificatu, loco, hora, coram testibus, quibus immediate supra: Johannes Curry, ciuis Glasguensis, procurator admissus judicialiter in plana curia pro dicta Joneta Raburne, sua sponsa, per prefatum subdecanum, et suum balliuum Johannem Graham, pro tribunali sedentes, pro dicta Joneta et eius nomine, peciit dictam assedacionis literam domini Roberti Cochren judicialiter ostendi, vt poterit constare dicto subdecano et balliuo, de tenore eiusdem: Quamquidem literam

A.D. 1507. dictus Cochren asseruit se presentem non habere; vnde dicti subdecanus et balliuus ad huiusmodi literam ostendendam coram eisdem per prefatum Cochren, assignarunt diem Jouis, videlicet octauum diem: Peciit idem Curre, nomine quo supra, dicte sue sponse, instrumenta.

229. Robertus Glasguensis Archiepiscopus.

Anno Domini millesimo quingentesimo septimo, die Mercurii duodecima mensis Maii, indictione decima, pontificatus Julii 2[di] anno quarto, et regni Jacobi quarti anno xix°: Personaliter constituti venerabilis vir, Magister Alexander Schaw, principalis ac nomine proprio, et Magister Walterus Maxvell, procurator et eo nomine dicti Magistri Alexandri, ac venerabilis viri Magistri Patricii Pantere, secretarii supremi domini nostri regis, onus procuracionis pro eisdem in se acceptans, de cuius eciam procuracionis mandato, per instrumentum publicum, signo et subscriptione manualibus discreti viri domini Thome Nudrye, Brechinensis diocesis presbiteri, apostolica et imperiali auctoritatibus notarii publici, signatum et subscriptum, legitimam fecit fidem; interrogati per reuerendissimum patrem, etc., Robertum, Glasguensem archiepiscopum, si vellent vti quadam clausula in dicto procuracionis mandato contenta, videlicet—ad primatem regni Scocie prouocandum et appellandum—responderunt et asseruerunt se velle, pro tunc solum vti clausulis dicti mandati concernentibus requisicionem prelibati reuerendissimi patris, pro collacione ordinaria, super duabus presentationibus abbatis et conuentus Passeleti, earundem sigillo et contra sigillo alba cera pendente sigillatis, dictis Magistris Alexandro et Patricio, super vicariatibus de Estwod et Cathkert, Glasguensis diocesis, tanquam presentatis per eosdem abbatem et conuentum, ad ipsas vicarias, ut asseritur, factis et concessis, et eidem patri reuerendissimo exhibitis et porrectis, petenda et obtinenda; nec velle pro tunc vlterius progredi ad alias clausulas dicti mandati; nec velle pro tunc vti illa clausula dicti mandati—ad primatem

regni Scocie prouocandum et appellandum: Peciit reuerendissimus pater Robertus instrumenta: Acta in palacio dicti reuerendissimi patris, intra ciuitatem Glasguensem, hora secunda post meridiem, vel eacirca; testibus, magistris et dominis Dauid Conigham, canonico ac officiali Glasguensi generali, Michaele Flemyng, prebendario de Torboltoun, Patricio Coventre, rectore de Gerwald, Archibaldo Craufurd, vicario de Erskin, Andrea Merschell, vicario de Dunlop, Willelmo Steward, Georgio Blare, notario publico, Dionisio Achinlek, Willelmo Smyth, Johanne Johnson, Richardo Fergusson, Johanne Gibson, juniore, Georgio Akinhede, Alexandro Blare, notariis publicis. A.D. 1507.

230. Glasguensis Archiepiscopus Robertus.

Anno, die, mense, indictione, pontificatu, loco, hora, coram testibus, quibus immediate supra et retro: Reuerendissimus in Christo pater, Robertus, venerabili viro, M. Alexandro Schaw, cantori capelle regie principali, ac nomine proprio, necnon M. Waltero Maxvell, procuratori et eo nomine venerabilis viri Magistri Patricii Pantere, regie celsitudinis secretarii, ac eciam dicti Magistri Alexandri onus procuracionis pro eisdem in se acceptantis, de cuius eciam procuracionis mandato per instrumentum publicum, coram prefato reuerendissimo lectum et admissum, signoque subscripcione manualibus discreti viri Thome Nudrye, Brechinensis diocesis presbiteri, publici autoritatibus et apostolica et imperiali notarii, signatum et subscriptum, legitimam fecit fidem, collacionem ordinariam super duabus presentacionibus abbatis et conuentus Passeleti, eorundem sigillo et contra sigillo alba cera pendente sigillatis, prefatis Magistris Alexandro et Patricio, super vicariatibus de Estuod et Cathkert Glasguensis diocesis, tanquam presentatis per eosdem abbatem et conuentum ad eosdem vicariatus, vt asseritur, factis et concessis, ac eidem reuerendissimo pro huiusmodi collacione ordinaria obtinenda exhibitis, et realiter traditis, petentibus et requirentibus taliter in effectu, duxit respondendum et respondit se

A.D. 1507. hactenus, et a longo tempore transacto, fuisse et esse in possessione et vsu conferendi beneficia, vigore cuiusdam sue alternatiue, sibi per felicis recordacionis Innocencium papam octauum graciose indulte et concesse, tam exeuncia sub presentacione dictorum abbatis et conuentus Passeleti, et hoc ex scitu et tolerancia eorundem, quam eciam exeuncia sub aliis collatoribus et collatricibus intra suam diocesim Glasguensem, et alias, vigore eiusdem alternatiue de eisdem vicaratibus, prouidisse, eosdemque contulisse; quare se non teneri aut debere de jure iterum conferre dictas vicarias, vigore huiusmodi presentacionum, ipsis presentatis; viso quod, per collaciones suas ordinarias, vigore dicte sue alternatiue de eisdem vicariatibus, alias et perprius paulo ante factas, manus sue pastorales, quo ad premissa, erant clause: Peciit idem reuerendissimus instrumenta.

231. Archiepiscopus Glasguensis.

Eisdem anno, die, mense, indictione, pontificatu, loco, hora, coram eisdem testibus, quibus immediate supra: Reuerendissimus pater Robertus, *dic ut supra in prothocollo precedenti vsque ad illam partem* legitimam fecit fidem *inclusiue; et postea dic,* duas presentaciones abbatis et conuentus Passeleti, sigillo et contra sigillo, etc., *vsque ad illam partem,* vt asseritur factis et concessis *inclusiue; postea dic,* ac sibi reuerendissimo, pro collacione ordinaria super eisdem vicariatibus obtinenda, exhibitas, et realiter traditas, eis Magistro Alexandro et procuratori per eundem reuerendissimum restitui et redeliberari petentibus et requirentibus, taliter in effectu duxit respondendum, et respondit, se non teneri aut debere de jure, dictas duas presentaciones eis petentibus restituere et deliberare; sed debere de jure easdem presentaciones, pro sua varancia, sicut ceteri ordinarii solent, apud se tenere; ac prout, et quemadmodum ipse semper hactenus est in vsu et possessione presentaciones apud se delatas pro collacionibus obtinendis retinendi: Et nichilominus, si contingat causam ad sedem apostolicam infuturum demoliri, se conten-

tum esse, ac sibi placere easdem presentaciones ipsis petentibus, dummodo tamen facta fuerit sibi copia, et transsumptum earundem in autentica forma, restituere: Preterea si dicti petentes vellent illic concedere, et in se acceptare, quod solum dabant sibi huiusmodi presentaciones, ea lege ut ipsis continuo restituerentur, bene placere sibi, ac se per omnia contentum esse dictas presentaciones ipsis petentibus indilate restitui, quod concedere et in se acceptare nullatenus voluerunt: Peciit idem reuerendissimus instrumenta: Acta ut supra: Et peciit idem reuerendissimus idem suum responsum, quo ad retentionem duarum presentacionum apud se, poni in instrumento sequuti, videlicet dicti Magistri Alexandri Schaw, quod idem Alexander peciit a me, et super hoc requisiuit me tanquam publicam personam. A.D. 1507. Fol. 59.

232. Schaw.

Anno, die, mense, indictione, pontificatu, loco, hora, coram testibus, quibus immediate supra: Dicti Magistri Alexander Schaw, et Walterus Maxvell, procurator ut supra, presentarunt et realiter dederunt dictas duas presentaciones dicto reuerendissimo, paternitatem eius requirentes, cum instancia debita, pro collacionibus ordinariis obtinendis super eisdem presentacionibus: Quiquidem reuerendissimus pater recusauit dare huiusmodi collaciones, respondendo ut supra, in instrumento dicti archiepiscopi: Et nichilominus, dicti Alexander et Walterus pecierunt dictas presentaciones sibi restitui et deliberari, viso quod dictus reuerendissimus recusauit dare suas collaciones super eisdem; quod eciam facere dictus reuerendissimus recusauit, respondendo et allegando ea que supra allegata sunt et responsa, sed apud se easdem presentaciones retinuit: Et protestatus est idem reuerendissimus suum responsum superius scriptum debere poni in isto instrumento: Super quibus peciit idem Alexander Schaw pro se et dicto Waltero, instrumenta: Acta ubi supra.

A.D. 1507.

233. Archiepiscopus Glasguensis—Tayt.

Die Veneris, xiiij mensis Maii, anno, etc., quingentesimo vij°, indictione decima, pontificatus Julii 2di anno 4°, et regni anno xix°: Conuenit, et pactum est inter dictum reuerendissimum patrem Robertum, et Thomam Tayt, burgensem de Are, ad insequentem modum: Dictus Thomas vendidit reuerendissimo duodecim le fuderis de plumbo, quodlibet le fuder pro decem et octo libris monete Scocie: Que xij fuderis, pro dimidia parte deliberabit idem Thomas apud burgum de Ranfrew, vel ad vadum de Govan, si commode poterit nauis eiusdem Thome deduci vsque ad idem vadum, inter hinc et proximum festum Michaelis; et pro alia dimidia parte, inter hinc et proximum Pascha: Et nichilominus, si dictus reuerendissimus per literas suas, aut alias, admoneat dictum Thomam, aut Patricium Culquhoun de Glen, nomine suo, intra decem diem post festum corporis Christi proximum, aut eacirca, se nolle habere, aut intromittere cum dicto plumbo, extunc, vigore huius admonicionis et cercioracionis, presens conuentum et appunctuamentum ipso facto nullum et dissolutum erit: Ad que omnia et singula premissa, forma pariter et effectu, ut premissum est, inuiolabiliter obseruanda, firmiterque tenenda, et efficaciter adimplenda, dicte partes, hincinde et respectiue, obligarunt se, fide data, per extensionem manuum, in strictissimis stilo et forma obligacionis: Pecierunt dicte partes hincinde instrumenta: Acta in palacio dicti reuerendissimi patris, hora quasi 2a post meridiem, vel eacirca; Domino Baldredo Blacader, milite, Patricio Culquhoun de Glen, Thoma Law, burgense Glasguensi, Gilberto Bard, et Thoma Fortoun.

234. Subdecanus.

Die Sabbati, xv mensis Maii, anno, indictione, pontificatu et regno, quibus immediate supra: Vicarii chori, pro maiore parte, et in vnum congregati, coram presidente et capitulo, loco capitulari ad sonum campane pulsate congregatis, videlicet Magister Willelmus Broun, domini Johannes Mowsfald, Willelmus Mowsfald,

Johannes Cokburn, Willelmus Burell, Robertus Durand, Alexander Panter, Robertus Brady, Georgius Cameron, Robertus Clerk, Andreas Wawch, Johannes Heriote, singillatim interrogati, extradonarunt omnes suas communias, necnon domos, edificia, terras, et annuos redditus pertinentes dictis suis communiis, et distribucionibus communibus, M. Rolando Blacader subdecano, per eundem leuandos, prouidendos, distribuendos, et disponendos; nec vllam intromissionem habebunt cum dictis communiis, aut domibus, edificiis, terris, redditibus, concernentibus easdem communias in futurum: Et consenserunt quod dictus subdecanus habeat liberam disposicionem earundem communiarum, et concernencium easdem, in futurum; pro quo idem subdecanus dabit cuilibet vicariorum seruiencium in choro, annuatim, decem mercas ad terminos Pentecostes et Martini, per equales porciones tantummodo, et hoc de dictis communiis; quibus deficientibus, dabit dictas x mercas annuatim de beneficio proprio: Et residuum dictarum communiarum idem subdecanus applicabit annuatim ad edificacionem et reparacionem domorum dictorum vicariorum: De quibus decem mercis, annuatim ad terminos prenotatos percipiendis, tenuerunt se bene contentos, pro completa et annua solucione dictarum suarum communiarum; et nichil plus dictis decem mercis annuatim, pro suis completis solucionibus suarum communiarum, a dicto capitulo postulabunt, aut requirerent: Peciit idem subdecanus instrumenta: Acta in loco capitulari, hora quasi x ante meridiem; testibus, Martino Rede, cancellario, Patricio Elphinstoun de Erskin, Roberto Erskin de Luss, Michaele Flemying de Torboltoun, Jacobo Steward de Alncrumbe, Patricio Graham de Killern, et domino Willelmo Siluer de Durisdere, prebendariis, canonicis Glasguensibus: Eodem die M. Jacobus Steward fecit obedienciam subdecano presidenti et capitulo. A.D. 1507.

235. Ranefrew.

Die Sabati in vigilia Pentechostes, vicesima secunda mensis Maii, indictione decima, anno millesimo quingentesimo septimo,

A.D. 1507. pontificatus Julii 2^{di} anno 4°, et regni anno xix°: In capitulo Pentechostali generali, venerabiles viri Magister Rolandus Blacader subdecanus, presidens pro tempore, et ceteri canonici capitulum facientes et representantes, consenserunt, approbauerunt, et ratificauerunt assedacionem factam per dominum Willelmum Siluer, succentorem et magistrum hospitalis, Magistro Johanni Gibson, prebendario de Ranfrew, et successoribus suis, de quoddam tenemento pertinente dicto hospitali, jacente in ciuitate Glasguensi, prope palacium archiepiscopi, a parte occidentali eiusdem, inter mansum prebendarii de Govan ab australi, et terras Patricii Culquhoun de Glen ab occidentali et boriali partibus, et singula contenta in eadem, et inde sequuta: Necnon approbauerunt, ratificauerunt, et consenserunt approbacioni et confirmacioni Roberti archiepiscopi Glasguensis cuiusdam carte siue litere assedacionis, prefati domini Willelmi Siluer, de dicto tenemento; Necnon
Fol. 60. assignacioni, vnioni, annexacioni et incorporacioni dicti tenementi prebende de Govan imperpetuum, cum consensu prefati prebendarii de Ranfrew, postmodum, suis tempore et loco congruis per prefatum Robertum archiepiscopum Glasguensem et eius auctoritate ordinaria faciendis, in vberiore forma, et juxta formam eiusdem carte et confirmacionis inde faciende: Super quibus peciit idem Ranfrew pro se, et suis successoribus, instrumenta: Acta in loco capitulari, hora quasi decima ante meridiem, vel eacirca; testibus, canonicis presentibus, et nullis aliis, videlicet, eodem subdecano, Magistris Martino Rede, cancellario, Thoma Murhede de Stobo, Adam Culquhoun de Govane, Patricio Elphinstoun de Erskin, domino Willelmo Siluer de Durisdere, Magistris Nicholao Greynlaw de Edulfistoun, Dauid Conigham de Glasgow secundo, Jacobo Steward de Alncrumbe, Michaele Flemyng de Torboltoun, Roberto Erskin de Lus, Alexandro Hammiltoun de Cambuslang, Thoma Campbell de Cumnok, Georgio Montgomery de Eglishame, Patricio Graham de Killern, prebendariis, canonicis Glasguensibus. Insuper idem presidens et capitulum promiserunt appendere suum

sigillum commune et capitulare predictis confirmacioni et vnioni, in signum dicti sui consensus. A.D. 1507.

236. Ranefrew.

Die Dominica, xxiij mensis Maii, anno, indictione, et pontificatu, quibus supra: Johannes Schaw et Alexander Homyll, balliui de Glasgow pro tempore, consenserunt assedacioni, et ad feodi firmam dimissioni predicti tenementi hospitalis facti per succentorem predictum, prebendario de Ranfrew et suis successoribus; et eandem assedacionem et ad feodifirme dimissionem approbauerunt, et ratificauerunt, secundum tenorem eiusdem, in omnibus suis punctis et articulis: Peciit idem Magister Johannes Gibson, prebendarius de Ranfrew, instrumenta: Acta in ecclesia Glasguensi hora xij[a] in meridie, vel eacirca; testibus, Thoma Hugonis, seniore, et Thoma Hugonis, juniore, Andrea Schaw, Andrea Rede, M. Johanne Gibson, juniore, et Dauid

237. Ranefrew.

Die Mercurii, xxvj mensis Maii, anno, indictione, et pontificatu, quibus supra: Patricius Culquhoun, prepositus Glasguensis pro tempore, consensit ad eandem assedacionem et feodifirme dimissionem, et eandem approbauit et ratificauit secundum tenorem eiusdem: Peciit idem Magister Johannes Gibson prebendarius de Ranfrew instrumenta: Acta intra ciuitatem Glasguensem, in edibus dicti prepositi, hora quasi decima ante meridiem, vel eacirca; testibus, M. Johanne Gibson, juniore, notario publico; ac eciam in premissis Dauid Gibson, et Patricio Culquhoun, filio dicti prepositi.

238. Ranefrew.

Eisdem die, anno, mense, indictione, pontificatu, loco capitulari ecclesie Glasguensis, hora quasi xii in meridie: Reuerendissimus

A.D. 1507. pater Robertus, Glasguensis archiepiscopus, approbauit et confirmauit predictam cartam succentoris factam prebendario de Ranfrew, singulaque contenta in eadem decreuit inuiolabiliter obseruanda, et efficaciter adimplenda: Necnon predictum tenementum, cum consensu Magistri Rolandi Blacader presidentis, et capituli ad sonum, etc., in capitulo Pentecostali congregatis, ac eciam cum consensu dicti prebendarii de Ranfrew, predictam assedacionem, et singula inde secuta, emergencia, et prouentura et contenta in eadem assedacione, in se et suis successoribus prebendariis de Ranfrew acceptantis, vniuit, annexiuit, et pro perpetuo incorporauit prebende de Ranfrew, auctoritate ordinaria: Peciit idem Ranfrew pro se et successoribus instrumenta a me et Magistris Archibaldo Layng et Johanne Gibson, juniore, notariis publicis; et ego pecii a Layng et Gibson instrumenta, nomine pauperum hospitalis; testibus, dompno Johanne Welch, abbate de Halywode, Magistris et dominis Hugone Greynlaw, Archibaldo Calderwod, vicario de Cadder, Johanne Hugonis, rectore de Kilbride, Jacobo Neilson, vicario de Colmonell, Roberto Hamiltoun, rectore de Bothernok, Johanne Rankin, rectore de Hutoun, Dauid Dwn, domino Willelmo Smyth, capellanis, et domino Baldredo Blacader milite, testibus: Sequuntur nomina canonicorum presencium et consentiencium: Magistri Rolandus Blacader, subdecanus, Adam Culquhoun, Patricius Elphinstoun, Nicholaus Greynlaw, Dauid Conigham, Thomas Murhede, Jacobus Stewart, Patricius Grahame, Robertus Erskin, et dominus Willelmus Siluer, de Govane, Erskin, Edulfistoun, Glasgu 2°, Stobo, Alncrumbe, Killerne, Luss, Durisdere, prebendarii, canonici Glasguenses.

239. Stobo—Presidens.

Die Sabbati, xxix° mensis Maii, anno, quo supra, et indictione, etc., ut supra, hora quasi x^{a} ante meridiem, vel eacirca, in loco capitulari, in capitulo generali Pentechostali, dominus Robertus Duranti, vicarius chori, abbreuiator pro tempore, extendit manum, nomine juramenti, ad Magistrum Thomam Murhede, presidentem

pro tempore, de fideliter abbreuiando defectus, et exequendo suum officium abbreuiatoris juxta formam statutorum, prout melius nouerit in conspectu canonicorum assidencium capitulariter congregatorum: Peciit idem Murhede instrumenta: Acta, ut supra; testibus, Magistris Johanne Gibson, Patricio Elphinstoun, Jacobo Stewart, Nicholao Greynlaw, et Patricio Grahame, canonicis Glasguensibus. A.D. 1507.

240. Elphinstoun.

Die Dominica, vj[to] mensis Junii, anno quingentesimo septimo, indictione decima, pontificatus Julii 2[di] anno 4°, et regni anno xix°, hora quasi prima post meridiem, vel eacirca, infra ciuitatem Glasguensem, coram testibus, Magistris Patricio Graham, canonico Glasguensi, Patricio Hamiltoun, notario publico, Johanne Elphinstoun, Adam Murref, Johanne M'Kewin, domino Thoma Hamiltoun, Johanne M[c]Alexander, Jacobo Grahame, M. Patricius Elphinstoun, prebendarius de Erskin, ac canonicus Glasguensis, et sacrista maior presentauit, prout per presentes presentat, Willelmum Elphinstoun ad officium, seu seruicium sacristie minoris, in ecclesia, vacans per mortem quondam Willelmi Denby vltimi sacriste minoris, et possessoris eiusdem, ad decanum, et in absencia decani ad presidentem et capitulum, quibus admissio pleno jure pertinet; et promisit apponere sigillum in signum huiusmodi presentacionis: Peciit idem Willelmus Elphinstoun instrumenta: Acta in domo dicti Johannis Fol. 61. Elphinstoun.

241. Blak.

Die Martis, octauo mensis Junii, anno quingentesimo septimo, indictione decima, pontificatus Julii 2[di] anno 4°, et regni anno decimonono: Richardus Blak, alter executorum quondam Willelmi Denby defuncti, ab eodem in vltima sua voluntate constitutus, vt asseruit, ex ceteris causis racionabilibus animum suum mouentibus, omnibus melioribus, etc., quibus potuit et debuit,

A.D. 1507. renunciauit huiusmodi officio executorie, et intromissioni bonorum dicti quondam Willelmi, necnon renuit et reclamat per presentes acceptare in se huiusmodi officium executorie, aut intromissionem bonorum dicti defuncti; sed exonerat se, in quantum de jure debet, et tenetur, et in se est de huiusmodi officio et inde emergentibus, dependentibus, connexis et annexis, et prouenturis: Peciit idem Blak instrumenta: Acta in ecclesia Glasguensi, hora quasi xij in meridie; testibus, Magistro Jacobo Neilson, vicario de Colmonell, domino Andrea Merschell, vicario de Dunlop, Patricio Hammyltoun, notario publico, Jacobo Mason, et domino Waltero Wilson, altero executorum dictorum in sacris constituto.

242. ARCHIEPISCOPUS—PRESIDENS—*ELPHINSTOUN.*

Die Sabbati, xij mensis Junii, indictione decima, anno quingentesimo vij°, pontificatus Julii 2^di^ anno 4°, et regni anno vicesimo: Robertus Glasguensis archiepiscopus, necnon Rolandus Blakader presidens, et ceteri canonici, assidentes capitulum representantes, ad sonum campane pulsate capitulariter congregati, vnanimi consensu et assensu admiserunt Willelmum Elphinstoun ad officium sacristie minoris, tunc per mortem Willelmi Denby vltime sacriste minoris vacans; et hoc vigore requeste et supplicacionis supremi domini regis, et duntaxat cui nolebant displicere, ut asseruerunt, et non vigore aut virtute alicuius presentacionis, aut super aliqua presentacione eisdem exhibita, sed ad tempus juxta mentem dicti supremi domini regis; ad probandum et experiendum de moribus et ydoneitate dicti Willelmi; quia nouerunt eundem Willelmum extunc inydoneum, et inabilem ad execucionem et exercicium dicti officii minoris sacristarie: Peciit idem reuerendissimus, ac eciam idem Rolandus Blakader presidens, nomine capituli, instrumenta; ac eciam idem Willelmus peciit instrumenta, quod fuit admissus per eosdem reuerendissimum, et presidentem, et capitulum: Acta in loco capitulari, hora xj^a^ ante meridiem vel eacirca; testibus, Magistris et dominis Patricio Coventre, rectore de Girwald,

Hugone Greynlaw, Archibaldo Crawfurd, vicario de Erskin, Archibaldo Calderwod, vicario de Cadder, Johanne Rankin, rectore de Hutoun, Archibaldo Layng, vicario de Estwod, Georgio Symontoun, vicario de Mernys, Jacobo Neilson, vicario de Colmonell, et domino Baldredo Blacader, milite. A.D. 1507.

243. Subdecanus Blacadere, etc.

Die Mercurii, decimo sexto mensis Junii, anno M° quingentesimo septimo, indictione decima, pontificatus Julii 2^{di} anno 4°, et regni anno vicesimo: Johannes Swan et Joneta Suan, tutores testamentarii Johannis Wan, cum consensu, ut asseritur, domini Willelmi Suan tercii tutoris eiusdem Johannis, ac eciam cum presencia, consensu, et voluntate Donaldi Chalmer, mariti dicte Jonete, in absencia dicti Donaldi, et ad partem accepte, coram Alexandro Homyl, balliuo Glasguensi, et me notario infrascripto, stipulantibus, viceque omnium et singulorum quorum interest, aut interesse poterit infuturum, recipientibus, de non veniendo in contrarium infrascriptorum; nec eadem vnquam reuocare; nec se esse, nec fuisse, metu maritali, aut quouismodo alias ad infrascripta facienda compulsam, aut coactam, tactis per eam ob hoc corporaliter Scripturis sacrosanctis, ad sancta Dei euangelia sponte et solenniter jurate, comodo, proficuo, et vtilitate dicti Johannis Wan pupilli primitus pensatis et consideratis, vnanimi consensu et assensu assedauerunt, et ad feodifirmam pro perpetuo dimiserunt, Magistro Rolando Blacader, subdecano Glasguensi, et suis assignatis, quamdam particatam siue rodam terre, jacentem in ciuitate Glasguensi, ad vici de Drigate partem borialem, inter terras dicti subdecani ymmoverius ecclesie ab occidentali, et dicti Johannis Wan pupilli ab orientali, partibus; et a strata publica vsque ad Malindinore in longitudine protensam: pro septem solidis annui redditus de dicta roda cum pertinenciis, annuatim prefato pupillo et suis heredibus ad duos anni terminos soluendis: Quamquidem rodam cum pertinenciis, ex causa predicta, idem Johannes et Joneta tutores resignauerunt in manibus

A.D. 1507. dicti Alexandri Homyl, balliui recipientis: Postea idem balliuus dedit statum hereditarium et saisinam eiusdem rode cum pertinenciis, prefato Magistro Rolando, et suis assignatis, per terram et lapides, saluo jure cuiuslibet, in feodifirma et hereditate imperpetuum: Soluturis inde annuatim dicto pupillo, et heredibus suis, dictos septem solidos annui redditus, ut premittitur, vna cum firma burgali archiepiscopo Glasguensi, tantummodo, pro omni alio onere, etc.: Consequenter dictus subdecanus resignauit feodum eiusdem particate in manibus dicti balliui recipientis; et baliuus dedit statum hereditarium et saisinam eiusdem rode ut de feodo, reseruato libero tenemento eiusdem dicto subdecano pro vita sua, per terram et lapides, domino Roberto Wilkeson capellano, nomine ecclesie, et non alias, neque aliomodo, vbi et quando, pro libito eiusdem subdecani, particulari ecclesie seruicio aut altari applicando: Reddendo inde dicta ecclesia seruicium aut altare vij solidos, et firmam burgalem, ut premittitur: Peciit idem subdecanus, nomine proprio et ecclesie, instrumenta: Acta super solum dicte rode, hora xj[a] ante meridiem, vel eacirca; testibus, domino Thoma Conigham, capellano, notario publico, Thoma Crawfurd, Patricio Robison, sergiando, Johanne Curry, Andrea Letrig, Donaldo Chalmer, et domino Waltero Wilson infra sacros ordines constituto.

Fol. 62.

244. Idem.

Eisdem die, anno, mense, coram eisdem testibus, et eadem hora: dicti Johannes et Besseta tutores dederunt libertatem et licenciam dicto subdecano, et suis assignatis, construere et edificare dimidium gabule sue orientalis, super terras dicti pupilli adiacentis, orientali parti terrarum dicti subdecani, ea lege quod idem subdecanus, aut sui assignati fenestrent orientale latus dicte gabule versus terras dicti pupilli, et relinquant in eodem latere tres lapides eminentes et asperos, videlicet le tuskis: Peciit idem subdecanus, nomine proprio et ecclesie, instrumenta: Acta in publica platea vici de Drigat.

A.D. 1507.

245. Skelmorly—Montgomery.

Die Sabbati, xix mensis Junii, anni quingentesimi septimi, indictione decima, pontificatus Julii 2^{di} anno 4°, et regni anno vicesimo: Magister Rolandus Blacader subdecanus, presidens, et capitulum ad sonum campane, etc., in capitulo generali Pentechostali congregati, fideliter promiserunt, et firmiter obligarunt se, in strictioribus stilo et forma obligacionis, releuare, et indempnem seruare, Johannem Montgomery de Skelmorly, plegium et fideiussorem ex mandato et requesta dictorum presidentis et capituli pro certis tenandis de le Chanonland, quorum nomina, inscripta in rotulis regiis et indictatis, sequuntur, Thomas Or, Willelmus Johnson, cum duobus filiis Alexandro Johnson et Roberto Johnson, Thomas Scot, Thomas Scot, junior, Willelmus Scot, Johannes Mortoun, Hugo Mortoun, Hugo Thomson, Johannes Thomson, domino nostro regi, et suo balliuo de Conigham, penes omnes summas pecuniarias incurrendas per dictum Johannem Montgomery, casu quo dicti tenandi, aut eorum aliqui, non introierint et steterint se in judicio coram supremo domino rege, aut suis balliuis de Conigham, tempore congruo et requisito, pro arte et parte et occasione datis, penes occisionem Roberti Scot, et ceteris criminibus inde secutis, per dictum supremum dominum regem, et suos balliuos de Conigham et justiciarios, propterea obiciendis contra dictos tenandos; et hoc ad manus dicti regis et balliui et justiciariorum et aliorum quorumcunque interesse habencium: Peciit idem Montgomery instrumenta: Acta in loco capitulari, hora quasi ix^a ante meridiem, vel eacirca; testibus, dominis Donaldo Daracht, Roberto Dalgles, notario publico, presbiteris, et Adam Stewart: cui instrumento promiserunt appendere sigillum ad causas.

246. Nicholaus Broun—Ros.

Eisdem die, anno, mense, loco, hora xj^a ante meridiem, vel eacirca, testibus domino Johanne Dawson, notario publico,

A.D. 1507. dominis Thoma Forsith, et Willelmo Mowsfald, idem presidens et capitulum ad sonum, etc., in capitulo generali, cum presencia consensu et voluntate Patricii Blacader, archidiaconi Glasguensis, principalis, ac principalis patroni capellanie fundate ad altare Sancti Michaelis per quondam M. Gilbertum Reryk, archidiconum Glasguensem, consenserunt assedacioni, et ad feodifirmam dimissioni cuiusdam tenementi dicte capellanie, jacentis in ciuitate Glasguensi, in vico de Drigate, ex parte orientali eiusdem, inter tenementa prebendarii de Erskin a boriali, et hospitalis Sancti Nicholai et deuote camiant ab occidentali et australi partibus, Nicholao Broun et sue sponse, et heredibus suis, faciende per dominum Georgium Ros capellanum dicte capellanie; et contractui inter prescriptas partes desuper faciende: dummodo ipsa assedacio, et ad feodifirmam dimissio, cesserit in maius commodum et vtilitatem ecclesie, et huiusmodi capellanie, et non alias: ac eciam easdem assedacionem, et ad feodifirmam dimissionem, et contractum desuper faciendum, approbarunt, et ratificarunt, dummodo cesserit, etc., ut supra: Peciit idem Nicholaus Broun instrumenta: Acta in loco capitulari.

247. Archiepiscopus Glasguensis.

Die Sabbati, xxvi mensis Junii, anno Domini quingentesimo vij°, indictione decima, pontificatus Julii 2^{di} anno 4°: Robertus Glasguensis archiepiscopus, cum consensu et voluntate Magistri Rolandi Blacader subdecani, presidentis, et capituli ad sonum campane pulsate in capitulo generali Pentechostali congregatorum, erexit, annexiuit, et incorporauit vicarias de Cadder, Stobo, Lintoun, Kilbyrny, vnacum rectoria de Girvald, et vicaria de Girvan, Glasguensis diocesis, collegio suo vniuersitatis Glasguensis, ad vtilitatem cleri, et ad doctrinam variam et vberiorem, necnon doctorum vivorum societatem inibi fouendam: Quam ereccionem et annexionem, juxta dictamen et dilatacionem dicti reuerendissimi patris, et sui consilii, in vberiore forma scriptis redigendam, confirmacionem summi pontificis in proximo con-

firmare studebunt: Peciit idem reuerendissimus instrumenta; quibus sigillum capituli est concessum: Acta in loco capitulari, hora quasi xij^a in meridie; testibus, Magistris et dominis Archibaldo Calderwod, vicario de Cadder, Patricio de Coventre, rectore de Girwald, Archibaldo Layng, vicario de Estwod, Johanne Rankin, rectore de Hutoun, Georgio Akinhed, vicario de Dalzell, et Johanne Johnson, capellanis. A.D. 1507.

248. [Cadder.]

Eisdem die, anno, mense, hora, coram eisdem testibus, dominus Archibaldus Calderwod, vicarius de Cadder, consensit huiusmodi ereccioni et annexioni dicte sue vicarie de Cadder facte per prefatum reuerendissimum, cum consensu dictorum presidentis et capituli, dicto collegio Glasguensi, quandocunque per cessum vel decessum, dimissionem vel simplicem resignacionem, aut quouismodo alias, vacare contigerit; juxta dictamen et dilatacionem in vberiori forma prefati reuerendissimi et sui consilii: Peciit idem reuerendissimus instrumenta: Acta ut supra.

249. Erskine—Elphinstoun.

Die Dominica, penultima Junii, anno quingentesimo vij°, indictione x^a, pontificatus Julii 2^{di} anno 4°, et regni anno xx°: Magister Patricius Elphinstone, canonicus ecclesie Glasguensis, ac prebendarius de Erskin in eadem, egro et infirmo corpore, sana tamen mente et racione, timens ineuitabilem mortis euentum, quem nemini mortalium prescire conceditur, compertum quia habens nil morte certius eiusdem hora incertius, suum testamentum ac ultimam voluntatem, in nomine Sancte et Indiuidue Trinitatis, Patris et Filii et Spiritus Sancti, ad insequentem modum fecit, ordinauit, et condidit: In primis et ante omnia, animam suam Deo Creatori omnium, eiusque intemerate genetrici Marie, totique milicie celesti commendauit et legauit; sepulturamque suam, post corporis dissolucionem, in superiore ecclesia Glas- Fol. 63.

A.D. 1507. guensi, ad partem borialem altaris Sancti Seruani, vbi conueniencius fieri possit, elegit et ordinauit, atque illic sepeliri desiderauit, deinde prefatus testans fecit, elegit, nominauit, et deputauit executores, videlicet, dominum Alexandrum Robertoun, et Johannem Elphinstoun; quem Johannem solum et vnicum bonorum suorum et testamenti sui intromissorem fecit, et fieri voluit, et ordinauit, sic quod intromissio bonorum dicti testantis, et omnia concernencia eorundem bonorum intromissionem, necnon emergencia, sequencia, et prouentura ex eadem, solum pertineant dicto Johanni, et nulli alteri; preterea constituit superiores dictis executoribus, Magistrum Robertum Elphinstoun, rectorem de Kincardinneile, et Andream Elphinstoun militem, ad hunc effectum, quod dicti superiores dent, et exhibeant suum melius consilium dictis executoribus, requirentibus, et in nullo alio superioritatis modo se inuesteant: Item legauit fabrice ecclesie Glasguensis v^{s}: Item vxori Johannis Elphinstoun suam meliorem togam, Item Johanni Elphinstoun secundam togam in bonitate: Peciit idem M. Patricius Elphinstoun instrumenta: Acta in manso dicti prebendarii, in ciuitate Glasguensi, hora xij in meridie, vel eacirca; testibus, Andrea Quhit, Hugone Blare, Johanne McAlexander.

250. Simontoun—Mernys.

Die Lune, sexto mensis Julii anni quingentesimi septimi, indictione decima, pontificatus Julii 2^{di} anno 4°, et regni anno xx^{o}: dominus Georgius Simontoun vicarius de Mernis, egro corpore, sana mente, condidit testamentum suum in hunc modum: In primis, animam suam Deo Creatori, eiusque intemerate genetrici, etc., commendauit et legauit; sepulturamque suam in ecclesia Glasguensi, ad partem borialem altaris Sancte Brigide, vbi conueniencius haberi possit, si reuerendissimo non displiceat, si minus alibi in dicta ecclesia, vel cimiterio eiusdem, elegit, atque illic sepeliri desiderauit: Item legauit fabrice ecclesie Glasguensis vnam mercam: Constituit eciam executores,

coniunctim et diuisim, et eciam suos assignatos, quo ad singula concernencia eundem, in vberiori forma, venerabilem virum Magistrum Martinum Red cancellarium Glasguensem, et dominum Robertum Dalgles, vt ipsi disponant de suis, prout anime sue saluti nouerint melius expedire, ac prout super huiusmodi dispositione juxta hanc suam voluntatem coram summo Judice respondere velint: Preterea dictus testans elegit superplus, siue excrescenciam fructuum sui beneficii, et dimisit taxam, in euentum quo viam vniuerse carnis ingrediatur: Item legauit omnia bona sua mobilia et immobilia dicto domino cancellario, exceptis aliquot bonis per dictum testantem posterius certis amicis et cognatis legandis et nominandis: Peciit idem Symontoun instrumenta: Acta in manso dicti cancellarii, hora quasi 3ª post meridiem, vel eacirca; testibus, domino Georgio Masoun, Andrea Heriote, et Alexandro Kewk, testibus. A.D. 1507.

251. Cancellarius.

Die Lune, xij mensis Julii, indictione decima, anno quingentesimo vij°, pontificatus Julii 2^di^ anno quarto, et regni anno xx°: Patricius Symontoun, frater et heres domini Georgii Symontoun defuncti, non vi aut metu ductus, errore lapsus, seu dolo circumuentus, sed ex sua certa sciencia, libera et spontanea voluntate, prout, mediante suo juramento, per eum tactis ob hoc corporaliter Scripturis sacrosanctis, ad sancta Dei euangelia prestito, fideliter asseruit, omnibus melioribus modo, via, jure, etc., renunciauit omni jure, et titulo, et clameo, quod sibi et suis quouismodo competebat, competit, aut infuturum competere poterit, in bonis hereditariis, mobilibus et immobilibus dicti quondam domini Georgii sui fratris; et jus suum, et clameum in premissis, Magistro Martino Rede, cancellario Glasguensi, executori dicti defuncti, assignauit, et in eum transtulit, et transportauit; et contra premissa nunquam deuenire per se, suos, et quos commode impedire poterit, fraude et dolo seclusis, in judicio vel extra, etc., solenniter jurauit, in manibus mei

A.D. 1507. notarii recipientis, vice et nomine quorum interest, etc.: Consequenter dictus cancellarius, tanquam executor dicti domini Georgii, elegit dicto die, videlicet 2ª die post obitum dicti defuncti, residuum fructuum annate, siue excrescenciam fructuum annate, vicarie de Mernys, et dimisit taxam: Peciit idem cancellarius instrumenta: Acta in ecclesia Glasguensi, hora quasi sexta post meridiem; testibus, dominis Andrea Burell, Donaldo Daracht, Roberto Dalgles, capellanis, Jacobo Rede, et Andrea Haert, scolare.

252. Schaw—Mernys.

Die Jouis, decima quinta mensis Julii, anno quingentesimo vij°, indictione decima, pontificatus Julii 2^di^ anno 4°, et regni anno xx: Ego, Cuthbertus Simonis, vigore literarum collacionis reuerendissimi patris Roberti Glasguensis archiepiscopi, et mandati eiusdem in eisdem literis contenti, michi in hac parte desuper facti, michi per M. Robertum Schaw vicarium de Mernys presentatarum, lectarum, quarum tenores propter prolixitatem obmitto, auctoritate eiusdem reuerendissimi induxi, institui, et inuestiui dictum Magistrum Robertum in et ad realem corporalem et actualem possessionem dicte vicarie de Mernys, juriumque pertinencium eiusdem, cum plenitudine juris vicarialis, per realem deliberacionem tactum et assignacionem clauium ecclesie, cordule, campane, fontis baptismalis,
Fol. 64. carismalis libri, calicis, et ornamentorum magni altaris: omnibusque parrochianis promiscui sexis ibidem presentibus, auctoritate dicti reuerendissimi precepi, quatenus dicto M. Roberto Schaw, tanquam suo vicario de vniuersis fructibus, redditibus, prouentibus, et emolumentis dicte vicarie, suis loco et tempore congruis et oportunis, respondeant, ac de eisdem quantum in me erat responderi feci: Peciit idem Robertus Schaw instrumenta: Acta intra ecclesiam parrochialem de Mernys, hora xj ante meridiem, vel eacirca; testibus, domino Johanne Broun, capellano curato dicte ecclesie, Johanne Alanson alias Sandesone,

Jacobo Rede, Johanne Curry, Willelmo Pollok, Macolmo Dowgles, et Vincencio Merschell. A.D. 1507.

253. [SCHAW.]

Eodem die, hora quasi xij in meridie, assedauit idem M. Robertus Schaw mansum siue glebam ecclesiasticam vicarie de Mernis, cum terris eidem annexis, pro vno anno futuro a data presencium Martino Rede cancellario Glasguensi; soluturo inde pro dicto anno onera consueta et debita: Peciit idem Schaw instrumenta: Acta in dicto manso; testibus, domino Johanne Broun, capellano, Johanne Curry, et Vincencio Merschell.

254. HAMMYLTOUN—CASTELSTARIS.

Die Lune, xxvj mensis Julii, anni quingentesimi septimi, indictione decima, pontificatus Julii 2^{di} anno 4°, et regni xx^{o}: Magister Alexander Hammyltoun, prebendarius de Castelstaris, presentauit quoddam breue sanctissimi domini nostri Julii pape secundi, venerabilibus viris Magistris Martino Rede, cancellario Glasguensi, et Dauid Conigham, officiali Glasguensi generali, judicibus in hac parte a sede apostolica delegatis; et peciit eos procedere juxta tenorem dicti brevis: Quiquidem judices acceptarunt super se huiusmodi delegacie officium, cessantibus legitimis impedimentis, et decreuerunt processum institui, et fieri, super contentis in huiusmodi breui: Peciit idem Hammyltoun instrumenta: Acta in choro ecclesie Glasguensis: Super quibus peciit idem Magister Dauid Hammiltoun instrumenta: Acta in choro ecclesie Glasguensis, hora septima post meridiem, vel eacirca, anno, die, mense, indictione, et pontificatu quibus supra; presentibus, Magistris et dominis Archibaldo Crauford, Dauid Brois, Johanne Paris, Donaldo Daracht, Andrea Burell, et Thoma Conigham, presbiteris.

A.D. 1507.

255. Dominus Succentor Clerk.

Die Martis, xxiiij Januarii, anno quingentesimo xiij°, indictione 2ª, pontificatus Leonis decimi anno primo, in pretorio burgi de Glasgw, in curia capitali tenta per Johannem Schaw, prepositum deputatum, Thomam Law et Willelmum Baxter balliuos, pro tribunali sedentes ad jura reddenda, etc.: Dominus Robertus Clerk produxit certas euidencias concernentes jus hereditarium quod habuit in tenemento quondam vicariorum chori in ciuitate Glasguensi, ad partem borialem tenementi quondam Willelmi Walcar jacente, coram dictis preposito et balliuis, juxta tenorem cuiusdam acti desuper facti; vigore cuius ipse dominus Robertus, et Scot relicta quondam Willelmi Walcar, contendentes hincinde, super jure hereditario tenementi, citati erant peremptorie, et cum intimacione, et producenda omnia sua jura et euidencias, die instanti, quibus vti vellent, pro suo jure, et dicta Scot nullas euidencias produxit: Quare dictus succentor peciit silencium imponi super vlteriore et futura productione euidenciarum ipsius Scot, et ipsam a possessione dicti tenementi per dictos judices remoueri, et se in et ad possessionem eiusdem juxta formam sue saisine admitti: Peciit idem succentor instrumenta: Acta in pretorio, hora xj ante meridiem, vel circa; testibus, Alexandro Honyll, Johanne Curry, Willelmo Salmont, Georgio Burell, Johanne Smyth, Magistro Thoma Leis.

256. Schaw.

Die Martis, xxvij mensis Julii, anni quo supra, etc., indictione decima, etc.: M. Robertus Schaw, succentor Dunkeldensis, constituit in vberiore forma suos procuratores, Magistrum Martinum Rede, cancellarium Glasguensem, Nicholaum Greynlaw, prebendarium de Edulfistoun, dominos Robertum Dalgles et Donaldum Daracht, capellanos, et alios nominandos per dictum

cancellarium, coniunctim et diuisim, ad petendum [et] recipiendum collacionem ordinariam de nouo super presentacione abbatis et conuentus Pasleti sibi facta, super vicaria prope de Mernys, Glasguensis diocesis, per mortem quondam domini Georgii Symontoun, vltimi vicarii eiusdem, tunc vacante, vel tunc certo modo vacante, et per M. Robertum Maxvell, quo ad jus eiusdem, non acceptata sed dimissa; vel quamcunque aliam prouisionem super huiusmodi vicaria, siue per presentacionem, seu quouismodo alias; et recipiendum institucionem et possessionem eiusdem vicarie; et notificandum parrochianis de Mernys de huiusmodi prouisione et possessione; et ad precipiendum parere dicto Schaw de fructibus eiusdem, cum ceteris clausulis necessariis et requisitis: Necnon ad petendum et recipiendum collacionem, prouisionem, institutionem, possessionem cuiuscunque beneficii vacantis, nomine dicti constituentis; et pro eo in premissis agentes, defendentes, cum clausulis requisitis in vberiori forma: Ratum et gratum: Peciit idem Schaw instrumenta: Acta in manso dicti cancellarii Glasguensis, hora quasi ix ante meridiem; testibus, M. Richardo Huchonson, vicario de Kirkbene, Herberto Sturgion, Jacobo Rede, Willelmo Levingstoun, Vincencio Merschell.

A.D. 1507.

257. Conigham Officialis.

Die Sabbati, vltimo Julii, anno quingentesimo vij°, indictione decima, pontificatus Julii 2[di] anno 4°, et regni xx: M. Dauid Conigham officialis constituit procuratores et actornatos, in vberiori forma, videlicet, Thomam Inglis, et Ninianum Merschell, et alios nominandos per dictum Ninianum, coniunctim et diuisim, ad recipiendum infeodacionem et euidencias infeodacionis terrarum de Schawtoun, a Johanne domino Symple; et ad petendum et leuandum desuper instrumenta: Ratum et gratum, etc.: Peciit idem officialis instrumenta: Acta intra ciuitatem Glasguensem, in edibus dicti officialis, hora quasi xij in meridie; testibus, Magistris Jacobo Neilson, Johanne Hugonis, dominis

A.D. 1507. Willelmo Smyth, Robert Durant, et Dionisio Achinlek, presbiteris.

Fol. 65.

258. Conigham Officialis.

Die Lune, 2ª Augusti, anno, indictione, pontificatu, et regno, quibus immediate supra: Ninianus Merschell de Clothodrik, procurator et eo nomine Hectoris Stewart de Raise, de cuius procuracionis mandato per literas papiri patentes, dicti Hectoris sigillo et subscriptione manuali firmatas, fidem ferentes legittimam, resignauit, pure et simpliciter, terras de Schawtoun, extendentes ad decem mercatas terrarum antiqui extentus, vel eacirca, jacentes in dominio de Glasfurd, intra vicecomitatum de Lanark, cum pertinenciis, per fustem et baculum, et literas mandati patentes dicti Hectoris, in manibus Johannis domini Symple; inuestiuit, et infeodauit, hereditarie, in perpetuum, Magistrum Dauid Conigham, suos heredes, et assignatos, in personam discreti viri Thome Inglis, procuratoris et actornati et eo nomine dicti Magistri Dauid, de cuius eciam actornationis mandato michi plene constabat; per realem deliberacionem carte infeudacionis earundum terrarum, et precepti saisine eidem conformis, sigillo et subscriptione dicti domini Symple roborate, in signum realis possessionis inuestiture et infeodacionis in eisdem terris, sibi M. Dauidi, suisque heredibus, desuper factarum: Peciit idem Thomas Inglis actornati et procuratorio nomine quo supra instrumenta: Acta in le park de Lochwinnok, hora quasi xij in meridie; testibus, Johanne Symple de Lonebank, Alexandro Strivelling, Luca Striueline, Andrea Piedegrew, et Roberto Lufy.

259. Conigham Officialis.

Die Martis, tercio Augusti eiusdem anni, hora xj ante meridie, vel eacirca: Andreas Piedegrew balliuus in hac parte Johannis domini Symple, per literas patentes pergameni sub suo sigillo pendente ad infrascripta specialiter deputatus, apud terras de

Schawtoun existens, jacentes ut supra; ibidem dictas literas precepti saisine, et sue potestatis publicauit, ac per me notarium, alta et intelligibili voce, ad noticiam vniuersorum perlegi fecit; quarum tenor sequitur: Johannes dominus Symple, etc., post quarum literarum publicationem et lecturam, dictus Andreas balliuus in hac parte, vigore contentorum in dictis literis precepti sibi desuper directis, ac potestatis et mandati ex tenore earundem sibi facti, realiter, et in forma debita, dedit saisinam et statum hereditarium dictarum terrarum de Schawtoun cum pertinenciis, jacencium ut supra; nec realem possessionem secundum formam carte infeodacionis desuper habite; per terram et lapides, ut moris est, M. Dauid Conigham, suisque heredibus et assignatis imperpetuum, in personam Willelmi Park, procuratoris et actornati et eo nomine dicti Magistri Dauid huiusmodi statum et possessionem recipiendi: Peciit idem Willelmus Park nomine dicti Magistri Dauid instrumenta: Acta super solum dictarum terrarum; testibus, Magistro Henrico Newtoun, Johanne Hammiltoun, Johanne Wilson, Alano Hammyltoun, et Johanne Flemyng. A.D. 1507.

260. [CONIGHAM OFFICIALIS.]

Anno, die, mense, indictione, et pontificatu, quibus supra, hora quasi vij ante meridiem, apud edes suas intra ciuitatem Glasguensem: Idem M. Dauid Conigham officialis constituit procuratores et actornatos, per me notarium nominandos, coniunctim et diuisim, in vberiori forma, ad recipiendum statum hereditarium saisinam et possessionem terrarum de Schawtoun cum pertinenciis, juxta tenorem carte infeodacionis per Johannem dominum Symple sibi suisque heredibus et assignatis desuper facte; et ad petendum et leuandum desuper instrumenta: Et ego nominaui Willelmum Park actornatum: Peciit idem officialis instrumenta: Acta ut supra; testibus, M. Petro Broun, et domino Thoma Hammyltoune, capellano.

A.D. 1507.

261. Conigham Officialis.

Die Veneris, sexto mensis Augusti, anno, indictione, pontificatu, quibus supra: M. Dauid Conigham officialis constituit actornatos et procuratores, videlicet, Alexandrum Lindesay de Corsbasket, Alexandrum Lindesay eius filium, Thomam Hugonis, juniorem, Jacobum Winzet, et Willelmum Small, coniunctim et diuisim, vberiori forma, ad recipiendum saisinam statum hereditarium et possessionem omnium terrarum de Lethrik cum pertinenciis, jacencium in baronia de Drumsergard, intra vicecomitatum de Lanark, juxta tenorem carte infeodacionis per Jacobum comitem de Arane dominum Hammyltoune sibi M. Dauid suis heredibus et assignatis desuper facte, et ad petendum, et leuandum et recipiendum instrumenta desuper; cum ceteris clausulis necessariis, oportunis, et de jure requisitis: Ratum et gratum, etc.: Peciit idem officialis instrumenta: Acta in le Drigate apud nouam edificacionem dicti officialis, hora quasi viij ante meridiem; testibus, Petro Culquhoune, Dauid Lindesay, Patricio Hammiltoune, et Petro Broun.

262. Conigham Officialis.

Anno, die, mense, indictione, et pontificatu, quibus immediate supra: Thomas Huchonsone, balliuus in hac parte Jacobi comitis de Arane domini Hamiltoune, vigore literarum precepti saisine pergameni patencium sigillo pendente et subscriptione manuali dicti domini Hammyltoun firmatarum, publicatarum, et per me alta et intelligibili voce ad noticiam vniuersorum, ex mandato dicti balliui deductarum; quarum tenorem propter prolixitatem omitto; necnon vigore mandati ex tenore earundem sibi facti, dedit, in forma debita per terram et lapides, statum hereditarium, et saisinam, et possessionem terrarum de Lethrik cum pertinenciis, jacencium ut supra, prefato Magistro Dauid, suisque heredibus, et assignatis imperpetuum, juxta formam carte infeodacionis dicti comitis de Aran desuper habite et emanate, in

personam Willelmi Small, procuratoris et actornati et eo nomine dicti Magistri Dauid, huiusmodi statum et possessionem, nomine quo supra recitato, de cuius mandato michi luculenter constabat; et in signum possessionis inclausit dictum Willelmum Small in principali domo, siue messuagio dictarum terrarum: Peciit idem Small, procuratorio nomine quo supra, instrumenta: Acta super solum dictarum terrarum, hora 2ª post meridiem, vel eacirca; testibus, Johanne Stodard, Johanne Fynlaw, Nicolao Flemyng, Johanne Small, Johanne Bowhows.

A.D. 1507.

Fol. 66.

263. Subdecanus Glasguensis.

Die Mercurii, xviij mensis Augusti, anno, indictione, pontificatu, quibus supra: Johannes Swan, M. Willelmus Swan, et Joneta Swan sponsa Donaldi Chalmer, cum presencia, consensu, et voluntate eiusdem Donaldi, tutores testamentarii Johannis Wan pupilli, profectu, vtilitate, et comodo eiusdem pupilli vndique preuisis et pensatis, ut asseruerunt, assedarunt, ac vnanimi consensu et assensu ad feodifirmam pro perpetuo dimiserunt, M. Rolando Blacader subdecano Glasguensi, et suis assignatis, quatuor particatas siue rodas terre burgalis, jacentes in ciuitate Glasguensi, in le Drygate, ex parte boriali vici eiusdem, inter terras ecclesie siue dicti subdecani ex parte occidentali, et Thome Hering ab orientali, partibus, et a strata publica vsque ad Malindinore in longitudine protensas; pro xxviijˢ annui redditus de dictis rodis, prefato pupillo et suis heredibus annuatim ad duos anni consuetos terminos soluendis: Quasquidem quatuor rodas idem tutores, ex causa predicta, per terram et lapides resignauerunt in manibus Alexandri Homyl, balliui de Glasgw pro tempore, recipientis: Interim idem balliuus dedit statum hereditarium, et realem possessionem dictarum rodarum cum pertinenciis, per similes terram et lapides, dicto Rolando Blacader, et suis assignatis, in feodo imperpetuum, saluo jure cuiuslibet; Reddendo inde annuatim idem Rolandus, et sui assignati, prefato pupillo, suisque heredibus, dictos xxviijˢ annui

A.D. 1507. redditus, tantummodo, pro omni alio onere, etc., Consequenter idem subdecanus resignauit dictas quatuor rodas, quoad feodum earundem, reseruando sibi pro vita sua liberum tenementum earundem, in manibus dicti balliui recipientis; et idem balliuus dedit statum feodi earundem rodarum, et corporalem possessionem, reseruato ut premittitur libero tenemento earundem prefato Rolando pro vita sua, per terram et lapides domino Willelmo Gartschore capellano, nomine ecclesie, et non alias, aliter nec aliquomodo, vbi et quando alicui particulari ecclesie seruicio aut altari, pro libito dicti subdecani applicandi et annectendi: Reddendo inde annuatim ministri et capellani seruicii ecclesie aut altaris quibus dicte rode applicari contigerint, prefato pupillo, et heredibus suis, xxviij[s] annui redditus, tantummodo, etc., pro omni alio onere: Peciit idem subdecanus, nomine proprio et ecclesie, instrumenta: Acta super solum dictarum rodarum, hora secunda post meridiem; testibus, M. Roberto Maxwell, Thoma Hugonis, Willelmo Hynde, Patricio Robynson, sergeando, Dauid Portare, et domino Johanne Spittale.

264. Androsone.

Die Jouis, secunda Septembris, anno quingentesimo septimo, indictione decima, pontificatus Julii 2[di] anno 4°, et regni anno vicesimo: Johannes Cwstumare, procurator et eo nomine Isabelle Patriksone, sponse Thome Gardinare, cum presencia, consensu, et voluntate eiusdem Thome, de cuius eciam Isabelle procurationis mandato, per literas patentes eiusdem, sigillo procurato per eandem Roberti Leich, burgensis de Dunbretane, legitimam fecit fidem, per terram et lapides, dictasque literas mandati patentes, sursum dedit, necnon a dicta Isabella, suisque heredibus et assignatis, pro perpetuo, pure simpliciterque resignauit quamdam peciam terre, jacentem in ciuitate Glasguensi, in via qua itur ab ecclesia cathedrali ad crucem, a parte orientali eiusdem vici, inter terras fratrum predicatorum de Glasgw ab australi, et terras dicti Thome Gardinare a boriali partibus, in

manibus Thome Huchonson, balliui Glasguensis, huiusmodi resignacionem recipientis: Consequenter idem balliuus dedit saisinam, et statum hereditarium, et corporalem possessionem de dicta pecia terre, tam a fronte quam a cauda, cum suis pertinenciis, Johanni Androson, suisque heredibus et assignatis, imperpetuum, saluo jure cuiuslibet, per terram et lapides, etc.: Soluendo onera inde, et annuos redditus debitos et consuetos: Peciit idem Johannes Androson instrumenta; et peciit idem procuratorium dicte Isabelle inseri in prefato instrumento: Acta super solum dicte pecie terre, hora quasi 3ª post meridiem vel eacirca; testibus, Patricio Bowy, Johanne Robynson, Willelmo Herbertson: Et non quod dicta Isabella vendidit prefatam peciam terre Johanni Androson, de qua summa pecunie certa procurator, nomine dicte Isabelle, tenuit se bene contentum, et plenarie persolutum, et quitauit dictum Johannem Androson, et suos inde imperpetuum. A.D. 1507.

265. [ANDROSON.]

Anno, die, mense, indictione, et pontificatu, quibus supra, coram eisdem testibus: Thomas Gardinare vendidit Johanni Androson, pro certa summa pecunie de qua tenuit se bene contentum, et quitauit eundem Androson et suos inde imperpetuum, quamdam peciam terre ab anteriore, cum horto et pertinenciis, jacentem in ciuitate Glasguensi, ad partem magni vici nominatam, inter terras tunc dicti Johannis Androson ab australi et boriali partibus; et vigore eiusdem alienacionis idem Thomas resignauit dictam peciam terre, cum horto et pertinenciis, in manibus dicti Thome Huchonson recipientis; et idem balliuus dedit saisinam et statum hereditarium de huiusmodi pecia terre, cum horto et pertinenciis, per terram et lapides, prefato Johanni Androson, suisque heredibus et assignatis, saluo jure cuiuslibet, imperpetuum: Soluendo inde annuos redditus, et onera debita et consueta: Peciit idem Androson instrumenta extendenda in vberiori forma ex consensu dicti Thome: Acta super solum dicte

A.D. 1507. pecie terre, quasi 3ª post meridiem, vel eacirca; testibus, quibus supra immediate.

Fol. 67.

266. Blacadere Subdecanus.

Anno Domini quingentesimo septimo, die Martis, septima mensis Septembris, indictione decima, pontificatus Julii 2^di^ anno 4°, et regni anno vicesimo: Richardus Myllar, et Cristina Doby, non vi aut metu, seu quauis sinistra machinacione ducti, errore lapsi, seu dolo circumuenti, sed ex suis certis sciencia, pura et libera et spontanea voluntate, ex deliberato proposito, bene avisati, vt asseruerunt, vnanimi consensu et assensu, in sua magna et vrgenti necessitate, vendiderunt, et titulo vendicionis a se et heredibus suis pro perpetuo alienarunt, quoddam tenementum suum, cum horto et pertinenciis, jacens ad partem borialem vici Drigate ciuitatis Glasguensis, protensum vsque Malindinore, inter tenementa Thome Hering ab occidentali, et Patricii Myllar ab orientali partibus, Magistro Rolando Blacader, subdecano Glasguensi, et suis assignatis, pro decem mercis vsualis monete, sibi per dictum Rolandum in pecunia numerata gratanter et integre persolutis; de quibusquidem decem mercis quittarunt dictum Rolandum et suos imperpetuum: Vigore cuius alienacionis idem Richardus et Cristina vnanimiter, per terram et lapides, resignauerunt, et sursum dederunt, a se et heredibus suis, pro perpetuo, ipsum tenementum cum pertinenciis, in manibus Thome Huchonson balliui Glasguensis, ipsas sursum dacionem et resignacionem acceptantis: Quiquidem balliuus vigore sui officii, et ex mandato dictorum Richardi et Cristine, dedit saisinam, statum hereditarium, et corporalem possessionem dicti tenementi cum horto et pertinenciis, prout jacet in longitudine et latitudine, per terram et lapides, etc., dicto Magistro Blacader, et suis assignatis, nomine ecclesie, et non alias, aliter, neque aliquomodo, saluo jure cuiuslibet, imperpetuum: Soluendo inde annuos redditus debitos et solui solitos et consuetos: Insuper predicta Cristina, in absencia mariti, coram balliuo

prescripto, et me notario, et aliquot testium infrascriptorum, ad partem accepta, tactis ob hoc corporaliter Scripturis sacrosanctis, ad sancta Dei euangelia sponte et solemniter jurauit, quod ad alienacionem, vendicionem, et resignacionem premissis faciendas, non fuit, nec est aliquomodo metu maritali, aut alias quouismodo, coacta vel compulsa: et quod contra premissa, in toto vel parte, in judicio vel extra, directe vel indirecte, quouis quesito, colore aut ingenio, publice vel occulte, per se aut suos, aut alios eius nomine, aut alios quoscunque quos comode dirigere et impedire poterit, non deueniret, nec eadem reuocabit: Peciit idem Rolandus nomine ecclesie instrumenta: Acta super solum dicti tenementi, hora ix ante meridie, vel eacirca; testibus, Gilberto Bynnyng, notario publico, Donaldo Chalmer, Thoma Huchonson, juniore, Dauid Zonger, et domino Willelmo Gartschore, capellano. A.D. 1507.

267. Robertus Glasguensis Archiepiscopus.

Die Veneris, decima mensis Septembris anni quingentesimi septimi, indictione decima, pontificatus Julii 2di anno quarto, et regni Jacobi quarti anno vicesimo: In presencia reuerendissimi patris Roberti, miseracione diuina Glasguensis archiepiscopi, meique notarii publici, etc., personaliter comparens dominus Thomas Nuthry, capellanus, procurator assertus, et eo nomine Magistrorum Patricii Pantere, et Alexandri Schaw, habens, et manibus suis tenens, duorum eorundem constituencium procuracionis asserta mandata, potestatem et mandatum, a prefato reuerendissimo patre, collaciones ordinarias super duas presentaciones abbatis de Passleto et conuentus eiusdem, ibidem productas, prefatis Magistris Patricio et Alexandro, de et super vicariatibus de Estwod et Cathkert, Glasguensis diocesis, per eosdem abbatem et conuentum factas, et, ut asseritur concessas, nomine dictorum constituencium, petendi et obtinendi, in se continencia; dicta procurationis asserta mandata, memorato reuerendissimo patri, instanti et petenti, atque pro suo varanto et juris sui ordinarii defensione, apud se remansura, vt moris erat,

A.D. 1507. habere cupienti: Quiquidem persepe requisitus, donare recusauit et detrectauit, asserens nil aliud prefato reuerendissimo patri se velle donare, preter dictorum assertorum mandatorum transsumpta ibidem in medium adducta a suis originalibus, prout euidenter apparuit ex lectura Magistri Johannis Gibson, notarii publici, aliter in parte eadem mandata legentis et prosequentis, queque in dictis transsumptis per me notarium publicum infrascriptum interim diligenter inspectis et consideratis, contineri vidi discrepancia et dissidencia, quequidem transsumpta apud dictum reuerendissimum remansura, si liberet, donare non recusaret: Et nichilominus, prefatus dominus Thomas Nuthry, ab eodem reuerendissimo patre rogatus, si plura vigore dictorum mandatorum, aut nomine ipsorum constituencium secum voluit, aut aliquid ab eodem petere aut habere placeret, nichil extunc ab dicto reuerendissimo patre se petere, aut desiderare, aut secum velle, respondendo dixit et asseruit: Peciit idem reuerendissimus instrumenta: Acta in ecclesia Glasguensi, hora quasi duodecima in meridie; testibus, Magistris et dominis Dauid Conigham officiali, Rolando Blacader, Johanne Gibson, Roberto Clerk, canonicis Glasguensibus, Patricio Coventre, Johanne Rankine, presbiteris, Johanne Gibsone, juniore, Richardo Fergusson, notariis publicis, et Roberto Maxwell, clerico.

268. Idem.

Anno, die, mense, indictione, pontificatu, hora, loco, coram testibus quibus immediate supra: Reuerendissimus in Christo pater, etc., Robertus Glasguensis archiepiscopus, domino Georgio Blare, capellano, asserto presentato per abbatem de Passleto et conuentum eiusdem ordinis Cluniacensis, ad vicariam perpetuam ecclesie parrochialis de Kirkpatrik, sue Glasguensis diocesis, collacionem ordinariam super quadam presentacione dictorum abbatis et conuentus eidem domino Georgio principali,
Fol. 68. et in eadem principaliter nominato, de et super eadem vicaria

facta et concessa, memorato reuerendissimo patri, pro huius- A.D. 1507.
modi collacione ordinaria obtinenda, exhibita et data, petenti et instanter requirenti, taliter in effectu dixit respondendum, et ad insequentem modum respondit; se alias, et perprius vigore sue alternatiue, et in mense eiusdem alternatiue, sibi per felicis recordacionis Innocentem papam octauum graciose indulte et concesse, de dicta vicaria, in manibus suis ex causa permutacionis, et non alias, aliter, neque alio modo in mense dicte alternatiue, resignata et demissa, alteri ydoneo contulisse prouidisse; ac eandem vicariam vigore eiusdem alternatiue, ut premissum est, contulisse, per manus suas pastorales quo ad huiusmodi vicariam denuo conferendam esse clausas: Et nichilominus, si cordi esset dicto Blare in causam trahere possessorem dicte vicarie coram se, suisve officialibus aut comissariis, se velle parcium allegaciones hincinde audire, ac prout justum fuerit, et merita cause deposcunt, vtrique parcium justiciam ministrare, et ministrari procurare: Pecierunt reuerendissimus, et dictus dominus Georgeus hincinde instrumenta.

269. Idem.

Anno, et ceteris, vt supra: Scilicet comparentes in ecclesia metropolitana Glasguensi, coram reuerendissimo patre, etc., Roberto archiepiscopo, dominus Thomas Nwthry, assertus presentatus per abbatem et conuentum de Passileto, ordinis Cluniacensis, ad vicariam perpetuam ecclesie parrochialis de Kylmacolme, Glasguensis diocesis, ac procurator assertus et eo nomine Magistrorum Patricii Pantere et Alexandri Schaw, assertorum presentatorum per eosdem abbatem et conuentum ad vicarias perpetuas de Cathkert et Estwod eiusdem diocesis, et Georgius Blare assertus presentatus per dictos abbatem et conuentum ad perpetuam vicariam ecclesie parrochialis de Kilmacolme predicte diocesis, capellani ac notarii publici in notam recipere, coram dicto reuerendissimo patre, dicta et gesta, onus procurandi per ipsum dominum Thomam Nuthry, pro dictis suis

A.D. 1507. dominis constituentibus, susceptum et acceptatum; necnon peticionem collacionis ordinarie de et super dicta vicaria de Kirkpatrik, et responsionem dicti reuerendissimi ad eundem dominum Georgium Blare concernencia, per arras instrumentales, ut apparuit, hincinde receptas, tanquam notarios et personas publicas, vltro citroque sese requisierunt, ac alter alterum desuper requisiuit, et sic alter alteri in premissis coram eodem reuerendissimo notarius extitit: Propterea dictos notarios venire suspicandos, et quo ad premissa potissimum suspectos omnino se reddere, idem reuerendissimus pater dixit et asseruit: Peciit idem reuerendissimus instrumenta: Acta ut supra, et vbi supra.

270. Lekprevik.

Die Martis, xv° mensis Septembris anni quingentesimi septimi, indictione decima, pontificatus Julii 2di anno 4°, et regni anno xx: Georgius Adamson, burgensis de Kirkintullecht, tenuit se bene contentum, et plenarie in pecunia numerata persolutum, de viginti mercis receptis per eum a Johanne Lekprevik de Hagthornhill pro quoddam tenemento cum crofta, extendente ad acram terre, jacente in burgo de Kirkintulloch, ex parte boriali eiusdem, inter terras Arthuri Zong et Johannis Burell, empto per dictum Lekprevik ab eodem Adamson pro eadem summa; de qua summa quitauit dictum Lekprevik et suos imperpetuum, renunciando omnibus excepcionibus, etc.: Peciit idem Johannes Lekprevik instrumenta: Acta intra ciuitate Glasguensi, hora quasi quinta post meridie; testibus, Thoma Hugonis, juniore, Patricio Cowy, Johanne Crag.

271. Cokburn—Neylson.

Die Veneris, duodecimo Nouembris, anno quingentesimo vij°, indictione xj, pontificatus Julii 2di anno quinto, et regni anno xx°: Magister Jacobus Neilson, prelocutor discreti viri Patricii Cokburn, procuratoris et eo nomine domini Alexandri Cokburn,

rectoris de Scraling, Jacobi Cokburn, et Willelmi, manuratorum terrarum de Threpislak et Sowthluke, comparens coram Magistris Martino Rede, cancellario, Rolando Blacader, subdecano, et Nicholao Greynlaw, canonicis Glasguensibus, judicibus compromissariis, et arbitriis arbitratoribus inter dictum dominum Alexandrum Jacobum et Willelmum ab vna, et M. Adam Culquhoun, rectorem de Bigare, ab altera, partibus, communiter electis in ecclesia Glasguensi ad jura reddenda, et causas eorum audiendas, pro tribunali sedentibus, produxit in medium quosdam articulos, quos peciit ab eisdem judicibus admitti et recipi; prefatumque Magistrum Adam, et testes de posterius per eosdem dominum Alexandrum Jacobum et Willelmum producendos, desuper mediatis eorundem juramentis, diligenter examinari in causa mota inter eosdem: Peciit idem Magister Jacobus Neilson, nomine dicti procuratoris presentis, et dictorum domini Alexandri, Jacobi, et Willelmi, instrumenta; et peciit ipsos articulos inseri in instrumento: Acta in ecclesia Glasguensi, hora xj ante meridiem, vel eacirca; testibus, Magistris Dauid Conigham, officiali Glasguensi, Patricio Coventre, rectore de Girwald, domino Willelmo Rede, capellano, Thoma Clerk, et Johanne Greynlaw. A.D. 1507.

272. Askirk—Govan.

Eisdem anno, die, mense, indictione, pontificatu, hora, et coram testibus prescriptis: M. Ricardus Bothuell, prebendarius de Askirk, prelocutor siue aduocatus M. Ade Culquhoun, rectoris de Bigare, asseruit et allegauit coram dictis judicibus compromissariis, quod Magister Jacobus Neilson et pars eius non erant audiendi, quo ad admissionem dictorum arbitrorum; viso quod renunciatum erat in dicta causa, vlteriori productioni Fol. 69.
testium; et attestaciones testium erant ex consensu Patricii Cokburn procuratoris alterius partis, et M. Ade Culquhoun partis aduerse, termino precedenti publicatas; et dies instans fuit tempus assignatum vtrique parcium ad opponendum contra

A.D. 1507. dicta testium hincinde; quare non debere habere regressum, vt admitterentur articuli pro parte dictorum domini Alexandri, Jacobi, et Willelmi per prefatum Neilson prelocutorem judicialiter porrecti: Peciit idem Ricardus Bothwell, nomine rectoris de Bigare, instrumenta: Acta ut supra, et vbi supra.

273. Prepositus de Dumbretane.

Die Sabbati, xxiij Octobris anni quingentesimi septimi, indictione xj[a], pontificatus Julii 2[di] anno quarto, et regni anno xx[o]: M. Walterus Abirnethy, prepositus de Dumbretane, asserens, ad sui noticiam nuper deuentum esse, se fuisse citatum, per literas reuerendissimi patris Roberti Glasguensis archiepiscopi, ad diem instantem, ad porrigendum raciones, coram dicto reuerendissimo et suo capitulo in scriptis, quare ipse prepositus nullatenus teneatur persoluere pensionem annuam, neque salarium, domino Wmfrido Conigham, pro suo seruicio et administracione cure de Strablane; huiusmodi raciones wlgari sermone confectas ad manus tenens, ad porrigendum judicialiter easdem ad diem instantem, et tunc se paratum omnino dixit et asseruit: Et nichilominus, si quid incontrarium juris sui ad idem non vocati, et in dicta causa per reuerendissimum et capitulum attemptatum fuerit, sibi et successoribus suis, et suo juri non cedere in preiudicium protestatus est solenniter: Peciit idem M. Walterus instrumenta: Acta apud altare Sancti Moloci, in ecclesia Glasguensi, hora quasi xij in meridie, vel eacirca; testibus, domino Willelmo Wan, Waltero Crawfurd, et Oswaldo Abirnethy.

274. Robertus Abbas Pasleti.

Die Sabbati, xviij mensis Septembris, anno quingentesimo septimo, indictione decima, pontificatus Julii 2[di] anno quarto: In presencia mei, etc., personaliter comparens coram reuerendissimo patre Roberto Glasguensi archiepiscopo, vnacum capitulo

Glasguensi, ad sonum campane pulsate de more capitulariter congregato, in loco capitulari ecclesie Glasguensis, ad jura reddenda et causas audiendas, pro tribunali sedentibus, venerabilis in Christo pater Robertus, permissione diuina abbas de Passleto, ordinis Cluniacensis, quod ipse abbas exemptus, ut asseritur, fuit citatus ad instanciam reuerendissimi patris ad comparendum in judicio, coram dicto reuerendissimo patre die instanti, per literas citatorias venerabilis viri M. Dauid Conigham, officialis Glasguensis, eius vero officii officialatus Glasguensis sigillo roboratas, et super ipsum abbatem emanatas et debite executas; et vigore dictarum literarum citatoriarum sic executarum dicti domini officialis, quem asseruit idem abbas esse sibi partem aduersam, sicuti prefatum reuerendissimum patrem, coram dicto reuerendissimo patre tunc in judicio vocatus: Peciit a me notario publico subscripto instrumenta; et dictas literas citatorias inseri; quas habere commode nequiui: Acta in loco capitulari, hora decima ante meridiem; testibus, Alano Steward de Craghall, Alano Steward de Scheilyardis, Petro Culquhoun, M. Dauid Dwne. A.D. 1507.

275. Glasguensis Archiepiscopus.

Eisdem anno, die, mense, indictione, pontificatu, et loco, et hora, coram testibus, quibus supra: In mei notarii, etc., et coram reuerendissimo in Christo patre, etc., Roberto Glasguensi archiepiscopo, vnacum capitulo Glasguensi ad sonum campane pulsate de more capitulariter congregato in loco capitulari ecclesie Glasguensis, ad jura reddeñda et causas audiendas, pro tribunali sedentibus, postquam venerabilis in Christo pater Robertus, Dei paciencia abbas de Passleto, ordinis Cluniacensis, illic personaliter existens, quasdam literas apostolicas, asserta quedam priuilegia et exemptiones dicto ordini Cluniacensi, et professis eiusdem, a sede Romana graciose indultas et concessas in se, ut asseritur, continentes, in medium produxisset; dictumque reuerendissimum patrem,

A.D. 1507. vnacum circumspecto viro, Magistro Dauide Conigham, canonico ac officiali Glasguensi generali, assidente, presente, et, vt apparuit, audiente, vt obedirent et intenderent dictis literis apostolicis, et processibus inde secutis, vigore earundem monuisset: Prefatus reuerendissimus pater pro se, ac eciam ipse dominus officialis pro suo interesse, pecierunt copiam dictarum literarum apostolicarum et exempcionis per dictum abbatem sibi fieri, vt certiores fiant de tenore earundem, cum quibus avisari cupiebant: Et nichilominus idem reuerendissimus pater, pro se et dicto suo officiali, offerebat et dicebat se per omnia promptum et paratum, tanquam obedientem filium, parere et intendere literis apostolicis et processibus earundem, sicuti actu, vt asseruit, ipse et suus officialis intendebant et parebant eisdem: Verum tamen predictum abbatem, et ceteros monachos Passeleti, et predecessores eorundem, per literas suas, et suorum officialum, et predecessorum, tanquam judicum ordinariorum dictorum abbatis et monachorum racione omnium contractuum, coram prefato reuerendissimo patre, et suis officialibus, et predecessoribus, in judicium citari, trahi et vocari, et vocatos hactenus semper comparuisse, ex antiqua consuetudine, et citra memoriam hominum, solitos et consuetos, idem reuerendissimus pater dixit et asseruit: Peciit idem reuerendissimus pater, nomine proprio ac dicti sui officialis, instrumenta: Acta ut supra.

276. IDEM.

Eisdem anno, die, mense, indictione, pontificatu, loco, hora xij in meridie, vel eacirca: Idem reuerendissimus pater constituit Magistros Dauid Conigham, Patricium Coventre, et Jacobum
Fol. 70. Neilson, coniunctim et diuisim, procuratores suos, ad petendum et recipiendum copiam priuilegiorum et exempcionis abbatis et conuentus de Passeleto ab eodem: Ratum et gratum, cum ceteris clausulis necessariis oportunis et de jure requisitis, in vberiore forma: Peciit idem reuerendissimus instrumenta: Acta vbi supra: testibus, Magistris Martino Rede, cancellario, Adam

Culquhoun, Richardo Bothwel, canonicis Glasguensibus, et Archibaldo Layng, vicario de Estwod. A.D. 1507.

277. IDEM.

Die Mercurii, xxvij mensis Octobris, anno, etc., quingentesimo septimo, indictione xj, pontificatus Julii 2^{di} anno 4°: In mei notarii, etc., coram reuerendissimo in Christo patre, etc., Roberto Glasguensi archiepiscopo, personaliter comparens dominus Thomas Nuthry, capellanus principalis, et pro se ipso, ac procurator assertus et eo nomine Magistrorum Patricii Pantere et Alexandri Schaw, habens, et manibus suis tenens, quoddam dictorum constituencium procurationis assertum mandatum, sub data decime diei Septembris anni prescripti, potestatem et mandatum a prefato reuerendissimo patre, collaciones ordinarias, super duas presentaciones abbatis et conuentus de Passileto, sub data quinte diei Septembris anni prefati, illic per dictum assertum procuratorem in medium productas, prefatis Magistris Patricio et Alexandro, de et super vicariatibus de Cathkert et Estwod Glasguensis diocesis factas, et, ut asseritur, nomine dictorum constituencium, petendi et obtinendi, in se continens: Necnon quandam aliam presentacionem predictorum abbatis et conuentus prefato domino Thome, de et super vicaria de Kylmacolme eiusdem diocesis, per dictos abbatem et conuentum confectam, et, ut asseritur, donatam: Idipsum procuracionis assertum mandatum, et presentaciones prenominatas, memorato reuerendissimo patri instanti et petenti, atque pro quibusdam contractibus inter eum et prefatum abbatem perprius initis clarificandis, ac pro suo varanto, et juris sui ordinarii defensione, apud se remansuris, vt fieri solet in similibus, habere cupienti, quiquidem persepe desuper requisitus, tradere, et donare, recusauit, et detrectauit: Et nichilominus idem reuerendissimus pater, quicquid de jure teneatur ordinarius in premissis, et circa huiusmodi presentaciones, facere, id se facturum pollicitus est, et dixit paratissimum: Peciit idem reuerendissimus instrumenta: Acta in palacio archi-

A.D. 1507. episcopali Glasguensi, hora quasi quinta post meridiem; testibus, Magistris Dauid Conigham, Ricardo Bothwell, Patricio Coventre, dominis Johanne Rankine, Johanne Johnsone, Alexandro Pantere, Magistro Johanne Gibsone, notario publico, et Thoma Fortoun, laico.

278. Idem.

Eisdem die, anno, mense, indictione, pontificatu, hora, loco, coram testibus quibus supra: Reuerendissimus in Christo pater, Robertus Glasguensis archiepiscopus, domino Thome Nuthry capellano principali, ac nomine et pro seipso, asserto presentato ad vicariam perpetuam de Kylmacolme Glasguensis diocesis, per abbatem et conuentum de Passileto ordinis Cluniacensis, necnon procuratori et eo nomine Magistrorum Patricii Pantere et Alexandri Schaw, assertorum presentatorum per predictos abbatem et conuentum ad vicarias perpetuas de Cathkert et Estwod eiusdem diocesis, collaciones ordinarias super quibusdam assertis presentacionibus dictorum abbatis et conuentus ipsis assertis presentatis, de et super eisdem vicariatibus de Kylmacolme Cathkert et Estwod, factis et concessis, petenti et requirenti, taliter in effectu dixit respondere, et ad insequentem modum respondit, se perprius, et alias, vigore sue alternatiue, et in mense eiusdem, sibi per felicis recordacionis Innocentem papam octauum graciose indulte et concesse, de prefata vicaria de Kilmacolme, in manibus suis, ex causa permutacionis, et non alias, aliter, neque alio modo, in mense dicte alternatiue resignata et dimissa, alteri ydoneo clerico prouidisse, ac eandem vicariam vigore eiusdem alternatiue, ut premissum est, contulisse: Et quo ad vicarias de Cathkert et Estwod, se tandiu, et a sex mensibus citra, videlicet paulo post obitum venerabilis viri Magistri Johannis Goldsmyth vltimi possessoris dictarum vicariarum de Cathkert et Estwod, in mense sue dicte alternatiue, et vigore eiusdem, aliis ydoneis clericis de eisdem vicariatibus canonice prouidisse, ac eosdem vicariatus vigore eiusdem alternatiue, ut premittitur, contulisse: Quocirca manus suas pastor-

ales quoad predictos vicariatus de Kylmacolme, Cathkert, et Estwod, prefatis assertis presentatis denuo conferendos, omnino esse clausas: Addens preterea, sepedictos abbatem et conuentum de Passileto, per tempus semestre post obitum dicti quondam Magistri Johannis Goldsmyth vltimi possessoris dictorum vicariatuum de Cathkert et Estwod, jam defluxum, ab omni jure presentandi huiusmodi vicariatus hac vice duntaxat penitus cecidisse, nec vllum jus presentandi eosdem vicariatus, hac vice duntaxat, ex causa prescripta, prefatis abbati et conuentui de jure competere debere: Et nichilominus idem reuerendissimus pater, asserens sepedictum abbatem de Passileto aliquas innouaciones per dictos suos assertos presentatos ex premissis contra ipsum reuerendissimum patrem, ac contra conuenta et contractus inter eosdem reuerendissimum patrem et abbatem initos, subscriptionibusque manualibus vtriusque hincinde ac certorum notariorum ad id vocatorum firmatos, et validos excitasse et fecisse, ac contra eosdem contractus et conuenta ex huiusmodi innouacionibus paulo ante factis, palam deuenisse; propterea se nolle recedere a suis prioribus responsionibus et protestacionibus per ipsum prius occasione premissorum factis, prout in instrumentis publicis desuper per ipsum prius petitis et confectis plenius continetur; sed eisdem velle in omnibus adherere dixit et asseruit, prout de extunc adhesit: Peciit idem reuerendissimus instrumenta: Acta ut supra immediate, et vbi supra, etc.

A.D. 1507.

Fol. 71.

279. Idem.

Die Jouis, xxviijº mensis Octobris, anno quingentesimo [septimo], indictione xj, pontificatus Julii 2[di] anno, etc.: In presencia venerabilis patris Roberti, Dei paciencia abbatis de Passileto, ordinis Cluniacensis, et Magistri Alexandri Schaw asserti presentati per dictum abbatem et conuentum de Passileto ad vicariam perpetuam ecclesie parrochialis de Estwod Glasguensis diocesis, reuerendissimus in Christo pater Robertus, etc., Glasguensis archiepiscopus, asserens prefatum abbatem certas innouaciones

A.D. 1507. per quosdam suos assertos presentatos, post contractus et conuenta inter eosdem, pro bono pacis, ex consensu vtriusque inita, subscriptionibusque manualibus, tam sui, quam ipsius abbatis et certorum notariorum publicorum ad id vocatorum, hincinde firmata; ac contra contenta in eisdem, ac ipsum reuerendissimum patrem excitasse et fecisse; contraque huiusmodi contractus et conuenta, occasione dictarum innouacionum palam deuenisse, solenniter protestatus est, non obstantibus huiusmodi contractibus et conuentis, se et causam suam, vtcunque melius poterit, juuare, ac jus suum, vbi, quando, et quamdiu, et quociens, expedierit prosequi et defendere posse; nec sibi, aut suis causae aut honori, in preiudicium cedere, casu quo contra huiusmodi conuenta et contractus posterius se deuenire contingat: viso quod ipse abbas prior huiusmodi contractus et conuenta per dictos suos assertos presentatos infregit: Preterea dictus Magister Alexander Schaw, assertus presentatus ad dictam vicariam de Estwod, palam coram prefatis reuerendissimo patre et abbate, et in veritate confessus est, et asseruit se antequam hactenus nominasse, aut constituisse procuratores, coram quocunque notario Brechinensis diocesis, ad finem petendi et obtinendi nomine eiusdem collacionem ordinariam super dicta vicaria de Estwod; sicut cauetur in mandato procurationis per dominum Thomam Nuthry, pro parte dicti Magistri Alexandri, coram dicto reuerendissimo patre prius collacione ordinaria super dicta vicaria de Estwod petenda et obtinenda, producto; sed eos quos ad finem et effectum suprascriptum nominauit et constituit coram dicto domino Thoma Nwthry, tanquam sibi in premissis notario et desuper requisito, et M. Willelmo Steward alio notario publico, et nemine alio, nominasse et constituisse procuratores: Peciit idem reuerendissimus instrumenta: Acta in palacio Glasguensi hora quasi 3ª post meridiem; testibus, Magistris Martino Rede, Dauide Conigham, Patricio Schaw, Johanne Gibsone, Ricardo Bothwell, Patricio Coventre, presbiteris, Johanne Stewart de Mynto, Henrico Schaw, militibus, et Magistro Johanne Gibsone, notario publico.

A.D. 1507.

280. Idem.

Eisdem anno, die, mense, indictione, pontificatu, quibus supra: Reuerendissimus in Christo pater Robertus, etc., Glasguensis archiepiscopus, domino Thome Nuthry principali, ac nomine proprio procuratorio, quoque asserto nomine Magistrorum Patricii Pantere et Alexandri Schaw, quasdam appellaciones sub forma publica sibi reuerendissimo patri presentanti, exhibenti, intimanti, et desuper apostolos petenti, pro eisdem apostolis dandis, recipiendisque infra terminum juris assignauit, et prefixit: Peciit idem reuerendissimus pater instrumenta: Acta apud januam australem ecclesie Glasguensis, hora quinta post meridiem, vel eacirca; testibus, Magistris et dominis Martino Rede, cancellario, Rolando Blacader, subdecano, Richardo Bothwell, Johanne Gibsone, canonicis Glasguensibus, Georgio Akinhede, Johanne Johnsone, Alexandro Panter, presbiteris, ac Magistro Roberto Maxvell, clerico vicario de Erskyn.

281. Howstoun.

Die Mercurii, xvij Nouembris, anno quingentesimo vij°, indictione xj, pontificatus Julii 2^di^ anno quinto: M. Andreas Steward, archidiaconus Candidecase, ac primus fundator et erector cuiusdam capellanie perpetue ad altare Sancti Kentigerni in naui ecclesie Glasguensis situatum, de bonis sibi a Deo collatis, et eius industria et labore contractis, prout in fundatione et erectione huiusmodi capellanie desuper factis, latius et ad longum cauetur, fundate et dotate; cui Magistro Andree ex tenore fundationis huiusmodi capellanie reseruatur, quoad vixerit, plenaria dispositio dicte capellanie, cum institutione capellani, totiens quotiens, dicto Magistro Andrea superstite, vacare contigerit; prefatam capellaniam, cum omnibus suis iuribus, et pertinentiis et annexis, discreto viro domino Jacobo Howstoun diacono, in huiusmodi capellania, iuxta tenorem fundationis et erectionis eiusdem, pro perpetuo seruituro et ministraturo, donauit et

A.D. 1507. contulit, prout tenore presentis publici instrumenti, prefatum dominum Jacobum huiusmodi capellania cum suis pertinentiis donat: ipsum que dominum Jacobum coram se personaliter et ad genua constitutum, in et ad realem actualem et corporalem possessionem dicte capellanie, iuriumque pertinentium, et annexorum eiusdem, per birreti sui traditionem, inuestiuit, instituit, et induxit; curam regimen et administrationem eiusdem eidem plenarie perpetuo committens: Necnon, cum dicto domino Jacobo ordinem diaconatus solum obtinente, necdum presbiteratus ordinem consecuto, quod huiusmodi non adepti sacerdocii ordine impedimento, ceterisque aliis et singulis huiusmodi impedimentum concernentibus, in prefata fundatione contentis, contrariis quibuscunque non obstantibus, huiusmodi capellania cum suis iuribus et pertinentiis licite gaudere, fructus que inde percipere, valeat, dummodo tamen propterea in dicta capellania cultus diuinus non minuatur, et debitis ex hoc non defraudetur obsequiis: Volens in hac parte in omnibus et singulis dicte fundationis particulis, huiusmodi capellaniam non nisi sacerdotibus conferendam, exprimentibus et dicantibus, hac vice duntaxat derogare auctoritate propria dispensandis, duxit et dispensauit: huiusmodi tamen fundatione alioquin, et quoad ceteras suas particulas et clausulas, in suis robore et firmitate nichilominus pro perpetuo permansuras, sicuti sepedicto capellania per dicti domini Jacobi cessum, decessum, aut resignationem vacante, aut in posterum vacatura, prefatas fundationem et erectionem ad propriam et premensam formam et naturam reuerti, reuersas que in extremo rigore sui dictationis, quoad omnia et singula contenta in eisdem per proximam et futuram vacationem et institutionem 2^di^ capellani in eadem; et ab hinc in antea perinde perpetuis futuris temporibus, sine contradictione duraturas, ipso facto wlt et declarat per presentes: Peciit idem Howstoun instrumenta, cui idem M. Andreas promisit apponere sigillum: Acta intra ciuitatem Glasguensem, in edibus dicti Magistri Andree, hora quarta post meri-
Fol. 72. diem, vel eacirca; testibus, domino Martino Rede, Jacobo

Strueling, Niniano Conigham, Patricio Fludgrave et Willelmo Hynde. A.D. 1507.

282. Cancellarius—Smyth.

Die Jouis, xviij mensis Nouembris, anno quingentesimo vij°, indictione xj, pontificatus Julii 2[di] anno quinto, et regni anno xx°: M. Martinus Rede, cancellarius, et Thomas Smyth, burgensis de Irwin, ad modum insequentem conuenerunt et pacti sunt, videlicet, idem Thomas recepit, prout de presenti in apprenticium recipit Thomam Roger, pro triennio, a die Pentechostes vltimi elapsi, videlicet quingentesimi septimi complete cursuro et complendo; cuius Thome introitus ad artem fabri ferrarii cum dicto Thoma Smyth erat in dicto festo Penthecostes; ad docendum, et fideliter instruendum dictum Roger in dicta arte fabri ferrarii, prout melius nouerit et poterit: Pro cuius instructione et in apprenticium receptione, idem Thomas Smyth habebit tres libras ab eodem cancellario; ex quibus recepit prae manibus duas libras, de quibus quittauit dictum cancellarium et suos, reliquos viginti solidos in festo Pentecostes anni quingentesimi noni, ab eodem cancellario percepturus: Et in euentum mortis dicti Thome Rogere, ante exitum dictorum trium annorum sui aprenticiatus non completi, prefatus Thomas Smyth obligat se refundere dicto cancellario, de pecunia ab eodem occasione huiusmodi apprenticiatus recepta, pro rato, et congruentia temporis: Ad que omnia et singula, forma pariter et effectu, in premissum est inuiolabiliter obseruanda, firmiterque tenenda, et efficaciter adimplenda, dicti cancellarius et Thomas Smyth hincinde, per extensionem manuum, nomine juramenti in manu mea recipientis traditi, sese in obligationis strictissima forma obligarunt, fraude et dolo semotis: Peciit idem cancellarius instrumenta: Acta in manso dicti cancellarii intra civitatem Glasguensem, hora quasi decima ante meridiem, vel eacirca; testibus, domino Joanne Heriote, capellano, et Jacobo Rede, laico.

A.D. 1507.

283. Symontoun—Howstoun.

Anno Domini, etc., quingentesimo septimo, die Sabbati, mensis Decembris xviij, indictione xj, pontificatus Julii 2[i] anno quinto, et regni anno xx°: Alanus Howstoun, principalis executor et intromissor bonorum ac testamenti quondam Mariote Howstoun, et dominus Joannes Symontoun capellanus, dicto testamento et vltime voluntati superior, super omnibus contrauersiis, litibus, debatis, questionibus, causis, querelis hincinde dependentibus, et allegatis et allegandis, motis seu mouendis, ab hac hora et infra, omnibus melioribus modo, via, forma, cum iure quibus, etc., vnanimi consensu et assensu, in venerabilem virum Magistrum Martinum Rede, cancellarium Glasguensem, Joannem Montgomery, germanum domini comitis de Eglintoun, Johannem Scot, maiorem, Rankinum Broun et Jacobum Broun, burgenses de Irwin, tanquam judices compromissarios, et arbitros, et amicabiles compositores, sine reuocatione quacunque, aut recursu ad arbitrium boni viri aut alterius iudicis cuiuscunque, laudum, decretum, et arbitrium eorundem in omnibus impleturi, et eisdem staturi et parituri, fidem nomine juramenti in manu mea notarii recipientis hincinde prestitam, fideliter compromiserunt, et compromissos se recognouerunt, obligati ad idem et ypothecati in strictiore forma obligationis: Quiquidem iudices compromissarii laudabunt, decernent, et sentenciabunt super premissis inter dictas partes motis et dependentibus, inter hinc et proximum festum Pasche citra tamen ipsum festum Pasche: Et nichilominus predicte partes voluerunt interim nullas innouaciones inter se deuenire fieri; sed renunciauerunt, prout de presenti renunciant, juri, liti, et cause ex premissis, coram domino officiali Glasguensi motis et dependentibus: Hincinde peciit dominus cancellarius Martinus Rede instrumenta: Acta in choro ecclesie de Irwin, hora xj ante meridiem, vel eacirca, anno, die, etc.; testibus, Roberto Franses de Stayne, Andrea Lyn de eodem, dominis Roberto Broun, Thoma Auld, capellanis, Jacobo Aisdayle, et Willelmo Mwre, scolare.

284. Subdecanus Glasguensis.

A.D. 1507.

Die Veneris, decima mensis Decembris, anno Domini quingentesimo septimo, indictione xj, pontificatus Julii 2[i] anno quinto, et regni vicesimo: Alanus Hall, et Margareta Robesoun, conjuges, non vi aut metu, etc., sed suis, etc., vnanimi consensu et assensu vendiderunt Magistro Rolando Blacader, subdecano Glasguensi xvj[s] annui redditus, annuatim exeuntes et leuandos de terris dictorum Alani et Margarete cum pertinentiis, iacentibus super le Deneside, a parte boriali eiusdem, inter terras capellanie Sancti Rochi ab orientali, et terras capellanie Sancti Kentigerni in ecclesia eiusdem in le Gallougayt fundate, ab occidentali, et inter terras Roberti Murisoun a boriali, et communem viam de le Deneside ab australi, a quatuor partibus, pro certa summa pecunie eisdem gratanter in pecunia numerata persoluta; de qua quitarunt ipsum subdecanum et suos imperpetuum: Tenendum et habendum predictum annuum redditum xvj[s] cum pertinenciis prefato Magistro Rolando, et suis assignatis, a dictis Alano et Margareta, et heredibus suis, in feodo et hereditate imperpetuum, adeo libere, etc., cuius quidem annui redditus xvj[s] cum pertinentiis saisinam, statum hereditarium, et corporalem possessionem, per exhibitionem denarii, vt moris est, idem Alanus et Margareta tradiderunt, et tradi fecerunt, prefato Magistro Rolando et suis assignatis, nomine ecclesie, et non alias aliter neque aliomodo, imperpetuum, saluo jure cuiuslibet, per Richardum Lawader, balliuum in hac parte et eo nomine terrarum de le sub dennisland specialiter constitutum: Quiquidem balliuus, nomine quo supra, sursum dationem, puram simplicemque resignationem dicti annui redditus, in manibus Fol. 73. suis per dictos Alanum et Margaretam, ex simili donatione denarii nuper et immediate ante factas, vigore sui officii ballinatus, recepit et acceptauit; ipsosque Alanum et Margaretam saisina, et statu hereditario, et corporali possessione eiusdem annui redditus, exuit, dissasiuit et deuestiuit: Et nichilominus dicta Margareta, extra presentiam dicti Alani sui mariti, et in

A.D. 1507. testium infrascriptorum et dicti balliui, meaque notarii publici stipulantis, viceque et nomine omnium et singulorum quorum interest, aut interesse poterit in futurum, recipientis, ad partem accepta, mediante suo sacramento, per eam ibidem in manibus meis, et ad mandatum meum, tactis per eam ob hoc corporaliter Scripturis sacrosanctis, ad sancta Dei euangelia prestito, dixit, et veraciter recognouit et confessa est, se ad huiusmodi venditionem, alienationem, sursum dationem, et resignationem, sic ut premittitur, factas, non fuisse, aut esse metu maritali, aut quouismodo alias coactam, aut compulsam, seu quauis sinistra machinacione aut dolo circumuentam, vel errore lapsam, sed sponte, gratis, libere, ex certa sciencia bene auisatam, ob suam vrgentem magnam necessitatem, suique et prolium suarum inopiam subleuandam, et debita releuanda, ad premissa omnia et singula penitus et irrevocabiliter consensisse: Et ad maiorem premissorum cautelam, eorumque potioris roboris firmitatem, promisit eadem Margareta, et in iuramento iam prestito firmiter obligauit se, contra huiusmodi venditionem alienationem et resignationem, sic ut premittitur per eandem factas, nunquam in iudicio vel extra, publice vel occulte, directe vel indirecte, per se aut alium suo nomine, quouis quesito, colore, aut ingenio, deuenire, aut eisdem contradicere, seu reuocare, aut dictum subdecanum aut suos assignatos de et super dicto annuo redditu, aut pacifica possessione eiusdem, per se vel alium suo nomine, quouismodo perturbare, vexare, aut molestare, seu molestari procurare; sed potius dictum subdecanum, et suos, in iure suo, et pacifica possessione eiusdem annui redditus, defendere et tueri: Peciit idem subdecanus, nomine proprio et ecclesie, instrumenta: Acta super solum dictarum terrarum, hora x ante meridiem, vel eacirca; testibus, domino Willelmo Gartschor, presbitero, Johanne Manchane, Johanne Rangyll, Johanne Knox, Archibaldo Crawfurd.

A.D. 1508.

285. Layng.

Die Sabbati, xv mensis Januarii, anno Domini, etc., quingentesimo vij°, indictione xj, pontificatus Julii 2^di^ anno quinto, et regni vicesimo: Johannes Dalrimple, cum quo, vigore literarum apostolicarum dispensatoriarum et declaratoriarum, per reuerendissimum patrem Robertum Glasguensem archiepiscopum dispensatum est, fideliter promisit remittere huiusmodi literas, quas extunc a Magistro Archibaldo Layng notario in premissis dispensatione et declaratione recepit, prefato notario, inter hinc et carnis primum proximum, ad perpetuam rei memoriam registrandas in prothocollis dicti notarii; alioquin, et in euentum non remissionis huiusmodi literarum, exonerat dictum notarium de nota et instrumentis desuper petitis et receptis; neque fidei aut veritati dicti notarii preiudicare wlt, casu quo dicte litere et note per eum petite minime registrate fuerint, si dictus Joannes non remiserit huiusmodi literas registrandas inter tempus carnis primi prefixum: Peciit idem M. Archibaldus Layng instrumenta: Acta in vico Ratonum intra civitatem Glasguensem, hora 2ª post meridiem; testibus, Magistris Johanne Hugonis, rectore de Kylbryde, Thoma Forbas, Dauid Brois, notariis publicis, Thoma Boswel, vicario de Straitoun, et Willelmo Campbell, laico, testibus.

286. Gibsoun, Ranfrew.

Die Sabbati, xx mensis Maii, anno quingentesimo octauo, indictione xj, pontificatus Julii 2^di^ anno quinto, et regni Jacobi quarti anno xx: M. Joannes Gibsoun, prebendarius de Ranfrew, coram Magistro Martino Rede, cancellario Glasguensi, presidente pro tempore, et capitulo Glasguensi, ad sonum campane, etc., loco capitulari congregato, monuit primo, 2°, 3°, sub triplici edicto et peremptorie, dominum Johannem Alanson, assertum capellanum capellanie Sanctorum Conualli et Niniani fundate in ecclesia parochiali de Ranfrew, residere in ministerio et seruicio

A.D. 1508. dicte capellanie, et illic facere debitum facere obsequium et seruicium, iuxta tenorem fundationis dicte capellanie, ac sustentare et resartire edificia eiusdem, et eadem reperare debite, sub pena juris qua in hac parte quouismodo competere poterit: Quiquidem dominus Johannes paulo ante reliquit querelam, in scriptis redactam, de dicto Ranfrew, apud prefatos presidentem et capitulum, quod retinuit, et suis vsibus vsurpauit, et appropriauit certa edificia iacencia in burgo de Ranfrew, pertinencia dicte capellanie, sic quod de eisdem edificiis, et fermis eorundem, nullatenus intromittere et disponere poterat: Peciit idem Ranfrew instrumenta: Acta in loco capitulari, hora ix ante meridiem; testibus, Magistris Thoma Murhede de Stobo, Dauid Conigham de Glasgw 2°, Patricio Elphinstoun de Erskin, Patricio Graham de Killern, Nicolao Greynlaw de Edulfistoun, prebendariis, canonicis Glasguensibus.

287. Rede Cancellarius.

Fol. 74. [*Repetition of No.* 283.]

288. Capitulum Glasguense.

Die Jouis, nono mensis Nouembris, anno quingentesimo octauo, indictione xij, pontificatus Julii 2^{di} anno sexto, et regni anno xxj: Magister Adam Culquhoun prebendarius de Govan presentauit quasdam suplicationis literas regias, suis subscriptioni manuali subscriptas, et signeto clausas, venerabilibus viris Magistro Martino Rede cancellario Glasguensi, presidenti pro tempore in absentia decani, subdecani, et precentoris, ac capitulo Glasguensi ad sonum campane pulsate de more, in loco capitulari ecclesie Glasguensis capitulariter congregatis, decano, canonicis et capitulo Glasguensibus directas, ad eligendum siue postulandum, reuerendum patrem Jacobum Betoun Candidecase episcopum in Glasguensis ecclesie archiepiscopum: Quequidem ecclesia pastore et archiepiscopo viduata et destituta est, vt asseritur, per

mortem recolende memorie Roberti quondam archiepiscopi Glasguensis, et vltimi possessoris eiusdem; sic quod dictus Jacobus possit transferri ab episcopatu Candidecase ad archiepiscopatum Glasguensem: Quiquidem presidens et ceteri domini capitulares, videlicet, Magistri et domini Thomas Murhede, Adam Culquhoun, Johannes Gibsoun, Robertus Blacader, Ricardus Bothwel, Patricius Elphinstoun, Robertus Clerk, Robertus Fawside, Andreas Marschell, Dauid Conigham, Michael Flemyn, Georgius Montgomery, et Patricius Graham, concorditer, et cum vno ore postularunt, ad suplicationem prefati serenissimi, dictum reuerendum patrem Jacobum in archiepiscopum Glasguensem, et a sede Candidecase ad sedem Glasguensem transferri: Non propterea volentes, aut intendentes preiudicare iuri et possessioni prefati Roberti Glasguensis archiepiscopi, si adhuc superstes extiterit; nec statutis, et antiquis consuetudinibus, et priuilegiis capituli Glasguensis, nec iuri communi eisdem, super electionibus et postulationibus prelatorum et pastorum suorum concessis: Super quibus omnibus solemniter idem presidens, nomine proprio et capituli, protestatus est: Peciit idem presidens nomine proprio et capituli instrumenta: Acta in loco capitulari, hora quasi decima ante meridiem, vel eacirca; testibus, Magistris Jacobo Neilson, Joanne Hugonis, Ricardo Dowgles, Roberto Hammiltoun, et Archibaldo Layng, et domino Richardo Fergusson, capellano. A.D. 1508.

289. Gibson, Ranfrew.

Eisdem anno, die, mensi, indictione, hora, pontificatu, loco: Magister Johannes Gibsoun prebendarius de Ranfrew rogatus votum suum per dictum presidentem de postulando predictum reuerendum patrem Jacobum in archiepiscopum Glasguensem, respondit, in huiusmodi electione seu postulatione debere dari certum tempus ad avisandum, seu deliberandum, pro parte capituli; addens, quod bene nouit, quod si Robertus Glasguensis archiepiscopus, ut asseritur, iam defunctus, si presens esset capitulariter et in humanis post personam propriam, si esset

A.D. 1508. cessurus archiepiscopatui suo, cicius eligeret seu postularet prefatum Jacobum reuerendum patrem in archiepiscopatum Glasguensem et successorem suum, quam quemcunque alium: Super quibus peciit Magister Adam Culquhoun instrumenta; et quod dictus Magister Johannes Gibson, ut ipse M. Adam asseruit, ex huiusmodi responsione negauit postulare prefatum reuerendum patrem Jacobum, pro quo dominus rex suplicauit, in archiepiscopum Glasguensem; petens huiusmodi responsionem in dicto instrumento inseri: Ac etiam idem Magister Johannes Gibson peciit instrumenta super premissis; et quod non negauit, ut ipse asseruit, postulare prefatum Jacobum in archiepiscopum Glasguensem, sicut ceteri concanonicorum, sed quod respondit vt supra; testibus omnibus canonicis quibus immediate supra in instrumento postulationis et protestationis ipsius domini presidentis.

290. Forman Decanus.

Die Veneris, decimo mensis Nouembris, anno quingentesimo octauo, indictione xij, pontificatus Julii 2^di^ anno sexto, et regni xxj: M. Robertus Forman decanus Glasguensis, coram dominis canonicis Glasguensibus in prothocollo mediate precedente expressatis, capitulariter ad sonum campane, etc., loco capitulari congregatis, et capitulum extunc representantibus, solemniter protestatus est, non cedere sibi, successoribus suis, aut iuri, aut iurisdictioni suis in preiudicium, quia M. Martinus Rede presidens et idipsum capitulum sine se postulauerant die hesterna M. Jacobum Betoun Candidecase episcopum in archiepiscopum sedis Glasguensis, et ad eandem transferri: Peciit idem decanus instrumenta: Acta in loco capitulari, hora ix ante meridiem, vel eacirca; testibus, dominis Johanne Mowsfald, Roberto Crechtoun, Johanne Cokburne, Roberto Durand, Georgio Drummond, et Roberto Brady, presbiteris.

A.D. 1508.

291. Vicarii Chori—Flemyng.

Die Sabbati, vj^to^ mensis Maii, anno quingentesimo octauo, indictione xj, pontificatus Julii 2^di^ anno quinto, et regni anno xx: Vicarii chori Glasguensis, pro maiore parte, coram M. Martino Rede cancellario Glasguensi, presidente pro tempore, et capitulo Glasguensi ad sonum campane pulsate, etc., in vnum presencialiter existentes, vnanimi consensu et assensu communi, cum consensu, presentia, voluntate et decreto dictorum presidentis et capituli, suis commodo et vtilitate prius preuisis et pensatis, assedarunt, et ad feodifirmam pro perpetuo dimiserunt quoddam suum tenementum iacens in civitate Glasguensi, in vico Tenew, ad partem australem eius, inter tenementa capellanie beatorum Petri et Pauli apostolorum ad orientem, et tenementum ad occidentem, Alexandro Flemyng et suis heredibus, pro octo mercis annui redditus, ad terminos anni consuetos annuatim dictis vicariis et suis successoribus soluendis, per equales portiones: Cuius Alexandri introitus erit ad ipsum tenementum cum pertinentiis in festo Pentecostes proximo: Ad quarumquidem octo mercarum annuam et terminalem, ut supra, solutionem, dicti cuius tenementi in singulis suis edificiis, interius et exterius, edificatione, reparatione, sustentatione, et manutenatione, imperpetuum, idem Alexander obligauit se in strictissima forma et suos heredes, fraude et dolo deductis: Peciit dictus Alexander instrumenta: Acta in loco capitulari; testibus, Magistris Johanne Gibson de Ranfrew, Michaele Flemyng de Torboltoun, Adam Culquhoun de Govan, Nicholao Grenlaw de Edulfistoun, Patricio Elphinstoun de Erskin, Patricio Graham de Killern, prebendariis, canonicis Glasguensibus. Fol. 75.

292. Culquhoun.

Die Martis, ix^o^ Maii, anno quingentesimo octauo, indictione xj, pontificatus Julii 2^di^ anno quinto, et regni anno xx: Coram

A.D. 1508. Archibaldo Wilsoun balliuo burgi de Glasgw, in pretorio eiusdem, in curia capitali eodem die tenta, ad iura reddenda et causas audiendas, pro tribunali sedente, assessoribus burgensibus et communitate pro maiore parte dicti burgi, Petrus Culquhoun, nomine Thome Tait burgensis de Ayr, non cedere eidem Thome in preiudicium aliquod, quod quidem dominus Johannes Alanson, capellanus perpetuus capellanie beatorum Convalli et Niniani fundate in ecclesia de Ranfrew, extunc iudicialiter presens, per sergiandum dicte civitatis et duos testes burgenses ad id per dictum balliuum directos et juratos, presentauit, in dicta curia capitali, terram et lapides; ducendo processum recognitionis, quo ad quartam curiam capitalem, super quodam tenemento iacente in dicta civitate, spectante, vt asseritur, dicto Thome, et in magno vico qua itur ab ecclesia metropolitana ad crucem, ad partem orientem eiusdem, inter tenementa Fratrum Predicatorum de Glasgw ad borialem, et quondam Johannis Daracht ad australem partes; viso quod, non vocato, premonito, aut conuento dicto Thoma pro suo interesse, dictus capellanus duxit huiusmodi processum recognitionis, super huiusmodi tenemento, vocando ipsum tenementum Johannis Androson, non exprimendo, sed tacendo, nomen et cognomen dicti Thome Tayt: Peciit idem Petrus nomine dicti Thome Tayt instrumenta: Acta in pretorio Glasguensi, hora xi ante meridiem; testibus, Willelmo Smyth, Thoma Huchonson, iuniore, Johanne Wedderhed, Johanne Maxvell, et domino Johanne Spittale, capellano.

293. Govan—Kyncaid.

Die Sabati, xix mensis Augusti, anno quingentesimo octauo, indictione xj, pontificatus Julii 2[di] anno quinto, et regni xxj°: Post quandam citationem libellatam, iudicialiter productam per me Cuthbertum Simonis notarium in premissis, procuratorio nomine venerabilis viri M. Martini Rede cancellarii Glasguensis, debite executam, coram venerabili viro M. Adam Culquhoun canonico Glasguensi, commissario in hac parte iurisdictionis de

Campsy, specialiter constituto, ad iura reddenda et causas audiendas in ecclesia Glasguensi, pro tribunali sedente; vigore cuius citationis, et insequendo tenorem eiusdem, petii Thomam Inche assertum ministrum Dauid Kincaid clerici parochialis de Campsy, excommunicari, et excommunicatum per dictum iudicem denunciari, propter iniustam intromissionem, et occupationem, et inhabitationem cuiusdem partis glebe ecclesiastice rectoris de Campsy, et eidem pertinentis; ac debere decerni remouere se et sua de huiusmodi gleba, et relinquere eandem vacuam et expeditam prefato M. Martino et suis occupandam; et decerni persoluere certam pecunie quantitatem dicto M. Martino, ad rationem et numerum annorum sue occupationis dicte glebe, vel allegare et dicere rationes, quare sic excommunicari non teneatur: Dictus Dauid Kyncaid clericus parrochialis de Campsy, pro se, et prelocutorio nomine dicti Thome Inche, judicialiter presentis, et admittentis, et ratificantis omnia dicta, acta, et gesta, ac dicenda, et agenda, extunc per eundem Dauidem, nomine ipsius Thome et pro eo; non excepiens contra dictum comissarium, sed admittens pro se et dicto Thoma prefatum Magistrum Adam in suum judicem, allegauit judicialiter verbo raciones, vt sequitur: Quare idem Thomas Inche non debet excommunicari propter, etc., nec debere decerni, vt supra, quia clerici parrochiales de Campsy ab immemorabiliter tempore citra fuerint, prout adhuc sunt, in pacifica possessione dicte partis glebe ecclesiastice quam nunc inhabitat idem Thomas: Quequidem pecia terre ecclesiastice fuit donata ab initio primarie dotacionis ecclesie de Campsy clericis parrochialibus de Campsy, pro manso eorundem: Venerabilis iudex, auditis huiusmodi racionibus verbalibus, ad porrigendas easdem in scriptis assignauit diem Martis proximi, me Cuthberto Simonis procuratore dicti cancellarii et ipso Thoma apud acta citatis: Postea dictus Dauid pro se et prelocutorio nomine ipsius Thome peciit libellum per dictum comissarium sibi dari decerni: Quiquidem comissarius respondit huiusmodi citacionem productam esse in se libellatam, et ipsum Dauid pro se et prelocutorio nomine dicti Thome paulo ante allegasse raciones verbo contra A.D. 1508.

A.D. 1508. petita judicialiter, vigore et ex tenore dicte citacionis, pro quibus porrigendis in scriptis assignari diem Martis proximi: Quare de jure non teneri decernere libellum sibi dari super premissis: Super qua peticione libelli et responsione comissarii ad eandem peciit idem Dauid pro se et pro Thoma Inche instrumenta: Super ceteris omnibus et responsione sua peciit idem M. Adam instrumenta: Acta in ecclesia Glasguensi hora xj^a ante meridiem, vel eacirca; testibus, dominis Petro Rodman, Johanne Hawik, capellanis, Gilberto Myllar, Patricio Culquhoun, Johanne Boquhannane, laicis.

294. Rede Cancellarius.

Die Dominica xx° Augusti, anno, indictione, pontificatu, et anno regni, quibus immediate supra: Henricus Kalentare coram M. Martino Rede cancellario Glasguensi, et Roberto Smaly sergiando Mathei domini comitis de Lenax, et me notario publico, et testibus infrascriptis, non vi aut metu ductus, etc., sed, etc., palam et iteratis vicibus confessus est, et in veritate recognouit et dixit, se debere extunc dicto domino cancellario sex merkas vsualis monete pro decima de Ester Mwkracht in parrochia de Campsy de anno quingentesimo sexto, et octo bollas farine sufficientis pro dicta decima de anno quingentesimo vij°: Quiquidem cancellarius ad statim presentauit prefato sergiando
Fol. 76. coram dicto Henrico preceptum in scriptis redactum, et subscripcione manuali prefati Mathei comitis de Lenax roboratum, continens in se mandatum dicto sergiando, post confessionem debitorum per dictum Henricum, ad fensandum ad vtilitatem dicti domini cancellarii xj bollas victualium debitas per Dauid Kincaid prefato Henrico, et extunc existentes in manibus fideiussorum dicti Dauid, et ad appreciandum bona eorundem fideiussorum, pro solucione habenda de huiusmodi xj bollis ad vtilitatem dicti cancellarii, et causandum dictum cancellarium inde et de premissis modo quo supra persolui, cum ceteris clausulis in eodem precepto ad plenum insertis: Peciit idem cancellarius

instrumenta: Acta intra glebam ecclesiasticam de Campsy, hora 2ª post meridiem, vel eacirca; testibus in confessione debiti, Roberto Smaly sergiando, et Johanne Rede clerico; et in presentacione precepti, eisdem testibus, et domino Roberto Armour, Johanne Risk, et Johanne Chery. A.D. 1508.

295. Govan.

Die Sabbati xv mensis Julii, anno quingentesimo octauo, indictione xj, pontificatus Julii 2^{di} anno quinto, et regni anno xx°: Coram Magistro Dauid Conigham et domino Andrea Mershell vicariis generalibus reuerendissimi in Christo patris domini Roberti miseracione diuina Glasguensis archiepiscopi, in remotis agentibus, et Martino Rede cancellario Glasguensi, presidente pro tempore, et capitulo Glasguensi ad sonum campane pulsate capitulariter congregatis, M. Johannes Gibsone canonicus Glasguensis presentauit, et reliquit quamdam querele scedulam super Magistro Adam Culquhoun canonico eciam Glasguensi, nominans et exprimens dictum Adam canonicum Glasguensem tantummodo in huiusmodi scedulam querele, apud dictos vicarios generales; conquerens eisdem vicariis generalibus super eodem Magistro Adam: Que forma querele fuit, et est, vt ipse Magister Adam asseruit, contra juramentum canonicorum et statuta capituli Glasguensis, super quibus ipse Magister Johannes est juratus, et ad que obseruanda mediante suo juramento est astrictus: Peciit idem Magister Adam instrumenta: Acta in loco capitulari hora x ante meridiem; testibus, Magistris Richardo Bothwel, Patricio Elphinstoun, Nicholao Greynlaw, Michaele Flemyn, Georgio Montgomery, Patricio Graham, et Alexandro Hammiltoun, canonicis Glasguensibus.

296. Capitulum Glasguense.

Eodem die, hora xj ante meridiem, vel eacirca, Thomas Kennidy de Barganny, et Johannes Kennidy de Knokreoch,

A.D. 1507. fideliter promiserunt, et firmiter in strictissima forma obligarunt se, coniunctim et diuisim, capitulo Glasguensi, in summa xx lib., soluendarum eidem, vt sequitur; videlicet, in decem libris soluendis in proximo festo Martini in hieme, et reliquis decem libris in festo translacionis Sancti Thome proximo inde sequente; pro gersuma fructuum rectorie ecclesie de Colmonell assedacionis triennalis, facte eisdem Thome et Johanni die confectionis presencium, et complende in festo Philippi et Jacobi in anno quingentesimo xj: Peciit M. Dauid Conigham prebendarius de Luse nomine capituli instrumenta: Acta in loco capitulari; testibus quibus immediate supra in protochollo, Ade Culquhoun, et Dauid Kennidy, et Fergusio Kennidy.

297. Abirnethy.

Die Sabbati xxiij mensis Octobris, anno quingentesimo vij, indictione xj^a, pontificatus Julii 2^di anno quarto, et regni anno xx: M. Walterus Abirnethy, asserens ad sui noticiam deductum se fuisse citatum ad diem instantem, ad porrigendum raciones in scriptis coram reuerendissimo patre Roberto Glasguensi archiepiscopo, et capitulo, quare ipse M. Walterus prepositus de Dumbretane non tenetur soluere pensionem et salarium domino Wmfrido Conigham, pro suo seruicio facto in cura de Strablane, tenens huiusmodi raciones in wlgari scriptas in manibus, asseruit se paratum ad porrigendum easdem in judicio: Solemniter protestatus quod, si quid in contrarium sui juris in dicta causa per dictum reuerendissimum et capitulum attemptatum contigerit, sibi et suis successoribus non cedere in preiudicium, viso quod non fuit vocatus legitime ad porrigendum huiusmodi raciones, vt asseruit: Peciit idem Walterus instrumenta: Acta in ecclesia Glasguensi apud altare Sancti Moloci hora xij in meridie; testibus, domino Willelmo Wan, Waltero Crawfurd, et Oswaldo Abirnethy.

A.D. 1508.

298. Conigham.

Die Dominica quinto Marcii, anno quingentesimo vij, indictione xj[a], pontificatus Julii 2[di] anno quinto, et regni xx: Robertus Conigham, tutor legalis Alexandri Conigham heredis quondam Conigham de Laglen, protestatus est non cedere dicto Alexandro nec sibi tutori in preiudicium, quod Robertus Campbell, executor quondam Margarete Mwre, matris dicti Alexandri, fuit eodem die approbatus et confirmatus per M. Martinum Rede, decanum de Kile et Conigham, super bonis et testamento dicte Margarete; et vigore huiusmodi confirmacionis ordinarie acceptauit onus executorie in se: Peciit idem Robertus tutorio nomine ac nomine dicti pupilli instrumenta: Acta in manso cancellarii in Glasgw, hora tercia post meridiem; testibus, domino Johanne Heriot, Johanne Rede, clerico, et Johanne Wilsone.

299. Conigham Officialis.

Die Lune vij Februarii, anno quingentesimo vij[o], indictione xj[a], pontificatus Julii 2[di] anno quinto, et regni xx[o]: M. Dauid Conigham officialis Glasguensis constituit suum procuratorem et actornatum, ad recipiendum statum hereditarium et saisinam terrarum de Kirktoun cum pertinenciis, jacencium in comitatu de Lenax, M. Patricium Broun, promittens, ratum et gratum, etc., cum ceteris clausulis necessariis et requisitis in vberiori forma: Peciit idem officialis instrumenta: Acta intra ciuitatem Glasguensem, hora 4 post meridiem; testibus, M. Roberto Hamiltone, Johanne Stewart, Adam Hamiltone, Dauid Barclay, et domino Fol. 77.
Dauid Akinhede, capellano.

300. Killerne—Vicarii Chori.

Die Sabbati xv mensis Aprilis, anno quingentesimo viij[o], indictione xj, pontificatus Julii 2[di] anno quinto, et regni xx[o]: Vicarii chori Glasguensis, pro maiore parte in vestiario ece[l]

A.D. 1508. Glasguensis ad preciosa congregati, post idem preciosa, vnanimi consensu et communi omnium assensu, assedarunt M. Patricio Graham rectori de Killerne, quamdam cameram pertinentem dictis vicariis, collocatam in tenemento quondam Magistri Johannis Steward, subdecani Glasguensis, quam inhabitat Margareta Daracht tempore confeccionis presencium, pro triennio futuro post festum Pentechostes proximum immediate complendo et cursuro; quodquidem festum Pentechostes erit introitus dicti Magistri Patricii ad ipsam cameram: Soluendo inde annuatim, stante dicta assedacione, xxiiij[s] ad duos anni terminos consuetos Pentechostes et Martini: Pro quibus soluendis annuatim dominus Willelmus Smyth deuenit obligatus ac debitor et plegius dictis vicariis; et idem M. Patricius obligauit se releuare dictum dominum Willelmum Smyth de dictis xxiiij[s] annuatim ad manus dictorum vicariorum: Super quibus premissis dicti Graham et Smyth per extensionem suarum manuum ad dictos vicarios, et hincinde alterius et alterum obligarunt se hincinde et respectiue in strictiori forma obligacionis nomine juramenti: Quiquidem Magister Patricius reparabit dictam cameram in singulis necessariis, stante sua assedacione: Peciit idem Killerne instrumenta: Acta in vestiario Glasguensis ecclesie, hora x[a] ante meridiem; testibus, Thoma Fergussone, Macolmo Flemyn, Johanne Fergusson, et Adam Steward.

301. Resignacio et Collacio Vicarie de Kyrkmohoo, sede vacante.

Die Lune xiij mensis Nouembris, anno quingentesimo viij°, indictione xij, pontificatus Julii 2[di] anno sexto, et regni anno xxj: M. Archibaldus Layng, procuratorio nomine domini Thome Fergusson vicarii pensionarii de Kyrkmoho, de cuius mandato per instrumentum, signo et subscriptionibus manualibus Johannis Turnour, presbiteri Glasguensis diocesis, auctoritate apostolica notarii publici, legitimam fecit fidem, resignauit pure et simpliciter, ac dimisit dictam vicariam in manibus M. Roberti Forman

decani nomine proprio et capituli, huiusmodi resignacionem et dimissionem, sede vacante, recipientis et admittentis: Consequenter idem decanus et capitulum contulerunt huiusmodi vicariam pensionariam, extunc vacantem per resignacionem dicti procuratoris ad suam collacionem ordinariam, sede sic vacante, plene jure spectantem, domino Roberto Thomson procuratori domini Johannis McKenyll, per annuli sui digito suo impositionem, cum omnibus juribus suis et pertinenciis, curam, regimen et administrationem eidem domino Johanni plenarie committentes: Datum sub sigillo ad causas: Peciit idem dominus Robertus Thomsone nomine dicti domini Johannis McKenyll instrumenta: Actum, quo ad resignacionem huiusmodi, in ecclesia Glasguensi, hora quasi xij in meridie; testibus, Magistris Dauid Dwn, Eduardo Spottiswode, domino Willelmo Gartschore, Edmundo Ridpeth, et Thoma Hoye: Et quo ad collacionem ordinariam, actum in loco capitulari, hora quasi tercia post meridiem, vel eacirca; testibus, Willelmo Levingstoun, Edmundo Ridpeth, Hugone Bwnsyde, Donaldo Donaldsone, et Johanne Rede. A.D. 1508.

302. Collacio Vicarie de Arskirk, sede vacante.

Die Martis xxj mensis Nouembris, anno quingentesimo octauo, indictione xij, pontificatus Julii 2^{di} anno sexto, et regni anno xxj: M. Martinus Rede, cancellarius presidens, et capitulum Glasguenses ad sonum campane, etc., contulerunt vicariam pensionariam perpetuam, vacantem per mortem domini Willelmi Watsone vltimi vicarii eiusdem, eisdem presidenti et capitulo hac vice, videlicet sede vacante, et ad eorum plenariam dispositionem, prouisionem, et collacionem ordinariam pleno jure spectantem, domino Dauid Scot, capellano, per annuli sui digito suo impositionem, etc.: Peciit idem Dauid Scot instrumenta: Acta in loco capitulari, hora xj ante meridiem, vel eacirca; testibus, Magistro Richardo Dowglas, notario publico, et domino Jacobo Carmychell, capellanis.

A.D. 1508.

303. Campsy—Cancellarius.

Die Veneris xiij mensis Junii, anno quingentesimo quinto, indictione octauo, pontificatus Julii 2^{di} anno 2do, et regni xviij^{o}: Magister Martinus Rede, cancellarius Glasguensis, per cessacionem officii coadiutorie, ex morte M. Martini Wan quondam cancellarii Glasguensis, cui aliquando extitit coadiutor in huiusmodi cancellaria, et prebenda de Campsi eidem annexa, de nouo institutus, coram presidente et capitulo Glasguensibus, ad sonum campane pulsate, etc., congregatis, receptus est per eosdem presidentem et capitulum, vigore literarum apostolicarum tunc exhibitarum, in canonicum et confratrem capituli, ac in cancellarium ecclesie Glasguensis, prestans desuper juramentum, et faciens obedienciam canonicam dictis presidenti et capitulo in forma solita et consueta: Peciit idem cancellarius instrumenta: Acta in loco capitulari, et huic instrumento est concessum sigillum commune capituli, hora ix^{a} ante meridiem, vel eacirca; dominis Roberto Wan, Georgio Symontoun, Roberto Dalgles, et Magistro Johanne Gibson, notariis publicis.

304. Collacio Rectorie de Lochmabane, sede vacante.

Die Mercurii, penultimo Nouembris, anno quingentesimo octauo, indictione xij^{a}, pontificatus Julii 2^{di} anno sexto, et regni xxj: Magister Martinus Rede cancellarius presidens pro tempore, et capitulum Glasguense, sede vacante, contulerunt rectoriam perpetuam de Lochmabane, vacantem per mortem quondam Magistri Roberti Erskin vltimi rectoris eiusdem, ad presentacionem regis jure suo regio, et collacionem dictorum presidentis et capituli, sede vacante, pleno jure spectantem, Magistro Willelmo Stewart, literatorie et per regias literas eisdem presentato sub sigillo secreto, et de eadem sibi prouiderunt; ipsum que M. Willelmum personaliter coram eisdem constitutum, per anuli sui digito suo impositionem inuestiuerunt in eadem: Peciit idem M. Willelmus instrumenta: Acta in loco capitulari, hora quinta post

meridiem ; testibus, dominis Willelmo Smyth, Johanne Bracanrig, Andrea Mosman, Eduardo Tait, et Gilberto Bynnyng, presbiteris. A.D. 1508.

305. Collacio Stalli in Linclowden, sede vacante. Fol. 78.

Die Jouis vltimi Nouembris, anno, mense, indictione, pontificatu, et regni, quibus immediate ante: Martinus Rede cancellarius, presidens et capitulum, sede vacante, contulerunt stallum seu prebendam intra ecclesiam collegiatam de Linclowdene, vacantem extunc per mortem quondam Herberti McAnis vltimi stallarii eiusdem, ad presentacionem regiam, et collacionem capituli, sede vacante, pleno jure spectantem, domino Jacobo Carmychell, literatorie presentato per literas regis sub sigillo secreto patentes; et eundem inuestiuerunt per anuli, etc.: Peciit idem Carmichel instrumenta: Acta in loco capitulari, hora quasi xij in meridie; testibus, domino Johanne Stewart de Mynto, milite, Magistris Willelmo Steward et Dauid Broys, dominis Willelmo Smyth, Johanne Huchonsone, et Laurencio Dikkesone.

306. Conigham Officialis.

Die Martis, xxiij mensis Maii, anno quingentesimo viij°, indictione xj, pontificatus Julii 2^di anno quinto, et regni anno xx°: Andreas Lethrig, cum consensu sponse sue Jonete Mwrman, ad infrascripta obseruanda extra presenciam mariti, coram balliuo meque notario publico et testibus infrascriptis, tactis sacrosanctis Scripturis, jurauit, et de non veniendo in contrarium vel renocando eadem, cum extensione et clausulis consuetis, vendidit Magistro Dauid Conigham officiali Glasguensi, totam et integram occidentalem dimidiam partem horti sui, contigue adiacentis horto dicti officialis, alias annexo sustentacioni misse nominis Jesu; vnacum tota et integra cauda dicti horti corrundente totali horto ipsius Andree, a stagno vsque ad Malindinore protensi, inter caudas hortorum Jonete Bell et quondam Cuthberti McCulloch ad boriam, et dictum hortum domini officialis

A.D. 1508. alias annexum sustentacioni dicte misse nominis Jesu ad occidentem, torrentem de Malindinor ad austrum et orientem, dimidiam partem horti predicti Andree ad orientem: Reseruato tamen, quodam passagio a stagno per caudam horti predictam vsque ad Malindinor, versus hortum capellanie crucifixi fundate in ecclesia Glasguensi per Magistrum Macolmum Durante, qua ibitur et redibitur per dictum Andream et suos imperpetuum ad et ab ipso torrente, cum pertinenciis; pro certa summa pecunie sibi in pecunia numerata deliberata et recepta, de qua quitauit dictum dominum officialem et suos imperpetuum: Consequenter idem Andreas resignauit huiusmodi dimidiam et caudam integram horti in manibus Dauid Lindesay balliui de Glasgw recipientis; quiquidem balliuus dedit saisinam et statum hereditarium eorundem, per terram, etc., prefato domino officiali suis heredibus et assignatis, saluo jure cuiuslibet, imperpetuum: Consequenter idem officialis resignauit feodum dicte dimidie partis et caude horti, reseruando liberum tenementum eorundem sibi pro toto tempore vite sue; et postea idem balliuus dedit statum hereditarium feodi eorundem, reseruando liberum tenementum ut predicitur, domino Dionisio Achinlek presbitero nomine ecclesie et non alias, applicando alicui particulari ecclesie vel altari, quando sibi libebit et videbitur expedire: Insuper idem Andreas resignauit suum tenementum cum pertinenciis jacens in vico Drigat, ad partem australem eiusdem, inter dimidiam occidentem partem horti jam per ipsum venditam et terras ad occidentem, et terras dicte capellanie crucifixi ad orientem, in manibus dicti balliui recipientis, ad releuandum imperpetuum et exonerandum dictum dominum officialem et suos, ac dictam partem horti cum cauda per dictum Andream venditam, de omnibus firmis burgalibus, annuis redditibus, et aliis oneribus imperpetuum: Quiquidem balliuus dedit saisinam et statum hereditarium dicti tenementi cum horto et pertinenciis, prefato domino officiali suisque heredibus et assignatis imperpetuum, per terram, etc., in varanciam et releuacionem ipsius domini officialis et suorum, ac dicte partis horti cum cauda integra eiusdem, vendite per ipsum Andream,

de omnibus oneribus, firmis burgalibus, et annuis redditibus, imperpetuum, posse clamandis et inde exigendis: Peciit idem officialis nomine proprio et ecclesie instrumenta: Actum, quo ad partem horti venditam et factam eiusdem, super solum eiusdem, et quo ad tenementum resignatum in varanciam et releuacionem onerum et annuorum reddituum super solum ipsiusmet tenementi, hora 3ª post meridiem; testibus, dominis Archibaldo Calderwode, Willelmo Smyth, Georgio Cameron, Waltero Wilsone, Magistro Petro Broune, presbiteris, Andrea Pedegrew, et Dauid Barclay, laicis, testibus ad premissa, etc. A.D. 1508.

307. Alncrumbe—Vicarii Chori.

Die Sabbati, xvij mensis Junii, anno quingentesimo octauo, indictione xjª, pontificatus Julii 2di anno quinto, et regni xxj°: In presencia Magistri Roberti Forman, et M. Dauid Conigham vicariorum generalium reuerendissimi in Christo patris Roberti archiepiscopi in remotis agentis, ac dicti Magistri Roberti Forman decani et capituli Glasguensium, ad sonum campane pulsate in capitulo generali Pentechostali congregatis, cum consensu, presencia et voluntate dictorum decani et capituli, ac cum ratificacione, approbacione et confirmacione dictorum vicariorum generalium, domini Johannes Mowsfald, Thomas Forsith, Willelmus Burel, Johannes Scot, Johannes Heriot, Robertus Crechtoun, Thomas Blak, Laurencius Dikkeson, Robertus Brady, Thomas Smyth, Alexander Panter, Georgius Cameron, Robertus Duranse, Andreas Wawch, Johannes Cokburn, Colinus Watson, Magister Willelmus Broune, ac Macolmus Flemyng, clerici vicarii chori Glasguensis, ad feodifirmam, in capitulo generali, dimiserunt Magistro Jacobo Stewart, prebendario de Alncrumbe et successoribus suis, tenementum suum cum horto et pertinenciis, edificatum per quondam M. Michaelem Flemyng, jacens ex parte boriali ecclesie Glasguensis, inter magnum hortum reuerendissimi et locum ipsorum vicariorum: Reddendo inde annuatim dictus prebendarius et successores sui, dictis vicariis et successoribus

A.D. 1508. suis, ad festa Pentechostes et Sancti Martini in hieme, quinque mercas, sub pena sequestracionis fructuum de Alncrumbe per ordinarium faciende; et ipsi prebendarii supportabunt et manutenebunt dictum tenementum cum horto in tecto, muris, vitro, et singulis aliis necessariis, sicuti nunc est tempore introitus ipsius M. Jacobi, cuius introitus erit postquam idem M. Michael dimittet idem tenementum, et postea pro perpetuo duraturus: Et dicti vicarii et sui successores varantizabunt et defendent dictum tenementum cum pertinenciis: Peciit idem M. Jacobus pro se et successoribus suis instrumenta: Acta in loco capitulari Glasguensi hora ix ante meridiem; testibus, Magistris Patricio Graham, Richardo Bothwell, Thoma Murhede, Patricio Elphinstoun, Alexandro Hammiltoun, canonicis Glasguensibus.

Fol. 79.

308. Collacio Vicarie de Sanquhar, sede vacante.

Die Veneris, primo Decembris, anno quingentesimo viij°, indictione xij^{a}, pontificatus Julii 2^{di} anno vj^{to}, et regni xxj°: M. Martinus Rede presidens et capitulum contulerunt vicariam pensionariam perpetuam de Sanquhare, vacantem per mortem domini Thome Lokky, ad omninodam suam dispositionem et prouisionem ac collacionem, sede vacante, pleno jure spectantem, domino Eduardo Creichtoun presenti; et per anuli digito suo impositionem inuestiuerunt ipsum in eadem, curam, regimen, etc.: Peciit idem Creichtoun instrumenta: Acta in loco capitulari Glasguensi, hora xj^{a} ante meridiem, vel eacirca; testibus, Johanne Vallance, Johanne McAlexander, Michaele Gilhaspy, et Johanne Fergy.

309. Collacio Vicarie de Govane, sede vacante.

Die Sabbati, 2° Decembris, anno, indictione, pontificatu, et loco, quibus supra: Magister Martinus Rede presidens et capitulum, sede vacante, contulerunt vicariam pensionariam de Govan, vacantem per mortem domini Andree Androson, ad presentacionem

M. Ade Culquhoun prebendarii de Govan et suorum successorum, racione sue prebende antedicte, et collacionem capituli, sede vacante, pleno jure spectantem, Magistro Dauid Dwne presbitero, eisdem manualiter per dictum Magistrum Adam presentato, ac per anuli, etc., curam, regimen, etc.: Peciit idem Magister Dauid instrumenta; testibus, Magistro Matheo Steward, et domino Barthoilomeo Blare, notariis publicis, hora decima ante meridiem. A.D. 1508.

310. Smyth—Subdecanus.

Anno, die, mense, indictione, pontificatu, loco, quibus supra: Dominus Thomas Smyth, vicarius chori ac stallarius de Cadder, protestatus est, coram Magistro Martino Rede presidenti, et capitulo Glasguensi ad sonum campane congregato, non cedere Magistro Rolando Blacader subdecano Glasguensi et successoribus suis in preiudicium, quod camera in loco vicariorum, pertinens dicto subdecano et stallario suo, vt ipse asseruit, fuit deliberata et capta ab eo, ex decreto decani et capituli in consilio generali Pentechostali vltimo transacto, videlicet anno quingentesimo viij°: Peciit idem Smyth instrumenta: Acta hora quasi ix ante meridiem; testibus, dominis Willelmo Smyth, Alexandro Panter, Georgio Drummont, Thoma Forsith, Johanne Cokburn, et Georgio Cameron, presbiteris.

311. Siluer—Kylmacolm.

Die Sabbati, ix° Decembris, anno quingentesimo octauo, indictione, pontificatu, loco, quibus supra: Dominus Willelmus Siluer, vicarius de Kylmacolm ac pensionarius de Durisdere, obtulit copiam, debite ascultatam, collacionatam et ratificatam per dominum Andream Brownhill notarium publicum, sub signo et subscriptione manualibus eiusdem, confirmacionis apostolice annue pensionis xl mercarum, facte dicto domino Willelmo de prebenda de Durisdere a sede apostolica, domino Roberto Clerk prebendario de Durisdere, suis tamen sumptibus et expensis

A.D. 1508. moderatis: Peciit Siluer instrumenta: Acta hora quasi x ante meridiem; testibus, dominis Roberto Creichtoun, Andrea Wawch, dicto domino Andrea Brownhill, et Magistro Willelmo Broune, capellanis.

312. Vicarius de Stewartoun.

Die Jouis, xiiij mensis Decembris, anno quingentesimo viij°, indictione xij^{a}, pontificatus Julii 2^{di} anno vj^{to}, et regni xxj°: Magister Martinus Rede cancellarius presidens et capitulum Glasguenses, ad sonum campane capitulariter congregati, sede vacante, in loco capitulari, tulerunt, in presencia Magistri Georgii Montgomery vicarii Stewartoun, instantis et petentis, et Andree Fawlis comparentis pro se, ac procuratoris et eo nomine, vt asseruit, certorum parrochianorum de Stewartoun, duas sentencias, alteram conuencionis, et alteram reconuencionis, pro dicto Magistro Georgio, contra dictos Andreas Fawlis et ceteros parrochianos de Stewartoun, in causis conuencionis et reconuencionis iniuriarum, alias proponitis coram recolende memorie Robertum miseracione Glasguensem archiepiscopum, ac motis hincinde per eosdem: Super quibus idem Magister Georgius peciit instrumenta; et peciit sigillum capituli ad causas apponi predictis sentenciis et instrumentis: Acta in loco capitulari, hora x^{a} ante meridiem; testibus, M. Andrea Byrkmyr, Johanne Chalmer, Andrea Montgomery.

313. Fawlis.

Eisdem die, mense, hora, loco, coram testibus prescriptis, Andreas Fawlis, principalis et pro seipso, ac procuratorio nomine, vt asseruit, dictorum parrochianorum de Stewartoun, contra quos dicte sentencie ferebantur, verbo prouocauit et appellauit ab huiusmodi sentenciis, et a dictis presidente et capitulo ad sedem apostolicam: Peciit idem Fawlis nomine proprio ac parrochianorum de Stewartoun, pro quibus suscepit, onus procurandi, instrumenta: Acta vbi supra.

A.D. 1503.

314. [Boid.]

Eisdem die, hora, loco, coram testibus prescriptis, et Johanne Rede, dicti presidens et capitulum, sede vacante, ad sonum campane, approbarunt, ratificarunt, et confirmarunt electionem seu presentacionem factam per certos parrochianos de Stewartoun Roberto Boid, electo et presentato per eosdem ad officium clericatus parrochialis de Stewartoun, per mortem quondam Johannis Boid, vltimi possessoris eiusdem, ac eciam per supremum dominum nostrum regem, super huiusmodi officio clericatus parrochialis, prout in instrumento publico sub signo et subscriptione manualibus Magistri Christoferi Boid, diocesis Glasguensis presbiteri, auctoritate apostolica notarii publici, plenius continetur; et hoc in penam contumacie interesse habencium citatorum, vocatorum, et non comparencium, per literas citatorias dictorum presidentis et capituli, sub sigillo ad causas emanatas, et debite executas, et post imposicionem silencii super racionibus citatorum et non comparencium: Peciit Jacobus Boid procurator, et eo nomine dicti Johannis Boid, instrumenta: Acta in loco capitulari vt supra.

315. Robertus Glasguensis Archiepiscopus. Fol. 80.

Anno Domini, etc., quingentesimo tercio, mensis Januarii die xv°, indictione vij, pontificatus Julii 2^di^ anno primo, et regni Jacobi quarti xvj°: Robertus Glasguensis archiepiscopus constituit commissarios, Magistros Martinum Rede, cancellarium Glasguensem, Thomam Murhede, Michaelem Flemyn, Nicholaum Greynlaw, canonicos Glasguenses, coniunctim et diuisim, ad prolongandum seu differendum causam que vertitur inter Dauid episcopum Ergadiensem et comitem Ergadiensem, a die Sabati proximi futuri, qui est dies xx^us^ mensis instantis, vsque ad diem Veneris prime hebdomade xl^e^ proxime; ac eciam ad cognoscendum et procedendum in causa interfeccionis presbiteri de Corsby, xxiij° eiusdem mensis, vel ad prolongandum huiusmodi causam

A.D. 1507. vsque ad prescriptam diem Veneris prime hebdomade xl^{e}, prout videbitur dictis commissariis pro tempore expedire, cum clausula de rato et grato, et aliis necessariis: Peciit idem reuerendissimus instrumenta: Acta in palacio eiusdem in Glasgw, hora xj ante meridiem; M. Dauid Conigham, officiali Glasguensi, dominis Andrea Merschell, Patricio Blacader, Georgio Ros, presbiteris, Johanne Cokburn, clerico, et Johanne Heriote, laico.

316. Glasguensis Archiepiscopus.

Die Sabbati, quinto Februarii, anno quingentesimo vij^{o}, indictione xj^{a}, pontificatus Julii 2^{di} anno quinto, et regni anno xix^{o}: Reuerendissimus in Christo pater Robertus Glasguensis archiepiscopus, cum consensu et assensu venerabilium virorum Magistri Roberti Forman decani, et capituli Glasguensium, ad sonum campane pulsate capitulariter congregatorum, erexit, annexiuit, vniuit, et incorporauit quedam beneficia diocesis Glasguensis collegio suo in Glasgw, juxta tenorem scedule erectionis et vnionis huiusmodi, cum extensione et clausulis necessariis in vberiori forma: Peciit idem reuerendissimus instrumenta; quibus sigillum commune capituli petitum est concessum: Acta in loco capitulari, hora quasi xij in meridie; testibus, Matheo comite Leuenax, domino Johanne Steward de Mynto, milite, Dauid Lindesay, Archibaldo Wilson, balliuis de Glasgw, Thoma Hugonis, et domino Johanne Rankine, presbitero.

317. Decanus—Capitulum—Panter.

Eisdem anno, die, mense, loco, coram prefato reuerendissimo, idem M. Robertus Forman, et capitulum ad sonum campane, etc., concesserunt annuatim in futurum Johanni Panter annuum salarium decem mercarum, supra et preter annuam sustentacionem a succentore, more ceterorum puerorum chori Glasguensis, percipiendam, pro suis continuo seruicio et exercicio quotidiano in cantu et musica, cum ceteris ministris vicariis et pueris

ecclesie Glasguensis in dicta ecclesia; ad quod continuum et A.D. 1507.
quotidianum seruicium et exercicium in cantu cum ceteris ministris dicte ecclesie, per ipsum imposterum faciendum, idem Panter per extensionem manus ad dictos reuerendissimum et decanum, nomine et in signum fidei date, recipientes, fideliter promisit, ac firmiter obligauit se in strictiori forma, nec a continuo et quotidiano seruicio dicte ecclesie vnquam in futurum recedere, aut ipsum derelinquere, nisi prius habita et petita et obtenta speciali licencia et permissione dictorum decani et capituli et suorum successorum: Peciit idem decanus nomine proprio et capituli instrumenta: Acta hora xj ante meridiem; testibus, Matheo comite Leuenax, M. Archibaldo Layng, domino Johanne Rankine, capellano.

318. Decanus Glasguensis.

Eisdem die, anno, loco, hora xij in meridie, coram testibus quibus immediate supra, M. Robertus Forman decanus peciit instrumentum, quod reuerendissimus pater Robertus Glasguensis archiepiscopus, vt ipse decanus asseruit, accusauit M. Dauid Levingistoun canonicum Glasguensem, ac rectorem de Glasfurd, coram se tanquam rectorem de Glasfurd et non tanquam canonicum Glasguensem, in quem in quantum canonicum nullam habuit nec habere poterat jurisdiccionem: Acta capitulariter ad sonum campane.

319. Subdecanus Glasguensis.

Eodem die, hora inter 3^{am} et quartam post meridiem, super solum infrascripte acre, testibus dominis Willelmo Gartschore, Thoma Smyth, presbiteris, Roberto Morisone, Roberto Bogill, Archibaldo Crawfurd, Alexandro Browster, Johanne Armour, Petrus Culquhoun vendidit Magistro Rolando Blacader, subdecano Glasguensi, acram terre cum pertinenciis, jacentem super le Provandside, jacentem inter terras capellanie Sancti Kenti-

A.D. 1508. gerni, fundate in Gallogaite ab orientali, et terras Dowece Camrent ab occidentali, pro certa summa pecunie, de qua quitauit dictum subdecanum et suos; et resignauit dictam acram in manibus Richardi Lawader, balliui de Subdennisland in hac parte specialiter constituti, recipientis: Qui balliuus dedit statum hereditarium et saisinam dicto Magistro Rolando et suis assignatis, nomine ecclesie et non alias per terram, etc., saluo jure cuiuslibet, imperpetuum: Peciit idem subdecanus, nomine proprio et ecclesie, instrumenta.

320. Culquhoun.

Eisdem die, anno, mense, hora, coram testibus prescriptis, dictus subdecanus assignauit Petro Culquhoun vnam celdram farine sufficientis, deliberandam incontinenti de suo granario in Glasgw, per dominum Willelmum Gartshor presentem factorem dicti subdecani, id in se acceptantem, et tanquam sibi domino Willelmo in suo computo allocatam et allocandam; quod facere precepit et iniunxit idem dominus subdecanus dicto Gartschor, et quitauit ipsum de eadem, racione qua supra: Item ex certis causis animum suum tangentibus, exonerauit dicto Petro et suis, et quitauit eosdem et inhabitatores villarum Badlay, Inchnoch, et Gayn, parrochie de Monkland, de decimis garbalibus earundem villarum, anni quingentesimi octaui, quas decimas anni predicti assignauit dicto Petro per presentes: Peciit Petrus instrumenta: Acta super le Provandside.

321. Kyncaid.

Die Sabbati, xxiij Decembris, anno quingentesimo viij°, indictione xij, pontificatus Julii 2[di] anno sexto, et regni anno xxj°: Dauid Kyncaid, et Johannes Kyncaid, asserentes verbo se alias soluisse venerabili viro Magistro Martino Rede, cancellario Glasguensi, partem summe sibi debite pro suis decimis garbalibus, pro qua extant excommunicati, per literas compulsoriales ad

instanciam eiusdem, ac illic habere aliam partem pecunie ad valorem quinque mercarum sibi deliberandam, quam verbo obtulerunt domino Eduardo Tayt, factori dicti cancellarii; ac eciam offerentes verbo appreciari certa bona existencia in Campsy, dicto cancellario et factoribus suis, pro residuo summe eidem debite, si ipse cancellarius aut sui factores volebant accedere ad parrochiam de Campsy, vbi dicta bona pasturantur et sunt, et vbi ipsi tenentur, ut ipsi asseruerunt, soluere sua debita pro decimis garbalibus de Campsy, petierunt se absolui per me notarium publicum, commissarium iurisdictionis de Campsy pro tempore, offerentes verbo se velle facere erga huiusmodi debita quod tenentur de iure facere, dicto domino cancellario et dicto suo factori, si volebant consentire in absolutione eorundem: Dictus dominus Eduardus factor cancellarii asseruit se habere literas illic compulsoriales, vigore quarum extant excommunicati, et si volebant satisfacere sibi nomine dicti cancellarii, ad omne debitum contentum in ipsis compulsorialibus, se velle et esse paratum recipere, et de receptis nomine dicti cancellarii quitancias dare, et consentire nomine sui domini in absolutione eorundem; aut si vellent aliquam partem debiti contenti in ipsis compulsorialibus sibi deliberare, se velle et esse promptum recipere, et de parte recepta quitanciam dare, et eosdem nomine dicti cancellarii exonerare de eadem: Peciit idem Dauid et Johannes instrumenta: Acta intra civitatem Glasguensem, ex parte boriali ecclesie metropolitane, hora 2ª post meridiem; testibus, Patricio Kyncaid, Petro Kyncaid, Patricio Armore, Dauid Cadder.

A.D. 1508.

Fol. 81.

322. Conigham—Luss

Die Veneris, xvj Junii, anni quingentesimi octaui, indictione xj, pontificatus Julii 2di anno quinto, et regni Jacobi quarti anno xxj: Magister Martinus Rede cancellarius Glasguensis, vigore cuiusdam collationis ordinarie venerabilis viri Magistri Roberti Forman, decani Glasguensis, ac vnius vicariorum generalium reuerendissimi patris Roberti Glasguensis archiepiscopi primi,

A.D. 1508. ad sepulcrum Domini itinerantis, cum illa clausula vobis aut vni vestrum, coniunctim et divisim, specialiter constitutis, sub sigillo officii dicti vicariatus generalis, ac signo et subscriptione manualibus Magistri Archibaldi Layng, clerici Sancti Andree diocesis, notarii publicii, desuper facte et concesse, Magistro Dauid Conigham principali, in eadem collatione principaliter nominato, et illic sibi Martino presentate, et per eum recepte, et pro perlecto habito, induxit, instituit, et inuestiuit dictum Magistrum Dauid Conigham in realem et corporalem possessionem prebende et canonicatus de Luss, iuriumque et pertinenciarum eiusdem, extunc per mortem quondam M. Roberti Erskin vltimi possessoris eiusdem vacantium; sibi assignando stallum in choro, et locum in capitulo, cum plenitudine iuris canonici, in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti: Peciit idem M. Dauid instrumenta: Acta singillatim in choro et capitulari loco Glasguensi, hora ix ante meridiem, vel eacirca; testibus, Magistris Patricio Elphinstoun canonico Glasguensi, Johanne Hugonis, Thoma Forbas, dominis Alexandro Panter, Richardo Fergussoun, et Roberto Duranse, Andrea Marschell, presbiteris.

323. Ranfrew.

Die Sabbati xvij Junii, in anno, indictione, regno, quibus supra: M. Johannes Gibsoun prebendarius de Ranfrew, in capitulo generali Pentecostali, coram Magistro Roberto Forman decano, et capitulo ad sonum campane, etc., capitulariter congregato, solemniter protestatus est, non cedere sibi suisve successoribus prebendariis de Ranfrew, aut sue prebende vel manso suo prebendali in Glasgw, in preiudicium aut dampnum, quod Magister Adam Culquhoun prebendarius de Govan appropriauit, et vendicauit sibi, ut ipse Ranfrew asseruit, quandam partem dicti mansi prebendalis de Ranfrew; et innouauit super dicto manso prebendali preter et contra antiquam consuetudinem, et ipsam partem mansi tanquam sibi propriam iniuste occupauit, et ab eodem Ranfrew nunquam iuste detinuit: Peciit idem Ranfrew

instrumenta: Acta in loco capitulari, coram prefato decano et Magistro Dauid Conigham, extunc vicariis generalibus reuerendissimi patris Roberti Glasguensis archiepiscopi in remotis et ad sepulcrum Domini itinerantis: Protestatus est etiam idem Ranfrew, quod opposuit se huiusmodi iniuste appropriationi et occupationi dicte partis mansi, nec consentire, nec velle consentire eidem, et de iuris remedio tempore et loco suis congruis: Acta hora ix ante meridiem; dominis Willelmo Smyth, Johanne Mowsfald, Roberto Durand, Alexandro Panter, Willelmo Burell, et Thoma Forsith, presbiteris, testibus. A.D. 1508.

324. Rede Cancellarius.

Eisdem anno, die, mense, indictione, et pontificatu, hora quasi ix ante meridiem, in loco capitulari, capitulo generali Pentechostali: Magister Robertus Forman decanus, et ceteri canonici ecclesie Glasguensis, extunc ad sonum campane pulsate capitulariter presentes et congregati, capitulum generale Pentecostale presentantes, viz., Magistri et domini Thomas Murhede, Richardus Bothwell, Patricius Elphinstoun, Johannes Gibsoun, Robertus Fawside, Robertus Clerk, Michael Flemyn, Patricius Graham, Dauid Conigham, Alexander Hammiltoun, Jacobus Stewart, prebendarii de Stobo, Arskirk, Erskin, Ranfrew, Moffet, Durisdere, Torboltoun, Killerne, Luss, Cambuslang, et Ancrumbe, ad vota et singillatim rogati, vnanimiter consentientes, decreuerunt et ordinarunt venerabilem virum Magistrum Martinum Rede cancellarium Glasguensem, ac suum stallarium chori, viz., dominum Johannem Heriote, et suos successores, perpetuis futuris temporibus debere inhabitare, et occupare tertiam cameram principalem inter cameras vicariorum chori, viz., illam quam tunc dominus Colinus Watsoun stallarius prebendarii de Cadder inhabitauit et occupauit, et vt ipse dominus Colinus asseruit minus iuste; eundemque dominum Colinum ad idem consentientem debere incontinenti se et sua de eadem remouere, ipsamque vacuam liberam et expeditam dicto domino cancellario

A.D. 1508. et suis, vt premissum est, inhabitandam et colendam relinquere et dimittere: Peciit idem dominus cancellarius pro se et suis stallariis et successoribus instrumenta; testibus, dominis Willelmo Smyth et ceteris, vicariis chori quibus immediate supra.

325. Cardros—Torboltoun.

Die Mercurii, xiiij mensis Junii, anno, indictione, pontificatu, et regni quibus immediate supra, loco supra immediate: M. Robertus Forman decanus et capitulum, in capitulo generali capitulariter congregati, vnanimiter consenserunt et assenserunt diuisioni mansorum prebendalium de Cardross et Tarboltoun, iacentium in ciuitate Glasguensi, ad partem borialem vici Drigate, contigue manso subdecani Glasguensis, alias ex decreto approbatione et confirmatione reuerendissimi patris Roberti Glasguensis
Fol. 82. archiepiscopi, et ex consensu dictorum prebendariorum de Torboltoun et Cardross, viz., Magistrorum Michaelis Flemyn, et Dauid Levingistoun, facte et terminate: Peciit idem Michael Flemyn prebendarius de Tarboltoun, pro se et suis successoribus, instrumenta: horo decima ante meridiem; testibus, Magistris et dominis canonicis Glasguensibus, viz., Thoma Murhede, Martino Rede, Dauid Hammiltoun, Richardo Bothwell, Patricio Elphinstoun, Nicholao Greynlaw, Roberto Clerk, Roberto Fawside.

326. Conigham Officialis.

Eisdem die, loco, hora, idem decanus et capitulum in capitulo generali, prestiterunt suum consensum innouacioni et amplificationi seu diminutioni fundationis capellaniarum et seruiciorum Magistri Dauid Chonigham, officialis Glasguensis, iuxta suum beneplacitum et dictamen, dilatandis et faciendis, et erectioni eorundum, et concesserunt desuper suum sigillum commune: Peciit idem officialis instrumenta: testibus quibus immediate supra.

A.D. 1507.

327. Stobo.

Eisdem die, loco, hora, coram testibus quibus supra, idem decanus et capitulum in generali capitulo prestiterunt suum consensum fundationi et ereccioni et dotationi capellaniarum et seruiciorum per Magistrum Thomam Murhede prebendarium de Stobo faciendis, et concesserunt eidem desuper suum sigillum commune: Peciit idem Stobo instrumenta.

328. Edulfistoun.

Die Jouis xv Junii, anno, indictione, pontificatu, regni, loco quo supra, in capitulo generali, idem decanus et capitulum ad sonum campane, etc., prestiterunt suum consensum reparationi, edificationi, augmentationi et applicacioni, cuiusdam domus siue mansi pro presbitero dominicali, in gleba ecclesiastica ecclesie prebendalis de Edilstoun, per M. Nicholaum Greynlaw prebendarium de Edulfistoun, et juxta dictamen et extensionem eiusdem, in vberiore forma faciendis: Peciit idem prebendarius de Edulfistoun instrumenta: Testibus, Magistris et dominis Martino Rede, Thoma Murhede, Michaele Flemyn, Patricio Graham, Roberto Clerk, et Roberto Moffet, canonicis Glasguensibus.

329. Conigham Officialis.

Die Lune vij° Februarii, anno quingentesimo septimo, indictione xj, pontificatus Julii 2[di] anno quinto, et regni xx: Johannes Stewart, frater Mathei comitis de Lenax, per fustem et baculum sursum dedit, pureque simpliciter a se et heredibus suis pro perpetuo resignauit, terras de Kirktoun, jacentes in parochia de Bothernok in comitatu de Lenax et vicecomitatu de Dunbartan, inter terras de Blarchian ex orientali, terras de Dowan et Ballinkell ex occidentali, et terras spectantes prepositure de Dunbretan a boriali, et locum de Blarnellan ex australi partibus, in manibus Johannis Hammiltoun de Bar-

A.D. 1507. dowe, tanquam superioris earundem, huiusmodi resignationem acceptantis, ac totum jus et clameum, proprietatem et possessionem que et quas habet, habuit, aut habere poterit, in et ad terras predictas cum pertinentiis, eidem cessit et renunciauit, et sibi assignauit: Quiquidem Johannes Hammiltoun, statim et incontinente, per similem donationem fustis et baculi, dedit saisinam, statum hereditarium, ac corporalem possessionem de dictis terris de Kirktoun cum pertinentiis, Magistro Dauid Conigham suisque heredibus et assignatis, juxta tenorem carte sue infeodationis, eidem Magistro Dauid et suis desuper faciende: Peciit idem Dauid instrumenta: Acta intra ciuitatem Glasguensem, in edibus dicti domini officialis, hora secunda post meridiem; testibus, Magistris Roberto Hammiltoun, rectore de Bothernok, Petro Broun, dominis Dionisio Achinlek, Dauid Akinhede, capellanis, Adam Hammiltoun, et Dauid Barclay, laicis.

330. [Stewart—Hamilton.]

Eisdem die, loco, hora, coram testibus quibus supra, idem Johannes Stewart exonerauit, pro se et suis heredibus, dictum Johannem Hammiltoun de Bardowe et suos heredes, de donacione legalium literarum reuersionum dicto Johanni Stewart et suis, de terris de Boghows cum pertinentiis, prout cauetur ex tenore cuiusdam clausule contente in endenturis inter eosdem desuper confectis: Necnon prefatam clausulam continentem huiusmodi donationem literarum reuersionum, positam in dictis endenturis, pro se et suis annullauit, cassauit, irritam et inanem esse imperpetuum declarauit, quoad donationem huiusmodi reuersionem, nichilque roboris, vis, momenti aut effectus, in judicio vel extra, sortiri voluit per presentes: Peciit idem Johannes Hammiltoun instrumenta: Acta vt et vbi supra.

A.D. 1507.

331. Subdecanus Glasguensis.

Die Martis, viij° Februarii, anno, indictione, pontificatu, et regni quibus immediate supra: Margareta Bogill, habens liberum tenementum infrascriptarum terrarum, et Joneta Rankin, filia et heres quondam Walteri Rankine ac dicte Margarete, vnanimi consensu, vendiderunt le Rownd Akir, jacentem super le Deneside prope ciuitatem Glasguensem, inter terras Magistri Rollandi Blakader subdecani Glasguensis a boriali, terras Johannis Inglis ab orientali, terras de Rammishorn ab australi, et terras capellanie Sancti Johannis Baptiste, fundate in ecclesia Glasguensi per quondam M. Archibaldum Quhitlaw ab occidentali, prefato Magistro Rolando Blacader, pro certa summa pecunie, et quitarunt ipsum et suos de eadem: Postea, eedem Margareta et Joneta vnanimiter resignarunt huiusmodi acram cum pertinentiis, in manibus Roberti Bogill, balliui in hac parte specialiter constituti de le Subdenisland, et idem balliuus dedit saisinam, statum et corporalem possessionem dicte acre cum pertinentiis, per terram et lapides dicto Magistro Rolando et suis assignatis, nomine ecclesie et non alias, saluo jure cuiuslibet, in feodo et hereditate imperpetuum: Peciit idem subdecanus instrumenta: Acta super solum dicte acre hora quarta post meridiem; testibus, domino Willelmo Burell, capellano, Archibaldo Crawfurd, et Donaldo Talzour.

332. [Bogill—Rankin.]

Eisdem die, loco, hora, coram testibus prescriptis, idem subdecanus assignauit dictis Margarete et Jonete, xxx bollas farine sufficientis, viz., cuilibet xv bollas percipiendas de granario suo in Glasgw, quas constituit et iniunxit domino Willelmo Gartschore suo factori, deliberare eisdem ad modum insequentum, viz., xv bollas nunc et incontinenti de granario suo, et alias xv bollas de dicto granario de farina anni futuri: Pecierunt eedem Margareta et Joneta instrumenta: Acta vt et vbi supra.

A.D. 1507.

Fol. 82.

333. Subdecanus Glasguensis.

Die Veneris. xj Februarii. anni suprascripti immediate, eisdem indictione, pontificatu. et regni quibus immediate supra: Dictus Magister Rolandus Blacader. subdecanus Glasguensis, accessit ad le Rownd Akir in Deneside. jacentem vbi supra, et ibidem dedit saisinam, statum hereditarium. ac corporalem possessionem de eadem cum pertinentiis. Jonete Rankine, filie et heredi quondam Walteri Rankin, tanquam legitime et propinquiori heredi ipsius quondam Walteri, qui obiit ad pacem et fidem domini regis et dicti subdecani, cum ceteris clausulis breuis sue capelle, saluo iure cuiuslibet imperpetuum: Reseruando liberum tenementum dicte acre Margarete Bogill, matri dicte Jonete, pro toto tempore vite sue: Peciit dicta Joneta instrumenta: Acta super solum dicte acre hora 2ª post meridiem; testibus, domino Thoma Smyth, Roberto Bogill, Richardo Blak, Archibaldo Craufurd, et Donaldo Talzour.

334. [Subdecanus Glasguensis.]

Eisdem die, hora, loco, coram testibus quibus immediate supra: Dicta Margareta habens liberum tenementum et ipsa Joneta habens statum feodi dicte acre, vendiderunt ipsam cum pertinentiis, dicto subdecano, pro certa summa pecunie, de qua quitarunt ipsum et suos, et sibi resignarunt dictam acram, tam quo ad feodum quam quoad liberum tenementum eiusdem, in manibus Roberti Bogill, balliui de Subdenisland, in hac parte specialiter constituti, prout michi luculenter constabat de huiusmodi constitucione: Et dictus balliuus dedit, per terram et lapides, saisinam, statum hereditarium, de dicta acra, tam de libero tenemento quam de feodo eiusdem, dicto Magistro Rolando et suis assignatis, nomine ecclesie et non alias, saluo iure cuiuslibet imperpetuum: Peciit idem subdecanus nomine proprio et ecclesie instrumenta: Acta vbi et vt supra, excepto vno teste, viz., Roberto Bogill, qui jam fuit balliuus.

A.D. 1507.

335. [Bogill—Rankine.]

Eisdem die, loco, coram testibus quibus immediate supra: Idem Robertus Bogill, per fidem nomine juramenti in manibus meis prestitam, fideliter promisit et firmiter obligauit se, seruare et refundere ad vtilitatem dicte Jonete Rankine et ipsi Jonete, ad omnimodam dispositionem et beneplacitum eiusdem, xv bollas farine assignatas ipsi Jonete per dictum subdecanum, recipiendas per dictum Robertum ab eodem subdecano, nomine ipsius Jonete, pro precio de le Rownd Akir superius vendita per eandem prefato subdecano, exceptis xlv^s defalcatis dicto subdecano per dictam Jonetam in dictis xv bollis pro firma dicte acre, praemanibus capta a quondam Thoma Windegat inhabitatore eiusdem, per Margaretam Bogill, matrem ipsius Jonete: Peciit eadem Joneta instrumenta: Acta vt et vbi supra.

336. [Decanus—Fortoun.]

Die Sabbati, xij Februarii, anno, indictione, pontificatu, et regni, quibus immediate supra: M. Patricius Elphinstoun prebendarius de Irskin, ac maior sacrista ecclesie Glasguensis, coram M. Roberto Forman decano, et capitulo Glasguensi, ad sonum campane pulsate capitulariter congregato, et consentiente ad infrascripta, ad requestam dicti decani, et beneplacitum reuerendissimi patris Roberti Glasguensis archiepiscopi, consensit presentare et actu presentauit Thomam Fortoun, ad officium sacristarie minoris ecclesie Glasguensis, in euentum depriuationis, remotionis, seu depositionis Willelmi Elphinstoun, nunc possessoris eiusdem sacristarie, de eodem officio: Peciit idem Magister Robertus Forman decanus nomine dicti Thome Fortoun instrumenta: Acta in loco capitulari, hora decima ante meridiem, vel eacirca; testibus, Magistris et dominis Martino Rede, cancellario, Adam Culquhoun, Johanne Gibsoun, Dauid Conigham, Nicholao Greynlaw, Michaele Flemyn, Patricio Graham, Roberto Clerk, canonicis Glasguensibus.

A.D. 1507.

337. Gibson.

Die Dominica, decima tertia mensis Februarii, anno, indictione, et pontificatu, quibus immediate supra, hora xj ante meridiem, vel eacirca, in palacio domini archiepiscopi Glasguensis; testibus, Magistris Rolando Blacader et Roberto Hammiltoun, Magister Johannes Gibsoun, junior, capellanus, constituit procuratores, Magistrum Johannem Gibson, prebendarium de Ranfrew, Magistrum Archibaldum Layng, dominos Andream Marschell, Johannem Rankine, Richardum Fergussoun, presbiteros, coniunctim et diuisim, in vberiore forma, ad cedendum, dimittendum, resignandum, permutandum suam capellaniam altaris beati Michaelis, in euentum pignoris beneficii, et ad recipiendum, dimittendum resignandum, quacunque, qualiacunque, et quecunque beneficia, tociens quociens, nomine ipsius constituentis, eademque beneficia locandi, arrendandi, assedandi, fructibus eorundem recipiendi, et cum eisdem intromittendi, ac pro eisdem conueniendi, requirendi, coram quibuscunque judicibus, pro eo et dictis fructibus litigandi, ac omnibus actis judicialibus interessendi: Constituit preterea dictum prebendarium de Ranfrew, vnicum et solum intromissorem fructuum dicte sue capellanie, et dedit ei tantummodo potestatem eosdem fructus percipiendi, leuandi, ac domus et terras dicte capellanie assedandi, in vberiore forma, cum extensione et clausulis necessariis, oportunis, et de jure requisitis: Peciit idem Magister Johannes Gibson, capellanus, instrumenta: Ratum et gratum.

338. Fortoun.

Eisdem die et loco, hora prima post meridiem, coram domino Georgio Akinhede, Alexander Barbour, et Adam Blacader, Thomas Fortoun constituit dominum Johannem Rankine, et Karolum Blacader, suos procuratores coniunctim et diuisim, ad intrandum et recipiendum pro eo, possessionem officii sacristarie minoris ecclesie Glasguensis, in euentum remotionis Willelmi

Elphinstoun ab eodem, necnon quoscunque clericatus parochiales eidem prouisos seu prouidendos: Ratum et gratum in vberiore forma: Peciit idem Fortoun instrumenta. A.D. 1507.

339. Dalzell.

Eisdem die, hora, et loco, coram Adam Blacader et Thoma Fortoun, dominus Georgius Akinhede, vicarius de Dalzell, constituit dominum Andream Marschell et Karolum Blacader, suos procuratores coniunctim et diuisim, ad disponendum de sua vicaria de Dalzell, et intromittendum cum fructibus, et assedandum, leuandum et recipiendum eosdem vsque ad reditum suum in Scotia: Ratum et gratum in vberiore forma, ac etiam factores et intromissores dicti sui beneficii et ceterarum rerum suarum: Peciit idem Akinhede instrumenta.

340. Bargille—Mayn. Fol. 84.

Die Martis, xv Februarii, anno quo supra, indictione xj, pontificatus Julii 2^{di} anno quinto, et regni anno xx^{o}: Joneta Bargille, relicta quondam Nicholai Rait, assedauit et ad firmam dimisit quoddam horreum suum, jacens in vico Furcarum, ex parte australi eiusdem, ad anteriorem partem terrarum Johannis Hodgis, Johanni Mayn, burgensi Glasguensi, pro quatuor annis festum Pentecostes proximum futurum immediate sequentibus: Quod festum Pentecostes erit introitus dicti Johannis ad dictum horreum; soluendo inde annuatim, ad terminos Pentecostes et Martini consuetos, vi^{s} iij^{d} annui redditus Magistro Cuthberto Simonis, terminanter durante dictis quatuor annis, nisi in dicto termino Pentecostes introitus sui, quem annuum redditum dicti termini Pentecostes ipsa Joneta persoluet prefato Magistro Cuthberto, et releuabit dictum Johannem de omni alio annuo redditu durante spacio dictorum quatuor annorum; pro quaquidem assedatione, dictorum quatuor annorum, ipsa Joneta recepit actu ab eodem Johanne xxviij^{s} prae manibus, tanquam integram

A.D. 1507. firmam pro dicto horreo durante spacio dictorum quatuor annorum; de quibus xxviij^s et omni firma clamanda per ipsam pro dicto horreo pro spacio dictorum quatuor annorum, quitauit ipsum Johannem et suos imperpetuum: Peciit idem Johannes Mayn instrumenta: Acta in ciuitate Glasguensi in vico Fullonum hora quasi vj^ta post meridiem; testibus, domino Waltero Steyn, infra sacros constituto, et Georgio Craufurd.

341. Sewstare.

Die Veneris, xviij Februarii, anno quingentesimo septimo, indictione, pontificatu, et regni quibus immediate supra: Margareta Sewister, non vi aut metu ducta, sed, etc., omnibus melioribus modo via, etc., donauit, donatione inter viuos, Agneti Sewister filie sue, ac etiam assignauit eidem omnia bona sua mobilia et immobilia per ipsam extunc habita et possessa, viz., quatuor ollas, tres patellas, vij parapsides stanneas, sex discos stanneos; item, vnum salsarium; item, tres quartas stanneas, duas pinctas stanneas; item, duos lectos de le nappes; item, duo coopertoria; item, ane stand bed; item, duo paria lodicum, quinque paria lichneariurn; item, vij puluinaria; item, tres archas ligneas; item, a press de ligno; item, ane burde and a pare of trestis, twa almowris; item, ane veschell almory; item, ane chymne of irn, ane tangis; item,

necnon assignauit eidem omnia sua debita, et hoc propter sustentationem ipsius Margarete in honestate et vite necessariis, durante toto tempore vite sue, eo modo et in ea honestate quibus sustentata erat per ipsam Agnetem, cum eadem et in societate eiusdem, aliquibus temporibus retroactis, et ea lege quod prefata Agnes sustentet eandem honeste in societate eiusdem, sicuti per eandem prius sustentabatur durante toto tempore vite sue; ad quod faciendum ipsa Agnes obligauit se in strictiore forma obligationis, fraude et dolo seclusis: Peciit eadem Agnes instrumenta: Acta intra ciuitatem Glasguensem, hora 3^a post meridiem; testi-

bus, domino Willelmo Smyth, Johanne McKewin, et Donaldo Patersoun. A.D. 1504.

342. Rede pro Scolis.

Die Lune, xix mensis Junii, anno quingentesimo octauo, indictione xj, pontificatus Julii 2^{di} anno quinto, et regni xxj: Magister Martinus Rede cancellarius Glasguensis, et ea ratione magister scolarum grammaticalium de Glasgw, presentauit, prouidit et donauit Magistro Johanni Rede, presenti et acceptanti, scolas grammaticales de Glasgw, et instructionem scolarum et regimen eorundem in eisdem durante sua voluntate, cum protestatione de posse remouere eundem ab eisdem scolis tociens quociens sibi libuerit, exigentibus quibuscunque enormitatibus seu demeritis: Interim dominus Johannes Stewart de Mynto, miles, prepositus de Glasgw, et certi alii comburgenses extunc presentes, asserebant se, viz., prepositum balliuos et communitatem de Glasgw, habere jus admittendi ipsum Magistrum Johannem et alios magistros scolarum de Glasgw ad huiusmodi scolas murales, et edificia assignata scolaribus pro instructione eorundem: Super quo idem dominus cancellarius referebat se ad fundationem et literas quondam Magistri Simonis Dalgles desuper confectas: Sicut et ipsi prepositus et ceteri comburgenses illic presentes: Peciit idem Magister Johannes Rede instrumenta: Acta intra scolam grammaticalem de Glasgw, hora 3^{a} post meridiem, vel eacirca; testibus, Archibaldo Wilsoun, Johanne Schaw, Archibaldo Watsoun, Willelmo Smyth, Archibaldo Herbertsoun, ciuibus de Glasgw, dominis Roberto Durance, Johanne Heriote, et Eduardo Tayt, presbyteris.

343. Archiepiscopus Glasguensis super fundatione sua.

Die Sabbati, xj mensis Maii, anno Domini, etc., quingentesimo quarto, indictione septima, pontificatus Julii 2^{di} anno primo, et regni Jacobi quarti xvj: Magister Willelmus Blak, vicarius de Tynwald, notarius publicus, personaliter comparens apud valuas

A.D. 1504. australes ecclesie metropolitane Glasguensis, quoddam domini Fol. 85. officialis Glasguensis generalis, sub sigillo officii eiusdem emissum, edictum publicum, sub data quarti mensis Maii, anni supra scripti, formam citationis in se continens, ad citandum omnes et singulos sua coniunctim vel diuisim ad infrascripta interesse habentes aut habere putantes, quod compareant coram dicto domino officiali vel suis commissariis, pluribus aut vno, in ecclesia metropolitana Glasguensi, loco consistoriali eiusdem, die Sabbati quo supra, hora causarum consueta, ad videndum et audiendum quandam cartam mortificationis seu confirmationis supremi domini nostris regis, super terris de Cragrossy, certis capellanis in capella Sancti Kentigerni prope Culros, viz., loco natiuitatis Sancti Kentigerni confessoris, et in ecclesia Glasguensi, ad altaria gloriosissimi nominis Jesu, et beatissime Marie Virginis de pietate, factam et concessam, sub magno sigillo supremi domini nostri regis munitam et sigillatam: Necnon alias literas precepti et saisine dictarum terrarum, ac alias euidentias, instrumenta et documenta, huiusmodi terras, capellanias, et alia diuina obsequia desuper fundata concernentes et concernencia: Et etiam nonnullas alias euidentias et literas, super xl[s] annui redditus per ipsum reuerendissimum patrem a Georgio Gilmoresoun conquesti, transumi, copiari, exemplari, registrari, et in publicam transumpti exemplaris seu registri formam, ad instanciam eiusdem reuerendissimi patris, sui ve procuratoris fiscalis aut economi, ad perpetuam rei memoriam, et euitationem casuum fortuitorum, redigi mandari, cuiquidem transumpto exemplari aut registro huiusmodi carte, literarum, euidenciarum, instrumentorum, et aliorum documentorum, dictis terris, capellaniis et fundationibus spectantibus, per interpositionem decreti et sentencie ipsius officialis, aut sui commissarii, in judicio extraque judicium et vbicunque locorum tanta, et talis fides perpetualiter adhiberi poterit, quanta et qualis principalibus literis originalibus adhiberi poterit aut adhiberetur, si eedem in medium producerentur, vel ad dicendum et opponendum verbo aut scripto, quare premissa fieri non deuenient, cum intimatione publica et

expressa, quod siue ipsi sic citati comparere curauerint, siue non, et causas rationabiles contra premissa non allegauerint, idem dominus officialis aut eius commissarii, plures aut vnus, in premissis et suis singulis punctis, partibus et circumstanciis, justicia mediante, procedet seu procedent, ipsorum sic citatorum contumacia seu absentia in aliquo non obstante, priusque quod edictum in hiis valuis affixum per notarium publicum, exequi wlt et subscribi, quod per Gilbertum Bynyn notarium publicum Dominica precedenti, viz., quinto Maii, in eisdem valuis, ad noticiam vniuersorum deducendam publice, extensum et eisdem affixum asseruit: Prout et quemadmodum toto tempore diuinorum dicte diei Dominice, et a dicto die sue affixionis vsque ad horam causarum diei instantis, tam per dies festos quam feriatos, illic extensum et affixum continue permansit, nec interea aliquem seu aliquos vigore eiusdem edicti citatum seu citatos comparuisse, ad opponendum verbo vel scripto quare contenta in huiusmodi edicto debite executioni, per dictum dominum officialem aut suos commissarios, demandari non debeant, quare dictis citatis interesse habentibus, alta et intelligibili voce, per dictum Magistrum Willelmum in huiusmodi valuis vocatis, et cum intimatione publica, et non comparentibus, eorundem sic citatorum, vocatorum et non comparentium, contumacias accusauit, et in eorundem contumacias huiusmodi edictum ab huiusmodi valuis, amouit, auulsit, et ad se recepit idipsum dicto domino officiali vel suis commissariis in judicium delaturus et exhibiturus: Peciit idem Magister Willelmus Blak instrumenta: Acta apud dictas valuas australes, hora inter decimam et xj, ante meridiem; testibus, Magistris et dominis Rolando Blacader, Nicholao Greynlaw, canonicis Glasguensibus, Hugone Greynlaw, Kentigerno Forsith, Johanne Brakanrig, Roberto Cochran, presbiteris, Andrea Rede, Johanne Murref, et Willelmo Kersuell, laicis. A.D. 1504.

A.D. 1508.

344. Archiepiscopus pro Fundatione Capellaniarum.

Eisdem die, mense, anno, indictione, hora xj, vel eacirca; testibus, Magistris et dominis Johanne Blak, Johanne Hammiltoun, Willelmo Lokky, Roberto Cochren, Gavino Lindesay, Johanne Armystrang, clericis, Johanne Sprewle de Cowdon, Willelmo Porterfield, Johanne Pollok, Alexandro Blaire, Archibaldo Barclay, Willelmo Scot, Dauid Akinhede, Andrea Rede, M. Dauid Chonigham, officialis Glasguensis generalis, ad jura reddenda et causas audiendas, pro tribunali in loco consistoriali suo solito et consueto, in penam contumacie, vigore prescripti edicti publici citatorum, vocatorum, licet directe ad horam debitam expectatorum et non comparentium, et ad instanciam Magistri Patricii Coventre procuratoris fiscalis et yconomi, et eo nomine reuerendissimi patris Roberti Glasguensis archiepiscopi, idem cum instancia debita petentis, interposuit suum decretum ordinarium, et decreuit prescriptas literas et euidencias transumendas, exemplandas, registrandas, et in publici transumpti formam redigendas et transcribendas, sic quod talis et tanta, etc., et concessit suum sigillum officii officialatus in vberiore forma: Peciit idem Magister Patricius Coventre instrumenta, procuratorio nomine quo supra: Acta in consistorio Glasguensi.

345. Ranfrew.

Die Sabbati, 3° Februarii, anno quingentesimo viij°, indictione xii, pontificatus Julii 2[di] anno sexto, et regni anno xxj°: Coram Magistro Martino Rede, presidente et capitulo Glasguensi, ad sonum campane congregatis, Magister Johannes Gibsoun, prebendarius de Ranfrew, dixit et asseruit se esse, fuisse, et fore paratum in omnibus, perimplere omnia et singula contenta in sua obligatione facta domino Georgio Drummont, penes capellaniam beati Michaelis, juxta continentia eiusdem, et ita perimplere verbo obtulit se prefato domino Georgio, ipso domino Georgio faciente ea que concernerent ipsum ex dicta obligacione: Peciit

idem Ranfrew instrumenta: Acta in loco capitulari hora quasi ix ante meridiem; testibus, Richardo Blak et Johanne Knox. A.D. 1508.

346. Cancellarius.

Die Veneris, xvj Februarii, anno quingentesimo viij°, indictione xij, pontificatus Julii 2ndi anno sexto, et regni anno xxj: Magister Martinus Rede, cancellarius Glasguensis, habens in assedatione terras de le Biris de Glasnocht, jacentes in dominio de Rowallon et ballia de Conigham, infra vicecomitatum de Are, a Johanne Mwre de Rowallon domino dictarum terrarum, ad septem annos futuros, premonuit et preminuit Andream Fawlis et Robertum Busby, inhabitatores dictarum terrarum, personaliter presentes et audientes, remouere se et sua inter hinc et proximum vsualem terminum, viz., le Beltan, de dictis terris, et dimittere easdem vacuas, liberas et expeditas, sibi et suis occupandas et manurandas: Super quibus peciit idem cancellarius instrumenta: Acta in ecclesia Glasguensi, hora xj ante meridiem, vel eacirca; testibus, dominis Adam Smal, Eduardo Tait, presbiteris, et Johanne Rede, clerico.

347. [Culquhoun.] Fol. 86.

Die Sabbati, xvij Februarii, anno quingentesimo viij°, indictione xij, pontificatus Julii 2di anno sexto, et regni anno xxj: M. Rolandus Blacader, presidens et capitulum, ad sonum campane, etc., concesserunt suum sigillum ad causas copie cuiusdam statuti sinodalis, innouati et confirmati per quondam Robertum archiepiscopum Glasguensem, xxv Aprilis, anno quingentesimo 3°, concernentis statum et condicionem assumendorum seu eligendorum in clericos parochiales intra diocesim Glasguensem, penes tonsuram, Vmfrido Culquhoun instanti et procuranti: Peciit idem Vmfridus instrumenta: Acta in loco capitulari hora quasi x ante meridiem; testibus, domino Georgio Drummont, Nicholao Broun, et Willelmo Elphinstoun.

A.D. 1509.

348. Murref—Ruderfurd.

Die Lune, xxvj Februarii, anno quingentesimo viij°, indictione xij, pontificatus Julii 2^dl anno vj^to, et regni anno xxj: M. Martinus Rede cancellarius, iudex commissarius et executor literarum apostolicarum, sibi desuper directarum per Ludouicum, miseracione diuina Sancti Marcelli presbiteri cardinalis, precedentem sentenciam diuorcii dispensauit, cum Johanne Murref et Margareta Ruderfurd coniugibus, Glasguensis diocesis, scienter contrahentes et scientes se attinere inuicem 3° affinitatis gradu, ex eo prouenieпте, quod Elizabet Cokburn prima dicti Johannis vxor, dum viueret eidem Margarete 3° consanguinitatis gradu erat coniuncta, coram se personaliter constitutis, juxta tenorem dictarum literarum apostolicarum, et absoluit eosdem a generali sententia excommunicationis, congruenter ex huiusmodi incestus reatu, et iniunxit penitencias pro modo culpe, et prolem susceptam seu suscipiendam legitimam decreuit: Pecierunt dicti Johannes pro se et dicta Margareta pro se instrumenta: Acta in ecclesia Glasguensi, hora xij in meridie, vel eacirca; testibus, domino Eduardo Tayt, Johanne Rede, clerico, Johanne Rede, laico, et Jacobo Cokburn.

349. Marschell Camerarius.

Die Veneris, vj^to Aprilis, anno quingentesimo ix°, indictione xij, pontificatus Julii 2^dl anno sexto, et regni Jacobi quarti anno xxj: Johannes Huchonsoun, tennandus archiepiscopi Glasguensis in le Newtoun, non vi aut metu ductus, etc., sed ex suis certa scientia, libera, mera, pura, libera et spontanea voluntate, vt asseruit, cessit, extradonauit, renunciauit sue assedationi xx^ti solidatarum terre de le Fermland cum pertinentiis, jacentis in baronia de Glasgw, in villa de Newtown, quo ad culturam et arrendam eiusdem, ac omne ius et clameum quod in dicta assedatione, quo ad arrendam et culturam eiusdam, vnacum suis licentia et bona voluntate, ad inhabitandum et colendum eandem, tradidit et

imperpetuum assignauit, domino Andree Marschell, canonico Glasguensi, et illi vel illis cuicunque seu quibuscunque, quem vel quos placebit, dicto domino Andree imponere in arrenda et cultura eiusdem, et promisit idem Johannes nunquam reuocare seu contrauenire huiusmodi cessionem et licencie concessionem: Pro quibus omnibus premissis, dictus dominus Andreas promisit satisfacere et satisfaciet eidem Johanni v bollas auenarum, cum tribus firlotis, et duas mercas argenti: Peciit idem camerarius instrumenta: Acta in ciuitate Glasguensi, hora 3ª post meridiem, vel eacirca; testibus, dominis Georgio Akinhede, notario publico, Georgio Ros, Johanne Johnsoun, capellanis, Richardo Lawder et Alexandro Browster, laicis testibus. A.D. 1505.

350. [SANQUHARE—QUHIT.]

Die Lune, xxvj Januarii, anno quingentesimo quinto: Quo die discretus vir M. Johannes Sanquhare, vicarius assertus de Wallistoun, Glasguensis diocesis, comparuit coram venerabilibus et egregiis viris Magistris Adam Culquhoun, Johanne Gibsoun, canonicis Glasguensibus, et Dauid Conygham, officiali Glasguensi, judicibus delegatis a sede apostolica, vigore cuiusdam commissionis seu rescripti apostolici, in quadam causa appreciationis, per dictum M. Johannem Sanquhare ab vna, contra et aduersus dominum Andream Quhit capellanum ab altera partibus, penes vicariam dicte ecclesie, et illius occasione mota specialiter constitutis, et eisdem prefatam commissionem seu rescriptum sub plumbo, produxit, exhibuit et presentauit: Quamquidem commissionem siue rescriptum, prefati judices de ipsius presentantis manibus reuerenter excipientes, onus deliberandi siue in huiusmodi facto realiter et in scriptis infrascripti tenoris, eandem que michi N. clerico qua Glasguensis diocesis publico auctoritatibus apostolica et regali notario, tradiderunt fideliter registrandam: Mandans michi nichilominus, atque committens vt tam ipsam commissionem siue rescriptum, quam etiam omnia alia et singula que ipsius commissionis vigore inter partes in

A.D. 1508. eadem contentas conscribenda occurrerent, in actis meis publicis et presentis cause registro fideliter scriberem et registrarem, aut per alium fidelem scribi et registrari facerem, et cum expediens fuerit in publica redigerem seu redigi facerem documenta, partibusque copiam petentibus dum ipsius per dictos judices decreta fuerit, fideliter traderem et exhiberem, preterea citationem in forma debita, super dicto domino Andrea Quhite, in prefata commissione exaduerso principali specialiter nominato, vna cum inhibicione judici a quo appellatum existit, ac etiam sibi domino Andree ne in preiudicium litis pendencie coram dictis judicibus delegatis, vigore huiusmodi rescripti, deducende et terminande, aliquid innouent aut innouare seu attemptare presumant, in forma debita, sub censuris et penis, ad instanciam dicti Magistri Johannis id petentis, decreuerunt, secus per eos aut eorum alterum factum id totum reuocare et in statum pristinum reducere, exnunc prout extunc, et econtra declarantes irritumque decernentes: Et nichilominus prefati judices delegati, casu infirmitatis legitimorum impedimentorum aut absencie, quo in premissis procedere non valeant, aut alius eorum procedere non valeat, subdelegarunt hincinde alius alium in huiusmodi causa, sic quod vno aut duobus absente seu absentibus, eorum presens aut presentes pro tempore, vices absentis seu absentium, in omnibus exercebit seu exercebunt.

351. Levingistoun—Kilsith.

Die Dominica, xxviij Januarii, anno quingentesimo viij°, indictione xij, pontificatus Julii 2^{di} anno sexto, et regni Jacobi quarti anno xxj: Willelmus Levingistoun de Kilsith obtulit M. Martino Rede cancellario Glasguensi persoluere omnia et omnes summas pro quibus ipse Willelmus extitit excommunicatus, vt ipse asseruit, per literas commissarii de Campsy, ad instanciam dicti cancellarii: Peciit idem W. instrumenta: Acta in loco Fratrum Minorum de Glasgw, hora 3^{a} post meridiem, vel eacirca; testibus, domino Johanne Heriote, Johanne Rede, Wil-


lelmo Levingistoun, filio primogenito dicti domini de Kilsith, A.D. 1509.
Gilberto Tuedy.

352.* Fol. 87.

Anno quingentesimo ix°,
Sum Symsone,
quisquis amans dictis amans
dictis absentum Rodere
Vitam hanc mensam

quisquis amas dictis absentum absentum rodere
vitam hanc mensam vetitam Quum Q

the armys
of the Symsonis



Et omnia opera eius in fide

Samuel inter
eos qui inuocati

The feilde is of asure
The crescentis of siluer
The thortword straik and
dracht of the samyn colour
as the drachtis of the scheilde is of

Jacobus Burne signa-
uit apud Ayre decimo
die mensis Marcii, an-
no Domini millesimo
quingentesimo septimo

Magistros, viz., et dominos Johannem Thorntoun, juniorem, canonicum ecclesie Morauiensis, Jacobum Salmond, vicarium de Durris, Dauid Bonare, vicarium de Borg, nacione Scotos, necnon et Nicholaum Richardi, Nicholaum Virioni et Nicholaum Cumyn, literarum apostolicarum scriptores absentes tanquam presentes.

* These jottings are upon a blank page of the MS., and have all the look of being mere idle scrawls.

A.D. 1509.

Fol. 88.

353. Capitulum Glasguense.

Die Martis, xvij Aprilis, anno quingentesimo ix°, indictione xij, pontificatus Julii 2^di anno sexto, et regni Jacobi quarti xxj: Reuerendissimus in Christo pater, Jacobus Glasguensis archiepiscopus, de nouo in archiepiscopum Glasguensem consecratus, fecit illud juramentum archiepiscopale contentum in libris statutorum capituli Glasguensis, continens archiepiscopos Glasguenses, in forma solita et consueta, juxta tenorem scripti desuper habiti, in presencia Roberti Forman decani, et capituli Glasguensis, ad sonum campane pulsate in loco capitulari capitulariter congregati, tacto ab hoc corporaliter pectore, jurans in verbo archiepiscopali et sancta Dei euangelia: Peciit idem decanus nomine proprio et capituli instrumenta: Acta in loco capitulari hora ix ante meridiem, vel eacirca; testibus, reuerendis in Christo patribus et dominis Dauid, Dei gracia episcopo Ergadiensi, Willelmo permissione diuina abbate de Kylwynyng, dompno Alexandro Scot, priore de Kilwynyn, M. Thoma McClelan, et domino Johanne Rankine, presbitero.

354. [Decanus.]*

Eisdem loco, hora, coram eisdem testibus, idem decanus fecit obedienciam solitam, dicto reuerendissimo patri et suis successoribus, canonice intrantibus, desuper ad sancta Dei euangelia juratus: Competierunt idem reuerendissimus et decanus hincinde instrumenta: Acta vt et vbi supra, postea ex presentia dictorum testium, coram me notario in eisdem loco et hora, idem decanus reuocauit hoc quod supra dixerat nomine capituli: Etiam idem capitulum irritum et cassum habuit hoc quod dixerat, in sua obedientia nomine capituli, nec huiusmodi obedientie assensit seu dissensit, asserens ipsum decanum nullomodo fuisse ab eis mandatum de taliter exprimendo suam obedientiam nomine capituli.

Vacat ex consensu et mandato archiepiscopi.

* This instrument is crossed out in the original.

A.D. 1509.

355. Archiepiscopus Glasguensis Jacobus.

Eisdem die, in choro Glasguensi, in sacra sinodo tenta per dictum reuerendissimum patrem, dicto die, hora quasi xij in meridie, idem reuerendissimus pater fecit publicari, et ad omnium in dicta sinodo congregatorum noticiam, deduci et publice legi, quoddam suum edictum publicum siue mandatum, continens huiusmodi cetum sinodalem, prius affixum in valuis ecclesie Glasguensis, sub signeto et suis subscriptione manuali emanatum: Peciit idem reuerendissimus instrumenta; testibus, Magistris Roberto Forman, decano, Martino Rede, cancellario, Jacobo Neilsoun, Archibaldo Layng, Stephano Dowgles, Patricio Twedy, Willelmo Steward.

356. [Blare.]

Die Veneris, xx Aprilis, anno quingentesimo ix°, indictione vt supra, Jacobus Glasguensis archiepiscopus, constituit commissarios coniunctim et diuisim, Magistros Martinum Rede et Patricium Coventre, ad declarationem domini Bartholomei Blare, penes mutilacionem et demembrationem quorundam parrochianorum de Bigare, ex conflictu inito inter ipsum et dictos parrochianos: Ratum et gratum, cum ceteris clausulis in vberiore forma: Acta intra palacium dicti archiepiscopi, hora x^{a}; testibus, fratre Dauid Andersoun, priore Predicatorum, et domino Jacobo Kyncragy.

357. Jacobus Archiepiscopus Glasguensis. Fol. 89.

Die Sancto Pasche, octauo Aprilis, anno quingentesimo ix°, indictione xij, pontificatus Julii 2^{di} anno sexto, et regni anno xxi: M. Adam Culquhoun, canonicus Glasguensis, nomine et ex parte reuerendissimi patris Jacobi, miseracione diuina Glasguensis archiepiscopi, prius ad sedem archiepiscopalem Glasguensem, certo modo tunc vacantem, per presidentem et capitulum eiusdem postulati, et nuper per sanctissimum dominum nostrum, papam Julium modernum, ex consilio fratrum suorum, in archi-

A.D. 1509. episcopum huiusmodi sedis pronunciatum et assumptum, quasdam literas suplicatorias, seu exhortatorias apostolicas, vera bulla plumbea, cum cordula canapis more Romane curie pendente bullatas, sanas siquidem et integras, non rasas non abolitas, non cancellatas, nec aliter viciatas, sed omni prorsus vicio et suspicione carentes, ut in eis prima facie apparuit, pro venerabili viris Magistro Rolando Blacader, presidente, et capitulo Glasguensi ad sonum campane, etc., in loco capitulari propter ea capitulariter congregatis et capitulum representantibus, easdem qua decuit reuerentia realiter recipientibus, presentauit, realiter dedit, publicauit et intimauit, quibus perlectis, consideratis, et ad plenum intellectis, dicti presidens et capitulum, volentes tanquam obedientes filii, suplicationibus et exhortationibus apostolicis, in omnibus moremgerere, prefatum reuerendissimum patrem Jacobum, in dicte sedis Glasguensis et suum archiepiscopum, ac in patrem et pastorem animarum suarum, juxta tenorem huiusmodi literarum apostolicarum, ipsis desuper directarum, receperunt et acceptarunt: Peciit Magister Adam instrumenta nomine dicti reuerendissimi patris: Acta in loco capitulari hora 2ª post meridiem, vel eacirca; testibus, Magistris et dominis Patricio Coventre, rectore de Garvald, Willelmo Gibson, Colino Watsoun, Georgio Akinhede, Johanne Hawik, presbiteris, notariis publicis, et Jacobo Hammiltoun, scutifero.

358. Jacobus Glasguensis Archiepiscopus.

Eisdem per omnia vt supra, idem Magister Adam, nomine quo supra, presentauit, dedit, publicauit et intimauit, similes sub plumbo apostolicas literas suplicatorias, Magistro Martino Rede rectori Uniuersitatis Glasguensis, nomine dicte vniuersitatis et cleri Glasguensis, easdem debita cum reuerentia recipientes: Quibus perlectis, etc., idem rector nomine vniuersitatis et cleri Glasguensis, recepit eundem reuerendissimum in archiepiscopum sedis Glasguensis, et suum, ac in patrem et pastorem animarum suarum, iuxta vim predictarum literarum apostolicarum, ipsis

desuper directarum: Peciit idem Magister Adam nomine dicti reuerendissimi instrumenta: Acta vt et vbi supra, presentibus quibus supra. A.D. 1509.

359. Jacobus Glasguensis Archiepiscopus.

Eisdem per omnia vt supra, idem Magister Adam nomine quo supra, presentauit, dedit et intimauit similes apostolicas literas suplicatorias seu exhortatorias, Archibaldo Watson et Thome Hugonis balliuis Glasguensibus, easdem nomine ciuium et populi Glasguensium, ea qua decuit humilitate recipientibus: Quibus perlectis idem balliui, nomine dictorum ciuium et populi Glasguensium, eundem reuerendissimum in suum, et dicte sedis archiepiscopum, ac in patrem et pastorem animarum suarum, juxta tenorem dictarum literarum, ipsis desuper directarum humiliter receperunt et acceptarunt: Peciit idem Magister Adam nomine dicti reuerendissimi instrumenta: Acta vt et vbi supra.

360. Jacobus Glasguensis Archiepiscopus.

Die Mercurii, xviij Aprilis, anno quingentesimo ix°, indictione xij, pontificatus Julii 2^di^ anno sexto, et regni anno xxj: Reuerendissimus pater Jacobus Glasguensis archiepiscopus, in loco capitulari ecclesie Glasguensis assidens, sibi decano et capitulo Glasguensibus, ad sonum campane pulsate capitulariter congregatis, ad iura reddenda et causas audiendas, pro tribunali sedentibus, offerebat se promptum et paratum reddere iusticiam, et quod ius commune dictat, quibuscunque volentibus, aliquas ecclesiasticas personas sue diocesis, ab itinere iusticiarii ad ecclesiastice libertatis iurisdictionem replegiatas, prosequi et contra eis in iudicio litem intentare, necnon eisdem complementum iuris reddere: Peciit idem reuerendissimus instrumenta: Acta in loco capitulari hora x^a^ ante meridiem; testibus, reuerendo patre Willelmo, abbate de Kylwynyn, Magistris Roberto Forman, decano, Martino Rede, cancellario, Rolando Blacader, subdecano,

A.D. 1509. Thoma Murhede, Johanne Gibsoun, canonicis Glasguensibus, Dauid Abircrumby, et Willelmo Stewart, presbiteris.

361. Greirsoun.

Eisdem die, loco, coram testibus, quibus supra, hora xj, ante meridiem, vel eacirca: In presentia reuerendissimi patris Jacobi Glasguensis archiepiscopi, et decani et capituli Glasguensium ad sonum campane pulsate capitulariter congregatorum, ad iura reddenda et causas audiendas, pro tribunali in loco capitulari ecclesie Glasguensis sedentium, M. Hugo Greynlaw commissarius de Nyth, et Disnes, et vallis Anandie, veraciter attestans, declarauit et asseruit precium fori communis, cuiuslibet bolli farine de mensura de Nyth, et Disnes, ac vallis Anandie, anni quingentesimi sexti, in anno quingentesimo octauo, fuisse iudicatum et pronunciatum, per ipsum tanquam judicem et commissarium dicte regionis, ad xx solidos monete Scocie, et non ad maius neque minus precium: Peciit Rogerus Greirsoun pro se, ac pro ceteris parrochianis de Thorthorwald, instrumenta: Acta vt et vbi supra.

362. Layng—Ecclesia.

Die Martis, primo Maii, anno quingentesimo ix°, indictione xij, pontificatus Julii 2[di] anno sexto, et regni anno xxj°: Georgius Lile cessit ac renunciauit appellacionem, per ipsum interiecte, a censuris fulminatis per M. Archibaldum Layng, decanum de Ruglyn, contra eundem, ex eo quod non persoluit penas preteritas sibi impositas, pro non adhesione sue sponse, et pro non tractatione matrimoniali affectione eiusdem, et singulis inde secuturis et prouenturis, ac eciam consensit irreuocabiliter et obligauit se in vberiore forma, stare laudo, decreto, et sentencie arbitrali, Magistrorum Martini Rede, Johannis Gibsoun, canonicorum Glasguensium, domini Roberti Clerk, canonici etiam Glasguensis, et Magistri Patricii Coventre, super non adhesione, et non pertractatione legittima, et prout decet dicte suo vxoris, ac super penis

pecuniariis per eundem incursis ex causa prescripta, et hoc sine reclamatione et reductione ad arbitrium boni viri, seu appellacione quacunque: Peciit idem Magister Archibaldus Layng nomine ecclesie, ac reuerendissimi patris Jacobi archiepiscopi Glasguensis, et proprio, instrumenta: Acta in ecclesia Glasguensi, hora xj ante meridiem, vel eacirca; testibus, Magistro Roberto Hammiltoun, Jacobo Heriot, dominis Ricardo Fergussoun, et Colino Watsoun. A.D. 1509. Fol. 90.

363. Rede—Culquhoun—Chanonland.

Die Jouis, x° Maii, anno quingentesimo ix°, indictione xij, pontificatus Julii 2^di^ anno sexto, et regni anno xxj: Georgius Huyde, tenandus in Campole in le Chanonland, rogatus a Magistro Martino Rede, cancellario Glasguensi, balliuo pro tempore terrarum canonicorum, in plana curia de Chanonland, tenta per dictum cancellarium, et M. Adam Culquhoun con balliuum cum eodem, super terris de Chanonland, pro tribunali sedentes, ad iura reddenda et causas audiendas, de quo habebat et tenebat culturam siue assedacionem in Campole? Responsit se tenere huiusmodi culturam de domino Kilbirny: Quare idem cancellarius, nomine et auctoritate decani et capituli Glasguensium ac auctoritate sui officii balliuatus, precepit prohibuit dicto Huyde, et Willelmo Wyle et Roberto Wyle, tenandis in dicta cultura de Campole, extunc presentibus et audientibus, ne ipsi aut eorum aliquis imposterum intromittere presumerent seu presumeret, cum dictis suis terris de Campole, seu easdem occupare, sed se et suos ac sua de eadem statim, et cum omni diligencia, remouerent et remoueret, sub omni pena iuris in hac parte competere poterit, et quam in contrarium facientes incurrere de iure et consuetudine regni poterint: Peciit cancellarius instrumenta nomine capituli et proprio: Acta super solum terrarum de Chanonland, hora x ante meridiem, vel eacirca; testibus, domino Eduardo Tayt, Johanne Alanson, Willelmo Campbell, Johanne Rede.

A.D. 1509.

364. [Chanonland.]

Eisdem die, loco, hora, coram testibus, quibus immediate supra, in dicta curia comparens Thomas Or, sergiandus de Chanonland, fidem fecit, mediante suo juramento, tactis ob hoc corporaliter Scripturis sacrosanctis, ac etiam per Willelmum Clerk, Willelmum Scote, Hugonem Thomsoun, testes sibi adhibitos propterea in dicta curia, in presentia balliuorum iuratos, quod fecit suam diligentiam de prohibendo Thomam Kelso, alias tenandum de Chanonland, et forisfactum propter sua demerita, remouere se et suos et sua de huiusmodi terris, circiter festum Omnium Sanctorum, in anno quingentesimo septimo vltimo elapso, sub pena xl denariorum pro quolibet die sue residencie super dictam culturam, postquam dictus sergiandus accessit domum eiusdem Thome, ad prohibendum eundem, soluendorum irremissibiliter: Quia idem sergiandus iurauit, et etiam dicti testes, quod ipse cum testibus predictis, aderunt domum eiusdem Thome dicto tempore, ad prohibendum eundem, sed ostia eiusdem Thome, prius aperta, ipsis appropinquantibus domum, postea erant, per quos nescitur, clausa, sed idem seriandus; viue vocis oraculo, prohibuit eidem Thome Kelso, et suis quanquam non visis per dictum sergiandum, remouere se et sua de huiusmodi cultura, et in signum huiusmodi prohibicionis reliquit crucem, fixam supra ostium dicti Thome: Postea dominus cancellarius prohibuit dicto Thome Kelso, presenti in dicta curia, de nouo remouere se et sua de huiusmodi terris de Chanonland, tanquam alias et exnunc in dicta etiam curia forisfacto, et precepit Thome Cr sergiando remouere eundem et sua, viz., lay him owt, et imponere vnam taxatam firmam super dictum Thomam, viz., 3 merk quolibet die sue remanencie super dictis terris post huiusmodi prohibicionem, sicuti idem cancellarius extunc imposuit prefatas 3 merk: Peciit M. Adam Culquhoun nomine capituli et balliuorum instrumenta: Acta vt supra inter horas decimam ante meridiem et primam post meridiem.

365. Maxwell—Lyle.

A.D. 1509.

Die Mercurii, xvj Maii, anno quingentesimo ix°, indictione xij, pontificatus Julii 2[di] anno sexto, et regni anno xxj°: Georgius Lile et Margareta Maxwell, coniuges, non vi aut metu ducti, etc., obligarunt se in strictiore forma obligacionis, fraude et dolo seclusis, per extensionem manuum nomine juramenti et in signum fidei date, stare irreuocabiliter laudo et decreto et sentencie arbitrali venerabilium virorum, Magistrorum et domini, Martini Rede cancellarii, Johannis Gibsoun, Roberti Clerk, canonicorum Glasguensium, et Patricii Coventre, rectoris de Garvald, iudicum compromissariorum, siue arbitrum arbitratorum et amicabilium compositorum, inter dictas partes communiter electorum, penes omnia concernentia non adhesionem dictarum coniugum, et singula inde secutura et prouentura, necnon ex eadem emergencia, dependencia, ac eidem connexa et annexa, sine reclamatione seu reductione quacunque, ad arbitrium boni viri seu judicis, alterius cuiuscunque, per appellationem seu quomodolibet alias; renunciando per expressum, omnibus defensionibus et priuilegiis iuris Cesarei et pontificii dolis domini Adriani, parliamentei generalis concilii statuti, cuiusuis, allegacioni mortis alicuius vel aduerse valetudinis exceptioni, aut alteri cuicunque quo minus dictum compromissum viribus subsistat, aut in aliqua sui parte elidatur seu dissoluatur, aut dictis compromittentibus aut eorum alteri preiudicium generetur: Quiquidem iudices arbitratores et amicabiles compositores in se acceptarunt, et quilibet eorundem in se acceptauit, laudare et decernere in huiusmodi causa, inter hinc et proximum festum Pentecostes: Peciit eadem Margareta Maxvell instrumenta: Acta in ecclesia Glasguensi, hora xij in meridie, vel eacirca; testibus, Magistris Adam Culquhoun de Stobo, Roberto Hamiltoun, Thoma Forbas, dominis Georgio Fol. 91.
Akinhede, Alexandro Barry, notariis publicis, et dominis Eduardo Tayt.

A.D. 1509.

366. Episcopus Lesmorensis seu Ergadiensis.

Die Veneris, xviij Maii, anno quingentesimo ix°, indictione xij, pontificatus Julii 2[dl] anno sexto, et regni anno xxj: Dauid Dei gracia episcopus Lesmorensis, et Magister Robertus Barry eius archidiaconus, ab vna, et dominus Dionisius Achinlek, vnicus executor et bonorum principalis intromissor quondam Magistri Dauid Conigham, prepositi de Hammiltoun, et archidiaconi Lesmorensis, dum viueret, ab altera partibus, non vi aut metu ducti, etc., sed ex certa scientia, certisque causis rationabilibus animos suos ad id inducentibus, omnibus melioribus modo, via, jure forma et causa quibus melius et efficacius potuerunt et debuerunt, possuntve et debent, per extensionem manuum, in signum fidei date, compromiserunt et obligarunt se, stare et obedire irreuocabiliter, laudo, decreto et ordinationi, venerabilium virorum Magistrorum et domini Martini Rede, cancellarii, Rolandi Blacader, subdecani, Ade Culquhoun, Johannis Gibsoun, Patricii Elphinstoun, et Roberti Clerk, canonicorum Glasguensium, arbitrorum arbitratorum et amicabilium compositorum, seu iudicum compromissariorum, inter dictas partes communiter electorum, presentium audientium, ac super se onus huiusmodi acceptantium, penes questionem et impetracionem annatarum dicte prepositure de Hammiltoun, et archidiaconatus Lesmorensis, et vtensilium et domiciliorum eiusdem archidiaconatus, hincinde clamatorum: Necnon penes viginti libras vsualis monete, clamatas per dictum dominum Dionisium, tanquam debitas, vt asseritur, per prefatum reuerendum patrem, dicto quondam Magistro Dauide: Quiquidem iudices compromissarii, huiusmodi onus super se acceptantes, laudabunt et decernent super huiusmodi questione et impetracione, inter hinc et proximum festum Sancti Johannis Baptiste, cum potestate prorogandi terminum laudi si opus fuerit, et hoc sine reclamatione, recursu, aut reductione ad arbitrium boni viri: Peciit idem Dauid episcopus instrumenta: Acta in loco capitulari, hora quasi xj ante meridiem; testibus, Magistris et dominis, Dauid Hammiltoun, canonico Glasguensi,

Johanne Sprewle, Johanne Weir, presbiteris, Willelmo Conig- A.D. 1509
ham de Craganis, et Thoma Hugonis, laicis.

367. Episcopus Lesmorensis.

Eodem die, hora, M. Adam Culquhoun asseruit se alias deliberasse, facto, quondam Magistro Dauid Conigham, officiali Glasguensi, tres libros, perlatos de Dwnwn, spectantes, vt credit quondam Roberto, Dei gratia episcopo Lesmorensi defuncto, quos idem officialis ab eodem Magistro Adam recepit: Quorum alius erat Decretales, sed titulum aliorum duorum ignouit: Peciit idem Dauid episcopus instrumenta: Acta vt et vbi, coram quibus supra.

368. Forman Decanus.

Die Jouis, vltimo mensis Maii, anno quingentesimo ix°, indictione xij, pontificatus Julii 2^{di} anno vj^{to}, et regni anno xxj°: Magistri et domini Robertus Forman, decanus, Johannes Forman, precentor, Martinus Rede, cancellarius, Thomas Murhede de Stobo, Johannes Gibsoun de Ranfrew, Patricius Elphinstoun de Irskin, Nicholaus Greynlaw de Edulfistoun, Robertus Fawside de Moffet, pro se ac procuratorio nomine M. Michaelis Flemyng, prebendarii de Torboltoun, de cuius procuratoris mandato michi luculenter constabat, Robertus Clerk de Durisdere, Georgius Montgomery de Eglischam, Alexander Hammiltoun de Cambuslang, et Patricius Graham de Killern, prebendarii, canonici Glasguenses, in capitulo generali Pentecostali, ad sonum campane pulsate conuocati, et capitulum generale facientes et representantes, solennem tractatum habentes, et diu mutuo consultantes, ac in deliberatione fratrum, et in medium reponentes de subsidio pecuniario, siue gratuita contributione, propriandis reuerendissimo patri Jacobo Glasguensi archiepiscopo, pro redemptione et expeditione bullarum suarum, et releuamine debitorum suorum, prout et quemadmodum a dicto reuerendissimo, per literas missiuas eiusdem, desideratum est, tandem per singulos canonicos

A.D. 1509. predictos ad vocare rogatos, et seorsum ac omnium vno ore conuentum, ac vnanimiter conclusum et decretum est, nullum eidem reuerendissimo debere dari subsidium seu gratitudinem pecuniariam, nec aliquid simile aut aliquod aliud nomine eorundem, per dictum capitulum, quia contra priuilegia libertates eiusdem, ac iuramenta peculiaria dictorum canonicorum, ad que priuilegia defendenda et manutenenda, ipsi et omnium singuli aliqui sacramento astricti erant: Insuper idem decanus solemniter illic protestatus est, nichil magnorum et arduorum negociorum capituli in absentia eiusdem, existentis in regno, et in obsequio regio, sicuti in presenciarum est, ipso inconsulto citra eum, per dictum capitulum, seu contra priuilegia et libertates eiusdem debere imposterum attemptari seu terminari, secus factum et attemptatum non cedere sibi suisve successoribus, aut dicto capitulo, in preiudicum aliquod, similiter protestabat: Peciit idem decanus nomine proprio et capituli instrumenta: Acta in loco capitulari, hora decima ante meridiem; testibus, dominis Alexandro Panter, Georgio Drummont, et Roberto Durand.

369. Decanus Forman.

Die Sabbati, 2° mensis Junii, anno quo supra, domini Thomas Forsith, Georgius Cameron, Johannes Cokburn, Thomas Smyth, Andreas Wawch, Johannes Mowsfald, Laurencius Dikkeson, Willelmus Burell, Johannes Heriote, Robertus Brady, Robertus Durand, Andreas Mosman, Johannes Huchonsoun, Alexander Panter, Colinus Watson, et M. Willelmus Brown, et dominus Macolmus Flemyn, et Andreas Heriote, stallarius de Stobo, vicarii chori Glasguensis, concesserunt, vnanimi consensu et assensu, in capitulo generali Pentecostali, coram Roberto Forman, decano et capitulo, ad sonum, etc., capitulariter congregatis, et capitulum generale representantibus, quod dominus Willelmus Smyth, capellanus decani fundatus per quondam M. Jacobum Lindesay, decanum Glasguensem, habeat imposterum annuatim integram dimidiam partem communium distribucionum vicario-

rum chori, curiis vicariorum incumbere, potentem ad quantam-libet summam, a casu ascenderunt, juxta tenorem fundationis eiusdem: Quorum voluntati et consensu, idem decanus et capitulum concurrentes, interposuerunt suum decretum, vt id perpetuis futuris temporibus, per dictos vicarios et suos successores inuiolabiliter obseruetur; et eidem domino Willelmo et suis successoribus, de dictis dimidiis distributionibus annuis, vicariorum incumbere debentium per dictos vicarios et suos procuratores, annuatim respondeatur et persoluatur, iuxta tenorem fundationis dicti quondam M. Jacobi Lindesay: Peciit idem decanus, nomine proprio ac dicti domini Willelmi Smyth, et successorum eorundem, instrumenta: Acta in loco capitulari, hora xj ante meridiem, vel eacirca; testibus, canonicis, Magistris et dominis, Thoma Murhede, Patricio Elphinstoun, Nicholao Greynlaw, Patricio Graham, Johanne Gibsoun, Roberto Fawside, et Roberto Clerk, canonicis Glasguensis.

A.D. 1509.

Fol. 92.

370. Cancellarius.

Eisdem die, loco, et hora, coram decano et capitulo in capitulo generali, M. Martinus Rede, ne lites imperpetuum vigeant, solenniter protestatus est, de non intrando lites penes quandam cameram, sibi alias ex decreto decani et capituli in capitulo generali adiudicatam, sitam in loco vicariorum chori, extunc per M. Rolandum Blacader subdecanum certo iure, ut asseritur, sibi pertinere, et suis stallariis spectare clamatam: Peciit idem M. Martinus cancellarius instrumenta: Acta in loco capitulari, hora qua supra; testibus, quibus supra.

371. Subdecanus Glasguensis.

Eisdem per omnia: Idem M. Rolandus Blacader subdecanus, peciit a dictis decano et capitulo sibi fieri justiciam de predicta camera, quam a se et suo stallario iniuste acceptam, ac se de eadem spoliatum asseruit: Peciit idem subdecanus instrumenta:

A.D. 1509. Etiam protestatus est solenniter de iusticia sibi ministranda, per dictum decanum et capitulum de predicta camera: Acta vt et vbi supra per omnia.

372. Akinhede—Culquhoun—Cassiltoun.*

Istud prothocollum est autenticum.

Die Lune, xxv Junii, anno quingentesimo ix°, indictione xij, pontificatus Julii 2^di^ anno sexto, et regni xxij: Johannes Montgomery, balliuus deputatus nobilis et potentis domini Hugonis domini Montgomery, ac balliui de Conigham, corporaliter accessit ad terras de Casseltoun, jacentes in parochia de Stewartoun, ballia de Conigham, et infra vicecomitatum de Aire: Et ibidem quasdam precepti saisine pergameni literas, a capella regia alias emanatas, sub cera alba more dicte capelle clausas, per dictum balliuum ex auulsione huiusmodi cere albe patefactas et apertas, michi notario publico subscripto easdem recipienti presentatas, facto, realiter, et in scriptis infrascripti tenoris tradidit publicandas et legendas:—Jacobus Dei gratia Rex Scotorum: Petrus Culquhoun habet istud preceptum capelle regie, etc.: Post quarumquidem literarum precepti saisine donationem, receptionem, publicationem, et lecturam, michi notario publico subscripto, et per me sic vt premittitur factas, idem Johannes Montgomery, balliuus deputatus dicti balliui de Conigham, vigore preinsertarum literarum precepti saisine et contentorum in eisdem, necnon mandati ex tenore earundem sibi desuper facti, saisinam, statum hereditarium, necnon realem, actualem et corporalem possessionem, de dictis duabus mercatis terrarum antiqui extentus cum pertinentiis de Cassiltoun, et 3^a^ parte molendini eiusdem cum pertinentiis, jacentibus in parochia de Stewartoun, ballia de Conigham, infra vicecomitatum de Ayre, extendentibus ad totalem et integram equalem et proportionalem tertiam partem

* This and the three following deeds are crossed with ink in the original, but the side notes in the same hand show that they were to be held valid, except the two marked *vacat*.

omnium et singularum sex mercatarum terrarum antiqui extentus, ac molendini predicti de Cassiltoun, cum pertinentiis, per terram massam et lapides, vt moris est, secundum vim, formam, et tenorem preinsertarum literarum precepti saisine, dicto domino Dauid Akinhede et heredibus suis, tanquam vni propinquiorum et legitimorum heredum dicti quondam Magistri Dauid Conigham, realiter et in forma debita tradidit et deliberauit, saluo iure cuiuslibet, imperpetuum, in persona Johannis Armour, actornati legitimi et eo nomine dicti domini Dauide, huiusmodi actornatorium officium sponte in se suscipientis, prout et quemadmodum de actornatorio mandato eiusdem, per literas predicte capelle regie pergameni patentes, alba cera pendente sigillo sigillatas, illic publice perlectas et ostensas, legitimam fecit fidem, huiusmodi saisinam, statum hereditarium et corporalem possessionem, dictarum duarum mercatarum terrarum, et 3^{e} partis molendini predicti cum pertinentiis, nomine quo supra, et vigore sui officii actornatorii, recipientis et acceptantis: Peciit idem actornatus nomine dicti domini Dauid instrumenta: Acta super solum dictarum terrarum, hora decima ante meridiem, vel eacirca; testibus, Willelmo Ker, Willelmo Androson, Alexandro Arnot, Dauide Murhede, Willelmo Lowthian, et Johanne Spens: Sequitur forma breuis:— A.D. 1509. Nichil vacat.

JACOBUS Dei gratia Rex Scotorum, vicecomiti et balliuis suis de Ayre, quia per inquisicionem de mandato nostro per vos factam, et ad capellam nostram retornatam, compertum est, quod quondam Magister Dauid Conigham canonicus Glasguensis, auunculus domini Dauid Akinhede capellani, latoris presentium, obiit vltimo vestitus et saisitus, vt de feodo, ad pacem et fidem nostram, de sex mercatis terrarum antiqui extentus de Cassiltoun, vnacum molendino eiusdem, cum suis pertinentiis, jacentibus in parochia de Stewartoun, ballia de Conigham, et infra balliam uestram; et quod dictus dominus Dauid est vnus de legitimis et propinquioribus heredibus eiusdem quondam Magistri Dauid, auunculi sui, de dictis terris cum molendino— viz., de duabus mercatis terrarum predictarum, et 3^{a} parte

A.D. 1509. molendini predicti cum pertinentiis; et quod est legitime etatis; et quod de nobis tanquam Senescallo Scotie tenentur in capite; vobis precipimus et mandamus quatinus dicto domino Dauid, vel suo certo actornato, latori presentium, saisinam predictarum duarum mercatarum terrarum et 3e partis molendini predicti, cum suis pertinentiis, juste habere faciatis, et sine dilatione: Saluo jure cuiuslibet: Capiendo securitatem de tribus mercis de firmis predictarum duarum mercatarum terrarum de Cassiltoun, et 3e partis molendini predicti cum pertinentiis, existentibus in mani-

Fol. 93. bus nostris tanquam in manibus Senescalli Scotie, termini Pentecostes vltimi preteriti, saisina non recuperata; que firme se extendunt annuatim ad sex mercas: et de sex mercis de releuio earundem, nobis tanquam Senescallo Scotie predicto debitis: Et hoc nullo modo omittatis: Presentibus post proximum terminum minime valituris: Teste meipso: Apud Edinburgh xvjo die mensis Junii anno regni xxijo.

373. Purdholme—Culquhoun—Cassiltoun.

Eisdem die, loco, hora, coram testibus prescriptis: Idem Johannes Montgomery, balliuus deputatus Hugonis domini Montgomery, balliui de Conigham, corporaliter accessit ad pre-

Istud prothocollum est autenticum. dictas terras de Cassiltoun, et ibidem similes capelle regie precepti saisine pergameni literas, sub cera alba clausas, et per auulsionem cere per dictum balliuum patefactas, michi notario easdem recipienti, facto realiter et in scriptis infrascripti tenoris tradidit publicandas et perlegendas:—Jacobus Dei gratia Rex Scotorum, vicecomiti et balliuis suis de Ayre, salutem: Quia per inquisitionem de mandato nostro per vos factam, et ad capellam nostram retornatam, compertum est quod quondam Magister Dauid Conigham, canonicus Glasguensis, auunculus Willelmi Purdhome latoris presentium, obiit vltimo vestitus et saisitus, vt de feodo, ad pacem et fidem nostram, de sex mercatis terrarum antiqui extentus de Cassiltoun, vnacum molendino eiusdem, cum suis pertinentiis, jacentibus in parochia de Stewartoun,

A.D. 1509.

Nichil vacat.

ballia de Conigham, et infra balliam vestram; et quod dictus Willelmus est vnus de legittimis et propinquioribus heredibus eiusdem quondam Magistri Dauide, auunculi sui, de dictis terris et molendino cum pertinentiis, viz., de duabus mercatis terrarum predictarum, et tertia parte molendini predicti cum pertinentiis; et quod est legitime etatis; et quod de nobis tanquam Senescallo Scotie tenentur in capite: Vobis precipimus et mandamus quatinus dicto Willelmo, vel suo certo actornato, latori presentium, saisinam predictarum duarum mercatarum terrarum, et tercie partis molendini predicti, cum suis juste haberi faciatis, et sine dilatione, saluo jure cuiuslibet: Capiendo securitatem de tribus mercis de firmis predictarum duarum mercatarum terrarum de Cassiltoun, et 3^e^ partis molendini predicti cum pertinentiis, existentibus in manibus nostris tanquam in manibus Senescalli Scotie, predicti termini Pentecostes vltimo preteriti, saisina non recuperata; que firme se extendunt annuatim ad sex mercas; et de sex mercis releuio earundem, nobis tanquam Senescallo Scotie predicto debitis: Et hoc nullo modo omittatis: Presentibus post proximum terminum minime valituris: Teste meipso: Apud Edinburgh, xvj° die mensis Junii, anno regni nostri xxij°: Post quarum literarum donationem receptionem publicationem et lecturam, michi, et per me, etc., vt supra, idem balliuus deputatus dedit saisinam, et statum hereditarium, necnon corporalem possessionem de dictis duabus mercatis terrarum antiqui extentus, et 3^a^ parte molendini predicti de Cassiltoun cum pertinentiis, per terram et lapides, prefato Willelmo Purdhome et suis heredibus, saluo jure cuiuslibet, imperpetuum, secundum tenorem preinsertarum literarum precepti saisine, in personam dicti Johannis Armour actornati, et eo nomine dicti Willelmi, ad id sufficiens habentis mandatum, vt supra: Peciit idem actornatus nomine dicti Willelmi instrumenta: Acta vt et vbi supra in prothocollo precedenti immediate.

A.D. 1509. molendini predicti cum pertinentiis; et quod est legitime etatis; et quod de nobis tanquam Senescallo Scotie tenentur in capite; vobis precipimus et mandamus quatinus dicto domino Dauid, vel suo certo actornato, latori presentium, saisinam predictarum duarum mercatarum terrarum et 3ᵉ partis molendini predicti, cum suis pertinentiis, juste habere faciatis, et sine dilatione: Saluo jure cuiuslibet: Capiendo securitatem de tribus mercis de firmis predictarum duarum mercatarum terrarum de Cassiltoun, et 3ᵉ partis molendini predicti cum pertinentiis, existentibus in mani-
Fol. 93. bus nostris tanquam in manibus Senescalli Scotie, termini Pentecostes vltimi preteriti, saisina non recuperata; que firme se extendunt annuatim ad sex mercas: et de sex mercis de releuio earundem, nobis tanquam Senescallo Scotie predicto debitis: Et hoc nullo modo omittatis: Presentibus post proximum terminum minime valituris: Teste meipso: Apud Edinburgh xvjᵒ die mensis Junii anno regni xxijᵒ.

373. Purdholme—Culquhoun—Cassiltoun.

Eisdem die, loco, hora, coram testibus prescriptis: Idem Johannes Montgomery, balliuus deputatus Hugonis domini Montgomery, balliui de Conigham, corporaliter accessit ad pre-
Istud prothocollum est autenticum. dictas terras de Cassiltoun, et ibidem similes capelle regie precepti saisine pergameni literas, sub cera alba clausas, et per auulsionem cere per dictum balliuum patefactas, michi notario easdem recipienti, facto realiter et in scriptis infrascripti tenoris tradidit publicandas et perlegendas:—Jacobus Dei gratia Rex Scotorum, vicecomiti et balliuis suis de Ayre, salutem: Quia per inquisitionem de mandato nostro per vos factam, et ad capellam nostram retornatam, compertum est quod quondam Magister Dauid Conigham, canonicus Glasguensis, auunculus Willelmi Purdhome latoris presentium, obiit vltimo vestitus et saisitus, vt de feodo, ad pacem et fidem nostram, de sex mercatis terrarum antiqui extentus de Cassiltoun, vnacum molendino eiusdem, cum suis pertinentiis, jacentibus in parochia de Stewartoun,

ballia de Conigham, et infra balliam vestram; et quod dictus Willelmus est vnus de legittimis et propinquioribus heredibus eiusdem quondam Magistri Dauide, auunculi sui, de dictis terris et molendino cum pertinentiis, viz., de duabus mercatis terrarum predictarum, et tertia parte molendini predicti cum pertinentiis; et quod est legitime etatis; et quod de nobis tanquam Senescallo Scotie tenentur in capite: Vobis precipimus et mandamus quatinus dicto Willelmo, vel suo certo actornato, latori presentium, saisinam predictarum duarum mercatarum terrarum, et tercie partis molendini predicti, cum suis juste haberi faciatis, et sine dilatione, saluo jure cuiuslibet: Capiendo securitatem de tribus mercis de firmis predictarum duarum mercatarum terrarum de Cassiltoun, et 3e partis molendini predicti cum pertinentiis, existentibus in manibus nostris tanquam in manibus Senescalli Scotie, predicti termini Pentecostes vltimo preteriti, saisina non recuperata; que firme se extendunt annuatim ad sex mercas; et de sex mercis releuio earundem, nobis tanquam Senescallo Scotie predicto debitis: Et hoc nullo modo omittatis: Presentibus post proximum terminum minime valituris: Teste meipso: Apud Edinburgh, xvj° die mensis Junii, anno regni nostri xxij°: Post quarum literarum donationem receptionem publicationem et lecturam, michi, et per me, etc., vt supra, idem balliuus deputatus dedit saisinam, et statum hereditarium, necnon corporalem possessionem de dictis duabus mercatis terrarum antiqui extentus, et 3a parte molendini predicti de Cassiltoun cum pertinentiis, per terram et lapides, prefato Willelmo Purdhome et suis heredibus, saluo jure cuiuslibet, imperpetuum, secundum tenorem preinsertarum literarum precepti saisine, in personam dicti Johannis Armour actornati, et eo nomine dicti Willelmi, ad id sufficiens habentis mandatum, vt supra: Peciit idem actornatus nomine dicti Willelmi instrumenta: Acta vt et vbi supra in prothocollo precedenti immediate.

A.D. 1509.

Nichil vacat.

A.D. 1509. molendini predicti cum pertinentiis; et quod est legitime etatis; et quod de nobis tanquam Senescallo Scotie tenentur in capite; vobis precipimus et mandamus quatinus dicto domino Dauid, vel suo certo actornato, latori presentium, saisinam predictarum duarum mercatarum terrarum et 3e partis molendini predicti, cum suis pertinentiis, juste habere faciatis, et sine dilatione: Saluo jure cuiuslibet: Capiendo securitatem de tribus mercis de firmis predictarum duarum mercatarum terrarum de Cassiltoun, et 3e partis molendini predicti cum pertinentiis, existentibus in mani-
Fol. 93. bus nostris tanquam in manibus Senescalli Scotie, termini Pentecostes vltimi preteriti, saisina non recuperata; que firme se extendunt annuatim ad sex mercas: et de sex mercis de releuio earundem, nobis tanquam Senescallo Scotie predicto debitis: Et hoc nullo modo omittatis: Presentibus post proximum terminum minime valituris: Teste meipso: Apud Edinburgh xvj° die mensis Junii anno regni xxij°.

373. Purdholme—Culquhoun—Cassiltoun.

Eisdem die, loco, hora, coram testibus prescriptis: Idem Johannes Montgomery, balliuus deputatus Hugonis domini Montgomery, balliui de Conigham, corporaliter accessit ad predictas terras de Cassiltoun, et ibidem similes capelle regie precepti saisine pergameni literas, sub cera alba clausas, et per auulsionem cere per dictum balliuum patefactas, michi notario easdem recipienti, facto realiter et in scriptis infrascripti tenoris tradidit publicandas et perlegendas:—Jacobus Dei gratia Rex Scotorum, vicecomiti et balliuis suis de Ayre, salutem: Quia per inquisitionem de mandato nostro per vos factam, et ad capellam nostram retornatam, compertum est quod quondam Magister Dauid Conigham, canonicus Glasguensis, auunculus Willelmi Purdhome latoris presentium, obiit vltimo vestitus et saisitus, vt de feodo, ad pacem et fidem nostram, de sex mercatis terrarum antiqui extentus de Cassiltoun, vnacum molendino eiusdem, cum suis pertinentiis, jacentibus in parochia de Stewartoun,

Istud prothocollum est autenticum.

ballia de Conigham, et infra balliam vestram; et quod dictus Willelmus est vnus de legittimis et propinquioribus heredibus eiusdem quondam Magistri Dauide, auunculi sui, de dictis terris et molendino cum pertinentiis, viz., de duabus mercatis terrarum predictarum, et tertia parte molendini predicti cum pertinentiis; et quod est legitime etatis; et quod de nobis tanquam Senescallo Scotie tenentur in capite: Vobis precipimus et mandamus quatinus dicto Willelmo, vel suo certo actornato, latori presentium, saisinam predictarum duarum mercatarum terrarum, et tercie partis molendini predicti, cum suis juste haberi faciatis, et sine dilatione, saluo jure cuiuslibet: Capiendo securitatem de tribus mercis de firmis predictarum duarum mercatarum terrarum de Cassiltoun, et 3e partis molendini predicti cum pertinentiis, existentibus in manibus nostris tanquam in manibus Senescalli Scotie, predicti termini Pentecostes vltimo preteriti, saisina non recuperata; que firme se extendunt annuatim ad sex mercas; et de sex mercis releuio earundem, nobis tanquam Senescallo Scotie predicto debitis: Et hoc nullo modo omittatis: Presentibus post proximum terminum minime valituris: Teste meipso: Apud Edinburgh, xvj° die mensis Junii, anno regni nostri xxij°: Post quarum literarum donationem receptionem publicationem et lecturam, michi, et per me, etc., vt supra, idem balliuus deputatus dedit saisinam, et statum hereditarium, necnon corporalem possessionem de dictis duabus mercatis terrarum antiqui extentus, et 3a parte molendini predicti de Cassiltoun cum pertinentiis, per terram et lapides, prefato Willelmo Purdhome et suis heredibus, saluo jure cuiuslibet, imperpetuum, secundum tenorem preinsertarum literarum precepti saisine, in personam dicti Johannis Armour actornati, et eo nomine dicti Willelmi, ad id sufficiens habentis mandatum, vt supra: Peciit idem actornatus nomine dicti Willelmi instrumenta: Acta vt et vbi supra in prothocollo precedenti immediate.

A.D. 1509.

Nichil vacat.

A.D. 1509.

374. Culquhoun.

Eisdem die, loco, hora 2ª post meridiem, vel eacirca, coram testibus, Roberto Mwre in Collian, Alexandro Arnot, Johanne Armour, et Gilberto Mwre: Dauid Murhede, balliuus in hac parte domini Dauidi Akinhede, rectoris de Hoddome, ac vnius dominorum comparcionalium terrarum de Cassiltoun antiqui extentus, et molendini, viz., domini 3ᵉ partis predictarum terrarum et molendini, vigore literarum balliuatus dicti domini Dauid, illic productarum et perlectarum, et contentorum in eisdem, dedit saisinam, statum hereditarium, et corporalem possessionem, de totali integra equali et proportionali 3ª parte dictarum sex mercatarum antiqui extentus, ac molendini cum pertinentiis de Cassiltoun, extendente ad duas mercatas antiqui extentus, et 3ᵃᵐ partem dicti molendini, per terram et lapides, Petro Culquhoun et Elizabet Elphinstoun sponse sue, pro toto tempore vite sue, in coniuncta infeodatione, et heredibus inter eosdem legitime procreatis seu procreandis, quibus deficientibus, heredibus dicti Petri quibuscunque, secundum tenorem carte infeodationis quam inde habent, imperpetuum: Tenoř literarum balliuatus est talis:—Dauid Akinhede, rector ecclesie de Hoddwm, ac vnus Vacat. dominorum comparcionalium terrarum antiqui extentus ac molendini de Cassiltoun cum pertinentiis, viz., dominus cuiusdam totius et integre 3ᵉ partis eorundem, dilectis meis Willelmo Lowthian, Dauid Murhede, et Johanni Spens, ac eorum cuilibet, coniunctim et diuisim, balliuis meis in hac parte specialiter constitutis, salutem: Quia vendidi et alienaui hereditarie, prouido viro Petro Culquhoun, burgensi de Glasgw, prefatam totam et integram 3ᵃᵐ meam partem, omnium et singularum sex mercatarum terrarum antiqui extentus, ac molendini predicti de Cassiltoun cum suis pertinentiis, extendentem ad duas mercatas terrarum antiqui extentus, et integram 3ᵃᵐ partem equalem ac proportionalem dicti molendini de Cassiltoun, cum omnibus suis pertinentiis, jacentem in parochia de Stewartoun, ballia de Conigham, et intra vicecomitatum de Ayre, prout in carta mea

prefato Petro Culquhoun et Elizabet Elphinstoun sponse sue A.D. 1509.
pro toto tempore vite sue, et eorundem alteri diucius viuenti, in coniuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legitime procreatis seu procreandis, quibus forte deficientibus, heredibus dicti Petri quibuscunque, inde confecta plenius continetur: Vobis igitur et vestrum cuilibet, coniunctim et diuisim, precipio et firmiter mando, quatinus, visis presentibus, indilate saisinam et statum hereditarium, necnon realem actualem et corporalem possessionem, tocius et integre predicte 3^{e} partis, omnium et singularum prefatarum sex mercatarum terrarum antiqui extentus, ac molendini sepedicti de Cassiltoun, cum suis pertinentiis, extendentis ad duas mercatas terrarum antiqui extentus, et ad integram 3^{am} partem equalem et proportionalem dicti molendini de Cassiltoun, cum vniuersis et singulis suis pertinentiis, prefatis Petro Culquhoun et Elizabet Elphinstoun sponse sue, pro toto tempore vite sue, et eorundem alteri diucius viuenti, in coniuncta infeodatione, heredibusque inter ipsos legitime pro- Fol. 94.
creatis seu procreandis, quibus forte deficientibus, heredibus dicti Petri quibuscunque, vel suis certo aut certis actornato seu actornatis, latori vel latoribus presentium, juxta et secundum tenorem carte mee predicte quam inde habent, iuste deliberetis et haberi faciatis; et hoc nullo modo omittatis: Ad quod faciendum, vobis et vestrum cuilibet coniunctim et diuisim, meam plenariam et irreuocabilem, tenore presentium, committo potestatem: In cuius rei testimonium, presentibus manu mea subscriptis, sigillum meum est appensum: Apud ciuitatem Glasguensem, die xxv mensis Junii, anno Domini millesimo quingentesimo ix^{o}; coram hiis testibus, Magistro Dauid Dwn, dominis Thoma Conigham, notariis publicis, Thoma Forsith, presbiteris, Johanne Leiche, Eduardo Campbell, et Johanne Scotland, laicis, cum multis aliis: Petierunt idem Petrus et Elizabet hincinde instrumenta.

A.D. 1509.

375. Culquhoun.

Eisdem die, anno, loco, hora, coram testibus prescriptis: Idem Dauid Murhede, balliuus Willelmi Purdhome, dedit saisinam et statum hereditarium prefatis Petro et Elizabet, in coniuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legitime procreatis seu procreandis, quibus deficientibus, heredibus dicti Petri quibuscunque, per terram et lapides, imperpetuum, de simili 3ª parte dictarum sex mercatarum antiqui extentus, et molendini de Cassiltoun cum pertinentiis, extendente ad duas mercatas terrarum antiqui extentus, et 3am partem molendini predicti, secundum tenorem carte Willelmi Purdhome eisdem desuper confecte, vigore literarum balliuatus et precepti saisine dicti Willelmi illic productarum, et per me publicatarum et perlectarum: Tenor dictarum literarum est talis:—Willelmus Purdhome, vnus dominorum comparcionalium terrarum antiqui extentus ac molendini de Cassiltoun cum pertinentiis, viz., dominus totius et integre cuiusdam tertie partis eorundem, dilectis meis Willelmo Lowthian, Dauidi Murhede, et Johanni Spens, ac eorum cuilibet, coniunctim et diuisim, balliuis meis in hac parte specialiter constitutis, salutem: Quia vendidi et alienaui hereditarie, prouido viro Petro Culquhoun burgensi de Glasgw, prefatam totam et integram 3am meam partem omnium et singularum sex mercatarum terrarum antiqui extentus, ac molendini prefati de Cassiltoun cum suis pertinentiis, extendentem ad duas mercatas terrarum antiqui extentus, et ad integram tertiam partem equalem et proportionalem huiusmodi molendini de Cassiltoun, cum omnibus suis pertinentiis, jacentes in parochia de Stewartoun, ballia de Conigham, et intra vicecomitatum de Ayre, prout in carta mea prefato Petro Culquhoun et Elizabet Elphinstoun sponse sue, pro toto tempore vite sue, ac eorundem alteri diucius viuenti, in coniuncta infeodatione, heredibusque inter ipsos legitime procreatis seu procreandis, quibus forte deficientibus, heredibus dicti Petri quibuscunque, inde confecta, plenius continetur: Vobis igitur et vestrum cuilibet coniunctim et diuisim

Vacat.

precipio et firmiter mando, quatinus, visis presentibus, indilate, saisinam et statum hereditarium, necnon realem, actualem et corporalem possessionem, totius et integre predicte 3ᵉ partis omnium et singularum prefatarum sex mercatarum terrarum antiqui extentus, ac molendini sepedicti de Cassiltoun cum suis pertinentiis, extendentis ad duas mercatas terrarum antiqui extentus, et ad totam et integram 3ᵃᵐ partem equalem et proportionalem dicti molendini de Cassiltoun, cum vniuersis et singulis suis pertinentiis, prefatis Petro Culquhoun et Elizabet Elphinstoun sponse sue, pro toto tempore vite sue, et eorundem alteri diucius viuenti, in conjuncta infeodatione, heredibusque inter ipsos legitime procreatis seu procreandis, quibus forte deficientibus, heredibus dicti Petri quibuscunque, vel suis certo aut certis actornato seu actornatis, latori vel latoribus presentium, juxta et secundum tenorem carte mee predicte quam inde habent, juste deliberetis et haberi faciatis; et hoc nullo modo omittatis: Ad quod faciendum, vobis et vestrum cuilibet coniunctim et diuisim, meam plenariam et irreuocabilem tenore presentium committo potestatem: In cuius rei testimonium, presentibus, manu mea subscriptis, sigillum meum est appensum, apud ciuitatem Glasguensem, die xxv mensis Junii, anno Domini millesimo quingentesimo ix°; coram hiis testibus, Magistro Dauide Dwn, domino Thoma Conigham, presbiteris, notariis publicis, Johanne Leiche, Eduardo Campbel, et Johanne Scotland, laicis, cum multis aliis: Petierunt idem Petrus et Elizabet hinc inde instrumenta: Acta vt et vbi supra.

A.D. 1509.

Vacat.

376. Culquhoun—Luss.

Die Veneris, xiij Julii, anno quingentesimo ix°, indictione xij, pontificatus Julii 2ᵈⁱ anno sexto, et regni xxij: M. Patricius Graham, Robertus Striueling, Wmfridus Culquhoun, M. Robertus Culquhoun vicarius de Luss, Macolmus Culquhoun, testes producti pro parte Wmfridi Culquhoun, filii domini de Lus, et Helene Grahame, filie comitis de Montros, se quarto consanguine-

A.D. 1509. itatis gradu attingentium, ac inuicem matrimonialiter copulari desiderantium, ac jurati, examinati et interrogati per Magistrum Martinum Rede cancellarium Glasguensem, ac commissarium in hac parte Jacobi Glasguensis archiepiscopi, commissarii judicisque vnici, et executoris, ad dispensandum cum dictis Vmfrido et Helena, super huiusmodi impedimento, vigore literarum dispensatoriarum apostolicarum desuper directarum, dixerunt in suis sacramentis, quod ipse Wmfridus et Helena attingunt se quarto consanguinitatis gradu; quia Cristina Erskyn, soror domini Thome Erskyn, peperit Willelmum Graham, qui Willelmus genuit Willelmum Graham, dominum Graham modernum, qui Willelmus modernus genuit Helenam, cum qua est dispensandum: Et ex alia parte, dominus Thomas Erskyn, frater dicte Cristine, genuit quandam Helenam Erskyn, que Helena peperit dominum Johannem Culquhoun de Luss militem modernum, qui dominus Johannes genuit Wmfridum, cum quo est dispensandum: Peciit idem dominus Johannes Culquhoun, miles, instrumenta: Acta in ecclesia Glasguensi, hora x ante meridiem, vel eacirca; testibus, Magistris Adam Culquhoun, Dauid Dwn, et Jacobo Culquhoun.

377. ACHINLEK.

Die Jouis, xij Julii, anno, indictione, pontificatu, regno, quibus immediate supra: Quia Johannes Sprewle, dominus de Coldoun, ac terrarum de Dalmwre cum pertinentiis, *alias vendidit* et Fol. 95. alienauit hereditarie, domino Dionisio Achinlek capellano, *illas* australes duas mercatas terrarum et dimidiam mercatam terrarum antiqui extentus de Dalmure cum pertinentiis, proxime jacentes aquam de Clyde, de quinque libratis terrarum suarum antiqui extentus de Dalmure cum pertinentiis, jacentibus in comitatu de Leuenax, intra vicecomitatum de Dunbretan, prout in carta sua inde confecta dicto domino Dionisio Achinlek suisque heredibus et assignatis plenius continetur: Idcirco in mei notarii publici et testium subscriptorum presentia, personaliter

constitutus idem Johannes Spreul, corporaliter accessit ad dictas terras de Dalmur cum pertinentiis; et ibidem vigore huiusmodi venditionis et alienationis dictarum terrarum, sic ut premittitur per ipsum prius factarum, saisinam, statum hereditarium, necnon realem, actualem et corporalem possessionem, de dictis duabus australibus mercatis, et dimidia mercata terrarum antiqui extentus de Dalmur cum pertinentiis, proxime adiacentibus aquam de Clyde, de quinque libratis terrarum suarum predictarum de Dalmure cum pertinentiis, per terre et lapidis traditionem, prefato domino Dionisio presenti et acceptanti, suisque heredibus et assignatis, secundum tenorem carte sue infeodationis inde confecte, realiter et in forma debita, sua propria manu, tradidit ac deliberauit imperpetuum: Peciit idem dominus Dionisius instrumenta: Acta super solum dictarum terrarum, hora quasi septima post meridiem, vel eacirca; anno, die, etc., Idem Johannes concessit suum sigillum procuratum appendi premissis; testibus, Roberto Hall, filio et apparenti herede Ade Hall de Fowlbare, Johanne Bard, Waltero Bard, et Willelmo Ferguson. A.D. 1509.

378. Siluer—Kilmacolm.

Die Sabati, xiiij Julii, anno, indictione, pontificatu, quibus immediate supra: Rolandus Blacader, subdecanus, presidens, et capitulum, ad sonum campane in loco capitulari, etc., congregati, ad suplicationem et requestam supremi domini regis, ex literis clausis eiusdem eisdem desuper factis, licenciarunt et omnimodam libertatem suam dederunt, quantum eis pertinet, domino Willelmo Siluer, alias seruicio ecclesie Glasguensis, mediante suis juramento et obligatione, astricto ad remanendum in seruicio dicti supremi domini regis, pro anno futuro, a data presentium integre complendo duntaxat, non obstante huiusmodi juramento et obligatione: Peciit Thomas Crawfurd nomine dicti domini Willelmi Siluer instrumenta: Acta in loco capitulari, hora ix ante meridiem; testibus, dominis capitularibus, viz., Magistris et dominis Martino Rede, Thoma Murhede, Adam Culquhoun,

A.D. 1509. Johanne Gibsoun, Patricio Elphinstoun, Roberto Clerk, Patricio Graham, Georgio Montgomery, Michaele Flemyng, et Magistro Dauid Brois, notario publico.

379. Presidens—Capitulum Glasguense.

Die Sabbati, xxviij Julii, anno quingentesimo ix°, indictione xij, pontificatus Julii 2di anno sexto, et anno regni xxij: Rolandus Blacader, presidens, et capitulum Glasguense, ad sonum campane pulsate, de more in loco capitulari capitulariter congregati, de quorum numero fuit Magister Patricius Elphinstoun, prebendarius de Irskyn, et ea ratione sacrista maior ecclesie Glasguensis, singillatim et ad vota rogati, deliberarunt et asseruerunt Willelmum Elphinstoun, alias sacristam minorem dicte ecclesie, suis exigentibus demeritis, mala ministratione in officio sacristie, et enormibus excessibus, ex decreto vnanimi dicti capituli tunc capitulariter congregati, de quorum sic decernentium et deliberantium numero erat etiam extunc idem Magister Patricius Elphinstoun, sacrista maior predictus, ab huiusmodi sacristie officio depositum et depriuatum esse: et a tempore sue depositionis intercessisse plusquam sex septimanas, ad consultandum et avisandum super presentatione vnius idonei sacriste minoris, nec aliquem sacristam minorem ydoneum interea per ipsum Magistrum Patricium esse aut fuisse presentatum, nisi ipsum Willelmum Elphinstoun, alias ab huiusmodi officio ut premittitur deiectum, sola auctoritate dicti Magistri Patricii, ipso capitulo inconsulto, in eodem officio de nouo intrusum: Quocirca requirebant ipsum Magistrum Patricium sacristam maiorem, cui de iure spectat ius presentandi ad huiusmodi officium sacristie, presentem, audientem, et, ut apparuit, intendentem, vnum idoneum ministrum eisdem presentare, qui sacristiam minorem administrare habeat in dicta ecclesia, que tanto tempore propter mala diuersa imminentia, si ministro vacare non poterat, quod si presentare non curaret, quod ipsi de conferendo huiusmodi officium vni ydoneo, per eosdem eligendo et

presentando, et de eodem prouidere poterant, solenniter protestati sunt, declarantes eidem magistro se velle sufficientem et idoneum sacristam minorem eidem officio prouidere, viso quod ipse hactenus de tali no͞n prouidit: Peciit idem presidens nomine capituli, loquens in persona capituli premissa, instrumenta: Acta in loco capitulari hora ix ante meridiem; testibus, canonicis predictis, Magistris et domino Martino Rede cancellario, Thoma Murhede, Stobo, Adam Culquhoun, Govan, Johanne Gibsoun, Ranfrew, ipse Magister Patricius Elphinstoun, Robertus Clerk, et Patricius Elphinstoun, Killern, canonicis Glasguensibus, et multis aliis. A.D. 1509.

380. Elphinstoun.

Eisdem die, loco, et hora, et coram dictis presidente et capitulo, testibus prescriptis: Idem Magister Patricius Elphinstoun, prebendarius de Irskyn, ac sacrista maior ecclesie Glasguensis, ne depositio dicti Willelmi Elphinstoun ab huiusmodi officio sacristie, per ipsum alias ad id presentati, et presentatio prouisio et collatio eiusdem officii, facta aut facienda per dictum capitulum alicui alteri citra presentationem ipsius Magistri Patricii, cui ratione canonicatus et prebende sue de Irskyn incumbit de jure et consuetudine presentatio dicte sacristie, sibi sue prebende aut suis successoribus cederet in preiudicium, solenniter protestatus est; et opposuit se ad omnia et singula attemptata et attemptanda per dictum capitulum, quo ad huiusmodi officium sacristie: Peciit idem Magister Patricius instrumenta pro se et suis successoribus.

381. [Idem.] Fol. 96.

Eisdem die, loco, hora quasi decima ante meridiem; testibus, Magistris Patricio Elphinstoun, Johanne Gibsoun, canonicis Glasguensibus, et Magistro Richardo Dowgles; Johannes Elphinstoun, prelocutor Willelmi Elphinstoun, asserti sacriste minoris ecclesie Glasguensis, nomine et ex parte dicti Willelmi, negauit dictum Willelmum velle aut debere de jure deliberare a se

A.D. 1507. claues ecclesie Glasguensis, Magistro Rolando Blacader presidenti, nomine proprio et capituli, extunc ad sonum campane capitulariter in loco capitulari congregati, easdem deliberari petentis, aut prefato Magistro Patricio Elphinstoun sacriste maiori, quanquam peteret easdem; sed peciit certum terminum et potissimum terminum iuris ad avisandum et deliberandum easdem: Et nichilominus, prelocutorio nomine quo supra, obtulit se coram dictis presidente et capitulo, sufficienter probaturum per xxv testes fidedignos, viz., canonicos qui non sunt aduerse opinionis, et vicarios Glasguensis chori, idoneitatem dicti Willelmi ad huiusmodi officium sacristie regendum et administrandum; et quod temporibus superioribus adeo laudabiliter et irreprehensibiliter administrauit huiusmodi officium, et debite seruiebat in eodem, sicut vmquam in eodem seruiebat quondam Willelmus Denby predecessor eiusdem, qui gauisus huiusmodi officio in eodem viam vniuerse carnis est ingressus: Peciit idem Johannes Elphinstoun nomine dicti Willelmi instrumenta: Acta vt et vbi supra.

382. Blare.

Die Sabbati, xj mensis Martii, anno Domini quingentesimo septimo, indictione xj, pontificatus Julii 2[di] anno quinto, et regni anno xx: Magister Adam Culquhoun, vigore literarum collationis factarum domino Bartholomeo Blare, de et super capellania perpetua beati Jacobi apostoli, fundata per bone memorie M. Martinum Wan cancellarium Glasguensem, extunc per mortem quondam domini Johannis Paris vltimi possessoris eiusdem vacante, per Magistrum Dauid Conigham, vnum vicariorum generalium reuerendissimi patris Roberti Glasguensis archiepiscopi in remotis agentis, sub sigillo oblongo sui officii vicariatus generalis, rubea cera albe impressa pendente, sigillatarum, et presentatarum eidem per dictum dominum Bartholomeum, coram me et testibus infrascriptis, quas reuerenter recepit, induxit dictum dominum Bartholomeum, presentem, instantem et acceptan-

tem, in realem, actualem et corporalem possessionem, seu quasi possessionem dicte capellanie, jurium et pertinenciarum eiusdem, secundum formam dictarum literarum, et mandati ex tenore earundem eidem super hoc facti, per tactum et deliberationem calicis, missalis, altaris, ac ornamentorum eiusdem, cum plenitudine iuris canonici: Peciit idem Bartholomeus instrumenta: Acta apud altare Sancti Jacobi in ecclesia Glasguensi, hora quasi quinta post meridiem; testibus, Magistro et dominis Patricio Graham, canonico Glasguensi, Johanne Hawik, Willelmo Smyth, presbiteris, Johanne Dalgles, et Johanne Scot, laicis. A.D. 1509.

383. Blare.

Die Sabbati, xj Augusti, anno quingentesimo ix°, indictione xij, pontificatus Julii 2[dl] anno sexto, et regni xxij, coram preside et capitulo, ad sonum campane pulsate capitulariter congregatis, et capitulum facientibus et presentantibus: Dominus Bartholomeus Blare, capellanus perpetuus Sancti Jacobi, ad altare eiusdem in ecclesia Glasguensi fundatum, ex certis causis rationabilibus animum suum ad id inducentibus, peregre petiturus limina apostolorum Petri et Pauli in vrbe accepta, baculo sustentationis in dextera, et in sinistra pera peregrinationis pusillum, progrediens in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti, arripuit iter ad ipsam vrbem, et sacrosanctam sedem apostolicam; cui sese, suamque capellaniam predictam, et omnia sua mobilia et immobilia, omnesque sibi adherentes, protectioni, tuitioni, et defensioni dicti summi pontificis Julii 2[dl], et dicte sedis submisit et subiecit, ac sub protectione et saluagardia eiusdem reposuit: Peciit idem Blare instrumenta: Acta in loco capitulari, hora quasi nouena ante meridiem, vel eacirca; testibus, dominis Thoma Forsith, Georgio Drummont, Johanne Mowsfald, Georgio Cameron, Johanne Heriote, Roberto Durand, Willelmo Burell, et Roberto Crechtoun, presbiteris.

A.D. 1509.

384. Comes de Lenax.

Die Lune, xx Augusti, anno quingentesimo ix°, indictione xij, pontificatus Julii 2^di anno sexto, et regni anno xxij: Magister Adam Culquhoun, canonicus prebendarius ecclesie Glasguensis, corporaliter accessit ad quoddam suum tenementum, jacens in ciuitate Glasguensi, in le Stablegreyn, inter terras Georgii Culquhoun ad boriam, et mansos archidiaconi Teuidalie et prebendarii de Ranfrew ad austrum: et ibidem idipsum tenementum cum hortis et pertinentiis sursum dedit, pureque simpliciter a se et heredibus suis et assignatis pro perpetuo, per terram massam et lapides, resignauit in manibus Archibaldi Watson alterius balliuorum burgi de Glasgw, huiusmodi sursum dationem et resignationem acceptantis: Quibus sursum datione et resignatione sic factis et receptis, prefatus balliuus, vigore sui officii et ad instanciam dicti Magistri Ade, dedit saisinam, statum hereditarium et corporalem possessionem, de toto dicto tenemento cum horto et pertinentiis, prout jacet in longitudine et latitudine, per terram et lapides ut moris est, nobili et magnifico domino Matheo comiti de Leuenax, heredibus suis et assignatis, saluo iure cuiuslibet, imperpetuum, in personam Thome Huchonson actornati, et eo nomine dicti comitis huiusmodi saisinam et corporalem possessionem nomine quo supra recipientis; de cuius actornatorio mandato, per literas pergameni capelle regie sub alba cera pendente patentes, facto, realiter et in scriptis, infra scripti tenoris illic productas et perlectas, legitimam fecit fidem:—Jacobus Dei gratia Rex Scotorum, omnibus probis hominibus suis ad quos presentes litere peruenerint, salutem: Sciatis quod suscepimus Petrum Culquhoun, Jacobum Hamiltoun, Thomam Huchonson, Matheum Steward, et Bartholomeum Alderstoun, vel eorum
Fol. 97. aliquos vel aliquem, actornatos vel actornatum dilecti consanguinei et consiliarii nostri Mathei comitis de Lenax domini Dernle, in omnibus negociis et loquelis, placitis et querelis, motis seu mouendis, ipsum nostrum consanguineum tangentibus seu tangere valentibus, quibuscunque diebus et locis, contra quoscunque et coram

quibuscunque: Quare vobis precipimus et mandamus, quatinus A.D. 1509.
dictos Petrum, Thomam, Jacobum, Matheum, et Bartholomeum, vel eorum aliquos vel aliquem, quos vel quem, presentes vel presentem esse contigerit, tanquam actornatos vel actornatum predicti nostri consanguinei in premissis recipiatis; presentibus post annum minime valituris: In cuius rei testimonium, has literas nostras sibi fieri fecimus patentes: Apud Edinburgh xvij die mensis Augusti, anno regni nostri xxij: Reddendo et soluendo inde annuatim dictus comes, heredes sui et assignati, prefato Magistro Ade et suis assignatis, viz., ecclesie et sacerdotibus et ministris eiusdem, ac eorundem successoribus in fundatione dicti Magistri Ade inde facienda, posterius exprimendis, decem mercas annui redditus vsualis monete, ad duos anni terminos consuetos, Pentecostes et Martini in hieme, per equales porciones, semper et quousque a dicto comite et heredibus suis de tanto annuo redditu, viz., decem mercarum annuatim, et pro perpetuo, exeunti, leuando, et precipiendo de fundis et terris jacentibus intra ciuitatem Glasguensem, adeo instructis, et ad perpetuam memoriam distringibilibus, sicuti est predictum tenementum cum horto et pertinentiis, per saisinam statum hereditarium et corporalem et pacificam possessionem subsecutam, prouideatur dicte ecclesie, ac sacerdotibus et ministris eiusdem, ac eorundem successoribus in dicta fundatione exprimendis: In quo casu prouisionis tanti annui redditus, post saisinam et pacificam possessionem eiusdem subsecutam, et non alias, declarat, consentit, et wlt idem balliuus, ex consensu dicti Magistri Ade, idipsum tenementum superius expressatum cum horto et pertinentiis esse liberatum, quitum, exoneratum, et releuatum ab annua solutione dictarum decem mercarum prius eidem tenemento impositarum: Peciit idem Thomas Huchonson, actornatorio nomine quo supra, instrumenta: Acta apud dictum tenementum, hora ix, vel eacirca; testibus, domino Dionisio Achinlek, presbitero, domino Johanne Bull, in sacris constituto, Thoma Hugonis, iuniore, Willelmo Campbell, et Jacobo Kirkland, sergiando de Glasgw.

A.D. 1509.

385. Ecclesia—Culquhoun.

Eisdem die, etc., coram eisdem: Idem Thomas Huchonsoun, actornatorio nomine dicti comitis, de cuius mandato, etc., resignauit, per exhibitione denarii, decem mercas annui redditus, annuatim exeuntes et precipiendas de predicto tenemento cum horto et pertinentiis, in manibus dicti Archibaldi Watson, balliui recipiendis: Qui quidem balliuus dedit saisinam et statum hereditarium ac corporalem possessionem, de predicto annuo redditu cum pertinentiis, per donationem dicti denarii et fixure et stapule, Magistro Dauid Dwn, presbitero, nomine matris ecclesie, et non alias aliter neque aliomodo, cuiuis priuatis ecclesie capellanie fundationi, aut seruicio et officio ecclesiasticis in speciale, per dictum Magistrum Adam et executores eiusdem, ad voluntatem et libitum eorundem, disponendis et applicandis: Et nichilominus, quod licebit dicto comiti et suis heredibus releuare, liberare, et exonerare dictum tenementum cum horto et pertinentiis, ab annua solutione, predictarum decem mercarum prius eidem impositarum, facienda dictis sacerdotibus et ecclesie ministris, et eorum successoribus in fundatione prefati Magistri Ade futura posterius exprimendis, per et post perpetuam donationem, saisinam, statum hereditarium, corporalem et pacificam possessionem subsecutam tanti annui redditus, viz., decem mercarum annuatim, et pro perpetuo exeuntium et soluendarum prefatis sacerdotibus, ecclesie ministris, et eorum successoribus in fundatione futura dicti Magistri Ade exprimendis, de fundis et terris jacentibus intra ciuitatem Glasguensem adeo instructis, et apparenter ad perpetuam memoriam distringibilibus, sicuti est predictum tenementum cum horto et pertinentiis et non alias, declarauit ac voluit idem balliuus, ex consensu dicti Magistri Ade, prout per presentes ex consensu eiusdem declarat et wlt: Peciit idem Magister Dauid Dwn nomine ecclesie instrumenta: Acta apud dictum tenementum vt per totum supra.

386. Abbas de Pasleto.

A.D. 1509.

Die Lune, 3° Septembris, anno quingentesimo ix°, indictione xij, pontificatus Julii 2di anno sexto, et regni Jacobi quarti anno xxij: Reuerendissimus pater, Jacobus Glasguensis archiepiscopus, coram presidente et capitulo ad sonum campane, etc., dixit et declarauit se esse contentum, Robertum et Dauid, Dei patientia, abbates de Pasileto et Crosraguell, et suos successores Cluniacensis ordinis diocesis Glasguensis, et sua loca et monasteria, remanere in eadem libertate, et eisdem priuilegiis, exemptionibus, immunitatibus gaudere in futurum, sicuti remanserunt et gauisi sunt tempore archiepiscopi Roberti, et episcopi Andree, et suorum predecessorum; et renunciauit expresse omnibus bullis impetratis super subsidii caritatiui exactione, visitatione, procuratione, quo ad dictos abbates et loca et suos successores, cum protestatione quod dicte bulle remaneant illese et salue et in suo robore, quo ad alios: Peciit idem abbas de Pasileto instrumenta: Acta in loco capitulari, hora decima ante meridiem; testibus, Magistris et dominis Thoma Murhede, Adam Culquhoun, Johanne Gibsoun, Roberto Fawside, Roberto Clerk, Andrea Marschell, Jacobo Steward, Alexandro Hammiltoun, Willelmo Steward, rectore de Lochmabane, Thoma M'Clellan, Patricio Coventre, et Dauide

387. Archiepiscopus Glasguensis Jacobus.

Die Martis, quarto Septembris, anno, indictione, et pontificatu quibus immediate supra: Dominus Walterus Ramsay, procurator assertus Magistri Archibaldi Heriote, nomine eiusdem, presentauit Jacobo Glasguensi archiepiscopo quandam presentationem supremi domini regis, sub secreto sigillo eiusdem, rubea cera albe impressa pendente sigillatam, sub data xxiij Augusti, anno quingentesimo ix°, et factam dicto Magistro Archibaldo de et super rectoria de Kirktoun Glasguensis diocesis, extunc vt asseruit idem procurator vacante per mortem quondam domini Jacobi Portare Fol. 98.

A.D. 1509. vltimi possessoris eiusdem, necnon procurationis assertum mandatum nunc perlectum, in quo idem dominus Walterus nominatus erat, ut asseruit, pro dicto principali; vigore quarum literarum peciit collationem ordinariam sibi fieri, pro dicto principali, per dictum reuerendissimum super dicta presentatione regia; Quiquidem reuerendissimus dicto procuratori asserto ad insequentem modum duxit respondendum, se alias et perprius, de huiusmodi rectoria tanquam sibi et successoribus suis quo ad collationem et dispositionem eiusdem pertinente, vt firmiter intellexit, pleno jure, et nulli alteri, collationem ordinariam alteri ydoneo clerico, cum de vacatione eiusdem primo innotescebat, sibi contulisse; et propterea manus suas pastorales, quo ad huiusmodi rectoriam denuo conferendam, nisi parte et detentore pro iure et interesse suis, prius vocato et legitime inde amoto, esse clausas: Qua propter se velle decernere eidem procuratori, prout extunc actu decreuit, citationem super parte aduersa, et omnibus interesse habentibus, ad videndum et audiendum collationem prius factam eidem parti aduerse cassari, et adnullari, et collationem ordinariam dicto procuratori, nomine quo supra, super huiusmodi presentatione regia, de nouo conferri, vel ad allegandum causas, etc., et alias in premissis prout equitatis vigor et ordo postulat rationis, partibus prescriptis justiciam facere: Peciit idem reuerendissimus, et idem procurator nomine quo supra, instrumenta: Acta in palacio archiepiscopi Glasgw, hora ix ante meridiem vel eacirca; testibus, Magistro Johanne Leichan, notario publico, dominis Danis Niniani, Thomas Sibbauld, presbiteris, Georgio Boswell, Jacobo Dundas, et Nicholao Androson.

388. Archiepiscopus Jacobus.

Eisdem per omnia, et coram eisdem, idem reuerendissimus pater solenniter protestatus est, non cedere sibi sue ecclesie et prouincie Glasguensi et successoribus suis in preiudicium, quod idem assertus procurator, quia extunc non est nactus collationem

ordinariam super dicta presentatione, post presentatam assertam appellationis papiri cedulam minime perlectam, appellauit, vigore eiusdem, a dicto reuerendissimo patre et suo auditorio ad archiepiscopum Sanctiandris: Peciit idem reuerendissimus instrumenta: Acta vt et vbi supra. A.D. 1509.

389. Layng.

Die Mercurii, xxiiij Octobris, anno quingentesimo ix°, indictione xiij, pontificatus Julii 2[di] anno sexto, et regni Jacobi quarti anno xxij: Magister Archibaldus Layng, vicarius perpetuus de Estwod, constituit suos procuratores, coniunctim et diuisim, viz., Magistros Martinum Rede cancellarium Glasguensem, Adam Culquhoun, et dominum Andream Marschell, canonicos Glasguenses, ad demittendum, cedendum, et resignandum dictam suam vicariam, ex causa permutationis, vel simpliciter in euentum pinguioris promotionis obueniendi dicto Magistro Archibaldo, in manibus cuiuscunque ad id potestatem habentis, si quando et quociens opus fuerit, et eisdem coniunctim et diuisim videbitur expedire: necnon ad nomine dicti constituentis recipiendum et intrandum, quamcunque prouisionem, collationem et possessionem, cuiuscunque beneficii seu beneficiorum ecclesiastici, sibi in posterum qualitercunque prouideri contingentes, fructus eorundem arrendandum, assedandum, et pro eis emergenciis, connexis et annexis et dependenciis ex eisdem agendum, defendendum, cum ceteris clausulis oportunis, necessariis, et de iure requisitis, in vberiore forma extendendas: Promisit insuper idem constituens, per fidem nomine juramenti in manu mea prestitam, se ratum, gratum, firmum atque stabile, habere et habiturum, totum et quicquid per dictos procuratores coniunctim et diuisim actum, gestum, ve procuratum fuerit, sub ypotheca et obligatione omnium bonorum suorum presentium et futurorum: Peciit idem Layng instrumenta: Acta intra septa hospitalis in Glasgw, hora quasi 3[a] post meridiem; testibus, Magistro Nicholao Grenlaw, canonico Glasguensi, dominis Johanne

A.D. 1509. Brakanrig, Laurentio Dikkeson, presbiteris, et Alano Erskyn, laico.

390. Purdhome—Blacader—Subdecanus.

Die Jouis, vicesimo secundo mensis Nouembris, anno quingentesimo nono, indictione xiij, pontificatu Julii 2[di] anno septimo, et regni anno vicesimo secundo: Willelmus Purdhome inuentus est legitimus et propinquior heres quondam Johannis Purdhome aui sui, ac Thome Purdhome patrui sui, necnon Mariote Conigham matris sue, in plana et confirmata curia capitali, post festum Sancti Michaelis proximum, domini subdecani Glasguensis, tenta in le Subdenisland, in domo Johannis Graham, per Rolandum Blacader subdecanum, et Thomam Hugonis suum balliuum, de omnibus et singulis terris in le Provandside, extendentibus ad xiiij aggeres terre campestris; de quibus idem Johannes, Thomas, et Mariota obierunt vltimi uestiti et saisiti, vt de feodo, ad fidem domini regis et sancte matris ecclesie ac dicti subdecani; et hoc per wardam dicte curie: Super qua warda, per iudicatorem dicte curie Henricum Robison, ad fortificationem eiusdem, latum erat iudicium pro dicto Willelmo; quare dictus dominus subdecanus, eidem balliuo super se acceptanti, mandauit inuestire, et infeodare, ac recipere in tenandum dictum Willelmum instantem et petentem, per statum, saisinam hereditariam et corporalem possessionem in dictis xiiij aggeribus, juxta formam dicte warde, per terram et lapides vt moris est, tanquam legitimum et propinquiorem heredem dictorum quondam Johannis, Thome, et Mariote de dictis terris cum pertinentiis: Peciit idem Willelmus Purdhome instrumenta: Acta in plana curia, vt supra, hora quasi decima ante meridiem; testibus, Alano Steward de Craghall, Johanne Steward eius filio et apparente herede, Magistro Johanne Sprewle, dominis Gilberto Bynnyng, Roberto Durand, Colino Watson, presbiteris, Thoma Hugonis, juniore, Richardo Blak, et Johanne Graham.

A.D. 1509.

391. Purdhome—Subdecanus.

Eisdem die, hora xj ante meridiem, Thomas Hugonis balliuus dicti domini subdecani Glasguensis, ex speciali mandato dicti subdecani, viue vocis oraculo in plana curia capitali, vt supra tenta, desuper facto, et vigore eiusdem mandati, corporaliter accessit ad tres aggeres terre campestris, jacentes in dominio de le Subdenisland, in le Provandsyde, inter terras capellanie Sancti Michaelis fundate in ecclesia Glasguensi ab orientali, et capellanie Sancti Kentigerni fundate in ecclesia eiusdem in vico Furcarum, ab occidentali partibus; ac ad quatuor aggeres similis terre, jacentes vt supra, inter terras domini Johannis Camrent ex orientali, et capellanie Sancti Johannis Baptiste fundate in ecclesia Glasguensi, ex occidentali partibus; necnon ad vij aggeres Fol. 99. consimilis terre, jacentes vt supra, inter terras Johannis Craganis, filii et heredis quondam Willelmi Craganis, ex orientali et occidentali partibus: Et ibidem saisinam, statum hereditarium, necnon realem et corporalem possessionem, de dictis xiiij aggeribus terre, prout jacent in longitudine et latitudine, cum pertinentiis, per terram massam et lapides, vt moris est, Willelmo Purdhome et suis heredibus, saluo iure cuiuslibet, tradidit imperpetuum, tanquam legitimo et propinquiori heredi quondam Thome Purdhome sui patrui de primis tribus aggeribus, et Johannis Purdhome sui aui de dictis quatuor et septem aggeribus, juxta warde formam prefate curie capitalis, tente vt supra, et iudicii desuper lati: Peciit idem Willelmus Purdhome instrumenta: Acta super solum dictorum aggerum singillatim et successiue; testibus, Donaldo Chalmer, Johanne Gayñ, Thoma Walker, Jacobo Mason, Roberto Morison, Thoma Hugonis juniore, Johanne Knox, Richardo Blak, sagio siue sergiando.

392. Subdecanus Glasguensis.

Eisdem die, hora, coram testibus quibus supra, dictus Willelmus Purdhome successiue resignauit per terram et lapides

A.D. 1509. dictos tres aggeres, quatuor aggeres, et septem aggeres terre campestris cum pertinentiis, a se et heredibus suis imperpetuum, in manibus dicti Thome Hugonis, balliui de le Subdenisland, huiusmodi resignationem acceptantis: Quibus resignatione ac sursum datione sic factis et receptis, dictus balliuus vigore sui officii, et ex mandato dicti Willelmi, dedit saisinam, statum hereditarium, ac corporalem possessionem de dictis tribus, quatuor, et septem aggeribus, jacentibus vt supra, et hoc successiue, per terram et lapides, cum pertinentiis dicto Magistro Rolando subdecano et suis assignatis, nomine ecclesie et non alias, imperpetuum: Soluturis inde annuatim domino subdecano Glasguensi et successoribus suis quibuscunque, et aliis habere deuenientibus, onera et annuos redditus inde prius exeuntes ac solui solitos et consuetos: Peciit idem Magister Rolandus Blacader nomine proprio et ecclesie instrumenta: Acta super solum dictorum aggerum successiue vt supra per omnia.

393. Dene—Torthorwald.

Die Lune, 3° Decembris, anno quingentesimo ix°, indictione xiij, pontificatus Julii 2^{di} anno vij°, et regni anno xxij: Dominus Eduardus Tayt, procurator et eo nomine fratris Eduardi Richardson, vicarii de Torthorwald Glasguensis diocesis, de cuius procurationis mandato per instrumentum signo et subscriptione manualibus domini Johannis Symontoun, notarii publici autoritatibus regali et imperiali, legitimam fecit fidem, resignauit dictam vicariam de Torthorwald, cum omnibus suis iuribus et pertinentiis, in manibus reuerendissimi patris, Jacobi Glasguensis archiepiscopi, huiusmodi resignationem admittentis: Consequenter idem reuerendissimus pater contulit huiusmodi vicariam, cum omnibus suis iuribus et pertinentiis, fratri Jacobo Dene, presenti et acceptanti, per annuli sui digito suo impositionem: Peciit idem Dene instrumenta: Acta in ecclesia Glasguensi, hora quasi xj ante meridiem; testibus, Magistris et dominis Martino Rede, cancellario Glasguensi, Matheo Steward, vicario de Mayboile,

Thoma McClelane, Thoma Sibbauld, Johanne Symontoun, clericis, et Rogero Aseyane, laico, testibus. A.D. 1509.

394. Dispensatio Domini Flemyng et Margarete Stewart coniugum.

Die Lune, xvij Decembris, anno quingentesimo ix°, indictione xiij, pontificatus Julii 2^di anno vij°, et regni anno xxij: Reuerendissimus pater Jacobus Glasguensis archiepiscopus, vigore literarum Ludouici Sancti Marcelli, presbiteri cardinalis, domini pape maioris penitentiarii, sibi directarum, dispensauit cum Johanne domino Flemyng et Margareta Stewart, coniugibus, olim scientibus se quarto consanguineitatis et quarto affinitatis gradibus inuicem esse coniunctos, et ignorantibus aliquod aliud impedimentum inter eos existere, quominus possent matrimonialiter copulari, sponsalia per verba de futuro contrahentibus, et deinde sese pluries carnaliter cognoscentibus, et postea vento ad noticiam eiusdem archiepiscopi, seu eius vicarii generalis, necnon ipsorum Johannis et Margarete, quod alio quarto affinitatis attinebant, per ipsum archiepiscopum seu eius vicarium ab inuicem diuorciatis, ac post huiusmodi diuorcium pluries sese carnaliter cognoscentibus; ex depositione certorum testium, certificatus premissa fore; eosdem a generali excommunicationis sententia, quam propter hoc incurrerunt, reatu incestu et excessibus huiusmodi ipsos absoluens, iniuncta inde sibi pro modo culpe penitentia salutari, et alia que de iure fuerint iniungenda, quodque superviuens eorum alteri perpetuo maneat absque spe coniugii; certificatus etiam quod dicta mulier propter hoc rapta non fuerat, cum eisdem, quod, impedimentis consanguineitatis et affinitatis huiusmodi non obstantibus, possint inter se matrimonium de nouo contrahere, et in eo postquam contractum fuerit licite remanere, misericorditer dispensauit, juxta tenorem dictarum literarum apostolicarum, prolem susceptam et suscipiendam exinde legitimam decernens: Et nichilominus dicti coniuges, timentes dictas literas fore surrepticias, ex eo quod

A.D. 1509. vnus ipsorum coniugum tercio et tercio ac tercio, alter vero quarto et quarto ac alio quarto consanguineitatis et affinitatis gradibus a stipite qui distabant, et quod alter ipsorum distaret tercio et tercio ac alio tercio, in ipsis primis literis mentio aliqua facta non fuit, impetrarunt literas declaratorias primarum literarum a prefato penitentiario, vigore quarum etiam idem archiepiscopus, juxta apostolicam declarationem, viz., Clementis pape sexti, declarauit easdem validas perinde existere, ac si in eisdem de distantia dictorum tertiorum graduum mencio facta foret: Peciit Matheus comes Lenax nomine dicte Margarete, et idem Johannes Flemyng nomine proprio instrumenta: Acta in palacio dicti archiepiscopi Glasguensis in Glasgw, hora 3ª post meridiem, vel eacirca; testibus, Magistris Martino Rede, cancellario, Adam Culquhoun, canonicis Glasguensibus, domino Alexandro Cetoun, milite, et Roberto Burn.

Folia 100, 101.

395. Crawfurd—Maxvell—Ferme.

Die Martis, xviij Decembris, anno quingentesimo ixº, indictione xiij, pontificatus Julii 2ᵈⁱ anno septimo, et regni anno xxij: Willelmus Crawfurd, dominus terrarum de Ferme cum pertinentiis, corporaliter accessit ad terras suas de Flaschis, cum pertinentiis, jacentes in dominio suo de Ferme, intra vicecomitatum de Lanark: Et ibidem saisinam, statum hereditarium, necnon realem, actualem et corporalem possessionem, omnium et singularum predictarum terrarum de Flaschis cum pertinentiis, per terram massam et lapides, vt moris est, manu propria, realiter et in forma debita tradidit et deliberauit, saluo jure cuiuslibet, imperpetuum, secundum vim, formam et tenorem sue carte infeodationis inde confecte, et auctoritate regia posterius confirmate, Waltero Crawfurd filio suo et apparenti heredi, et Mariote Maxvell sue sponse, et eorum alteri diucius viuenti, in coniuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legitime procreatis seu procreandis; quibus forte deficientibus, dicto Willelmo et heredibus propinquioribus eiusdem Willelmi plenarie reuertendo; et

hoc in personas Jacobi Crawfurd actornati et eo nomine dicti Walteri, ac Johannis Elphinstoun actornati et eo nomine dicte Mariote, huiusmodi actornatorum officium in se sponte suscipientium, huiusmodi etiam saisinam, statum hereditarium, ac corporalem possessionem dictarum terrarum de Flaschis cum pertinentiis, nomine quo supra, ac vigore sui officii actornatorii, de manibus dicti Willelmi recipientium et acceptantium; de quorum actornatoriis mandatis, per literas capelle regie pergameni patentes, infrascripti tenoris, alba cera sigilli magni quarta pendente, sigillatas, illic productas et publice perlectas, legitimam singillatim fecerunt fidem: Jacobus Dei gratia, etc., Jacobus Dei gratia, etc.: Petierunt prefati Jacobus et Johannes, actornatoriis nominibus quibus supra, hincinde instrumenta: Acta apud capitale messuagium dictarum terrarum de Flaschis, hora xij in meridie, vel eacirca; testibus, Hugone Blare, Willelmo Strathachin, Stephano Brady, Waltero Steward, et Johanne Paris. A.D. 1509.

396. Subdecanus et Capitulum Glasguense.

Die Sabbati, quinto Januarii, anno quingentesimo ix°, indictione xiij, pontificatus Julii 2[di] anno septimo, et regni anno xxij°: Magister Rolandus Blacader subdecanus, presidens et ceteri canonici, viz., Magistri et domini Martinus Rede cancellarius, Thomas Murhede, Johannes Gibson, Patricius Elphinstoun, Robertus Clerk, Patricius Graham, Michael Flemyng, existentes pro tempore maior et sanior pars capituli residentis, capitulum facientes et representantes, ad sonum campane capitulariter congregati, vnanimiter decreuerunt, et commiserunt capellaniam perpetuam Sanctis Johannis Baptiste, alias fundatam per bone memorie Magistrum Archibaldum Quhitlaw, subdecanum Glasguensem, in ecclesia Glasguensi; cuius capellanie, cum vacare Fol. 102.
contigerit, jus patronatus et plenaria dispositio seu verius institutio et admissio ad ipsum capitulum, pleno jure pertinet, vt in fundatione eiusdem ad plenum fit mentio, tanquam incompatibilem alteri beneficio, debere donari et disponi vni jdoneo

A.D. 1509. capellano ad ministrandum in eadem per dictum capitulum; ex eo quod Magister Johannes Sprewl vltimus possessor eiusdem, acquesiuit et assecutus est pacificam possessionem vicarie perpetue de Carmannok, cui imminet residentia personalis, sicut prefate capellanie et cura animarum: Peciit idem Rolandus Blacader subdecanus instrumenta: Acta in loco capitulari, hora nouena ante meridiem, vel eacirca; testibus, dominis Alexandro Panter, vicario de Castilstaris, Georgio Drummont, presbiteris, et Willelmo Elphinstoun, sacrista minore ecclesie Glasguensis.

397. Blacader.

Eisdem per omnia, et coram eisdem: Idem presidens et capitulum donauerunt, instituerunt, seu verius admiserunt dominum Patricium Blacader presbiterum, in et ad dictam capellaniam perpetuam, cum omnibus suis iuribus et pertinentiis, vt speratur, vacantem quia incompatibilem, etsi inquantum huiusmodi, per promotionem Magistri Johannis Sprewle, vltimi possessoris eiusdem, ad vicariam perpetuam de Curmannok, et assecutionem pacifice possessionis eiusdem, et inuestiuerunt ipsum in eadem per birreti traditionem eidem, et concesserunt sigillum ad causas: Peciit idem dominus Patricius instrumenta: Acta vt et vbi supra: Memorandum quod Magister Georgius Montgomery prebendarius de Eglischame et Robertus Fawside prebendarius de Moffet, canonici in eodem capitulo, quo supra in priore prothocollo, cum ceteris capitulariter congregatis, consenserunt huic donationi et admissioni, sed non decreto contento in priore prothocollo, licet extunc fuerant cum ceteris canonicis superius expressatis presentes.

398. Blacader Subdecanus.

Peciit idem subdecanus instrumenta, quod Magister Johannes Sprewle non presentauit suam dispensationem sibi et capitulo predicto, neque docuit quod fuerat dispensatum cum eo per

Jacobum archiepiscopum Glasguensem sub signeto eiusdem, ad remanendum in Studio Glasguensi causa studii a dicta sua vicaria, durante voluntate eiusdem archiepiscopi, donec et quousque dicti presidens et capitulum de huiusmodi capellania Sancti Johannis Baptiste alteri, viz., domino Patricio Blacader disposuerunt, et eundem de eadem inuestiuerunt, licet tunc et post huiusmodi prouisionem, de prefata dispensatione, eisdem canonicis superius expressatis et capitulariter congregatis, docuit: Acta vt et vbi supra. A.D. 1509.

399. Blacader.

Die Mercurii, ix° Januarii, anno quo supra, et indictione et pontificatu quibus supra: Dominus Laurentius Dikkeson vicarius chori Glasguensis, vigore literarum prouisionis et donationis Rolandi Blacader, presidentis, et capituli Glasguensis, sub sigillo suo ad causas, alba cera rubea impressa pendente sigillatarum, et contentorum in eisdem, ac mandati ex eorum tenore sibi facti, posuit et induxit dominum Patricium Blacader, in actualem, realem et corporalem possessionem dicte capellanie, iuriumque pertinentiarum eiusdem, cum plenitudine iuris canonici, secundum formam dictarum literarum prouisionis sibi facte, et in vim mandati dictorum, per tactum et realem deliberationem calicis, libri altaris, et ornamentorum altaris: Peciit idem dominus Patricius instrumenta: Acta apud dictum altare in ecclesie Glasguensi, hora prima post meridiem, vel eacirca; testibus, dominis Georgio Drummont, Willelmo Burell, presbiteris, Johanne Gilchristson, et Willelmo Henrison, laicis.

400. Sprewle.

Die Sabbati, xxvj Januarii, anno quingentesimo ix°, indictione xiij, pontificatus Julii 2^{di} anno vij°, et regni anno xxij°: Magister Johannes Spreule, capellanus, vicarius de Curmannok, personaliter comparens coram Magistro Martino Rede, cancellario, presidente pro tempore, et capitulo Glasguensi, ad sonum campane

A.D. 1509. congregatis, peciit apostolicos super appellatione, alias per ipsum ad reuerendissimum patrem Jacobum Glasguensem archiepiscopum, a dictis presidente et capitulo interiecta, sibi dari: Quiquidem presidens et capitulum pro eisdem dandis et recipiendis assignarunt infra terminum iuris: Peciit idem Sprewle instrumenta: Acta in loco capitulari, hora quasi decima ante meridiem; testibus, Magistris Patricio Elphinstoun, Adam Culquhoun, Thoma Murhede, et domino Roberto Moffet, canonicis Glasguensibus.

401. BLACADER—MARSCHELL—CADDER.

Die Veneris, viij° Februarii, anno quingentesimo ix°, indictione xiij, pontificatus Julii 2[di] anno vij°, et regni anno xxij: Dominus Andreas Marschell canonicus Glasguensis, procurator et eo nomine Jacobi Blacader clerici Glasguensis diocesis, de cuius procurationis mandato per instrumentum publicum, signo et subscriptionibus meis manualibus signatum et subscriptum, illic productum et exhibitum, legitimam fidem fecit, Magistro Patricio Bogill, curato ecclesie de Cadder, subexecutori seu subdelegato apostolico, virtute clausule *ceterum*, per venerabilem virum Magistrum Rolandum Blacader subdecanum Glasguensem, iudicem et executorem vnicum ad infrascripta specialiter deputatum, constituto, bullas apostolicas eidem Jacobo Blacader principali, de et super vnica vicaria perpetua ecclesiarum parochialum de Cadder, de qua certo modo vacante extitit eidem auctoritate apostolica prouisum, prout per earum tenorem apparebat, per prefatum dominum nostrum papam factas; necnon processum prefatum subdecanum iudicem et executorem vnicum, super dictis literis apostolicis decretum, factum, promulgatum, et publicatum, sub eius sigillo rubea cera albe impressa pendente sigillatum, et signo et subscriptione meis manualibus roboratum: Qui quidem processus sic incipit *Reuerendissimo in Christo patri*, etc., finitque in vltimo verbo prime linee *interit aut*, in secunda vero linea incipit *interesse* et finit *iudex* et penultima vero linea sic incipit *venerabilibus* et finit *ibidem*

vltima vero linea sic incipit *venerabilibus* et finit *ibidem* vltima A.D. 1509.
vero linea incipit *testibus* et finit *rogatis*: Exhibuit et presentauit eundem in subexecutorem, requirens et mouens sub sententiis, censuris, et penis in dictis literis contentis, quatenus auctoritate apostolica predicta, ac auctoritate et tenore literarum huiusmodi, et clausule *ceterum* in eisdem contente, se procuratorio nomine dicti principalis, in realem et corporalem possessionem dicte vicarie et pertinentiarum eiusdem, poneret et induceret, aliasque et alia faceret, que per easdem literas et Fol. 103.
processus eidem et per eundem fieri mandatur: Quiquidem Magister Patricius subexecutor seu subdelegatus antedictus, attendens requisitioni huiusmodi fore iustam et rationi consonam, volensque mandatis dicti procuratoris ymmoverius apostolicis moremgerere, prenominatum Jacobum Blacader principalem, in personam dicti procuratoris, in realem, actualem et corporalem possessionem, seu quasi dicte vicarie perpetue juriumque et pertinentiarum omnium eiusdem, auctoritate apostolica sibi in hac parte comissa, ac vigore et tenore literarum huiusmodi et clausule *ceterum* in eisdem contente, per introductionem ad ianuam magnam ecclesie de Cadder, traditionem clauium ecclesie, fontium, cordule campane, libri altaris, calicis, et ornamentorum eiusdem, ac introductionem in presbiterio seu glebe dicte vicarie posuit, recepit, et induxit, cum plenitudine iuris in nomine patris, etc.: Quiquidem procurator nomine quo supra, huiusmodi possessionem prout melius et efficacius potuit et debuit, predictas fontes, cordulam campane, altare, claues ecclesie, ianuas, et calicem, et ornamenta altaris tangendo, et super eis manum in signum vere possessionis adepte ponendo, acceptauit, apprehendit, intrauit, et nactus est: Peciit idem procurator nomine dicti principalis instrumenta: Acta apud ecclesiam de Cadder et presbiterium vicarie eiusdem, hora 2ª post meridiem, vel eacirca; testibus, dominis Thoma Bell, Willelmo Burell, presbiteris, Johanne Bargille, et Andrea Gourlay, laicis.

A.D. 1509.

402. Subdecanus.

Die predicto, hora quinta post meridiem, vel eacirca, in manso subdecani Glasguensis, coram testibus domino Willelmo Gartschor, Archibaldo Crawfurd, et Dauid Androson; Johannes Gayn, ciuis Glasguensis, non vi aut metu ductus, etc., firmarius vndecim annorum proximo quatuor aggerum terrarum, jacentium super le Provandsid, pertinentium olim Willelmo Purdhome, in autentica forma constitutus, pro firma totali dictarum aggerum et annorum premanibus persoluta, dicto Willelmo Purdhome publice et expresse renunciauit, et cessit assedationi vndenali de dictis aggeribus per dictum Purdhome sibi facte, et Magistro Rolando Blacader assignauit, et eundem cessionarium et assignatum, in vberiore forma cum clausulis requisitis, constituit, pro decem mercis vsualis monete in pecunia numerata, eidem Gayn premanibus per ipsum Rolandum solutis, de quibus idem Gayn quitauit dictum Rolandum et omnes suos, ac per fidem nomine iuramenti in manu mei prestitam, obligauit se et suos contra premissa nunquam deuenire nec ea reuocare: Et econuerso, idem Magister Rolandus concessit eidem Gayn, pro anno instanti le crop dictorum aggerum et suis per eosdem libere colligendum et percipiendum, sine contradictione quacunque: Petierunt hincinde idem contrahentes instrumenta.

403. Subdecanus.

Die Sabbati, ix° Februarii, anno, indictione, pontificatu, quibus supra, in loco capitulari, hora quasi xj ante meridiem, vel eacirca, coram testibus Magistris Martino Rede, cancellario, Johanne Gibson, et domino Roberto Clerk, canonicis Glasguensibus, ac Alexandro Johnson, burgensi de Ayre; Willelmus Purdhome, non vi aut metu ductus, vt in iuramento illic prestito corporaliter, tactis Scripturis sacrosanctis, ob hoc asseruit, publice confessus est, et in veritate recognouit se alias et perprius recepisse in presenti pecunia, et legali ac numerata, a Magistro

Rolando Blacader, summam sexaginta mercarum vsualis monete A.D. 1509. Scotie, pro xiiij riggis terre jacentibus super le Provandside, venditis eidem Rolando per ipsum Purdhome, et in completum precium earundem riggarum; de quibus etiam riggis, ratione huiusmodi venditionis, fecit dari statum et saisinam hereditariam et corporalem possessionem eidem Rolando et assignatis suis, per balliuum de le Subdenisland, prout in instrumentis inde confectis ad plenum fit mentio: de qua quidem summa sexaginta mercarum tenuit se bene contentum, pacatum, et plenarie persolutum, ipsumque Rolandum suos executores, assignatos, heredes et successores, pro se et heredibus suis executoribus et assignatis quitauit, et liberauit imperpetuum: Insuper, virtute prefati iuramenti per ipsum prestiti, obligauit se quoad premisse summe confessionem et eiusdem recognitionem, ac liberationem et quitacionem dicti Rolandi et suorum de eadem, nunquam deuenire per se vel alium seu alios suo nomine, etc., nec premissa reuocare: Peciit idem Rolandus instrumenta.

404. Idem.

Eisdem die, hora circa xj ante meridiem, in ecclesia Glasguensi, testibus dominis Willelmo Gartschor, Willelmo Burell, et Thoma Pedegrew, laico, idem Purdhome non vi, etc., constituit dictum Magistrum Rolandum Blacader, suum cessionarium et assignatum, ad tres bollas farine et vnam bollam ordei, annuatim et quolibet anno duorum annorum proxime futurorum, debitas eidem Purdhome per Thomam Walker, pro certis terris in Provandside, assedatis alias eidem Walker per dictum Purdhome, nunc autem pertinentibus iure hereditario dicto Magistro Rolando; pro qua cessione et victualium assignatione, idem Purdhome recepit a dicto Rolando xl^s vsualis monete in completam solutionem dictorum victualium, de quibus quitauit dictum Rolandum et suos pro se et suis imperpetuum: Peciit idem Rolandus instrumenta.

A.D. 1509. 405. DISPENSATIO DOMINI DAUID KENNIDY ET MARGARETE BOYDE.

Eodem die, hora 2ª post meridiem, vel eacirca, in palacio domini archiepiscopi Glasguensis, coram testibus domino Thoma Sibbauld, presbitero, Thoma Levingistoun, Jacobo Dundas, et Nicholao Androson, laicis; Jacobus Glasguensis archiepiscopus dispensauit cum domino Dauid Kennidy et Margareta Boyde, attingentibus se inuicem in triplici quarto consanguinitatis, ac quarto et 3° gradibus affinitatis, et prolem suscipiendam exinde legitimam decreuit, iuxta tenorem literarum dispensatoriarum, et earundem declaratoriarum reuerendissimi patris Ludouici miseratione diuina Sancti Marcelli, presbiteri cardinalis, maioris penitentiarii, sub sigillo penitentiarie albe cera rubea impressa in capsula ferrea sigillatarum, eidem archiepiscopo Glasguensi, tanquam commissario iudicique et executori vnico in eisdem directarum, in personas domini Jacobi Deware, presbiteri, procuratoris dicti Dauid, et M. Dauid Dwn procuratoris dicte mulieris, Fol. 104. plena potestate suffultorum, prout per duo instrumenta procurationis, signo et subscriptionibus manualibus domini Georgii Blare presbiteri Glasguensis diocesis, auctoritatibus imperiali et regali notarii publici, coram dicto Glasguensi archiepiscopo producta et admissa, legitimam fecerunt fidem; et hoc quia comperit per inquisitionem et depositionem certorum testium, coram eo propterea productorum et iuratorum, quod dicti exponentes sic attingebat, et quod mulier non fuit rapta: Et postmodum declarauit iuxta apostolicam declarationem, viz., Clementis pape sexti, dictas comissionis seu dispensationis literas esse sufficientes et validas perinde existere, ac si in illis de distancia tercii gradus predicti mentio plena in eis facta foret: Petierunt dicti procuratores hincinde, procuratoriis nominibus suorum principalium, instrumenta: Acta vt et vbi supra: Et nota quod in literis dispensationum prius exponebatur, quod dicti exponentes attinebant se inuicem in triplici quarto consanguineitatis et vnico quarto affinitatis, et tamen alter eorum attinet in quarto et alter in 3° affinitatis et iuri opus fuit declaratoriis.

A.D. 1509.

406. Rede.

Die Jouis, xxj mensis Marcii, anno quingentesimo ix°, indictione, pontificatu, quibus supra, in horto domini cancellarii de Glasgw, hora quinta post meridiem, vel eacirca: Domina Elizabet Walles, habens terras de Birntwod, jacentes in parochia de Galston, intra balliam de Kyle Stewart, et vicecomitatum de Ayr, in sua coniuncta infeodatione, concessit Ade Rede suo tenando in eisdem terris, ac etiam Johannes Walles subtennandus dicti Ade in eisdem terris, concessit eidem licenciam frangendi superficiem dictarum terrarum, vt leuet et recuperet carbones de eisdem, durante tempore sue assedationis facte sibi de eisdem per dictam dominam Elizabet: Peciit idem Adam Rede instrumenta: Acta vt et vbi supra; testibus, Magistro Martino Rede cancellario, Petro Rankine de Scheild, et Roberto Lokart.

407. Conigham—Drumquhassill.

Die Sabbati, xxiij Marcii, anno, mense, indictione, et pontificatu, quibus supra, in loco capitulari hora xj ante meridiem, vel eacirca: Dominus Dionisius Achinlek, executor quondam Magistri Dauide Conigham, et Andreas Conigham de Drumquhassill obligarunt se, per fidem et extensionem manuum nomine juramenti in manu mea prestitam, stare decreto et ordinationi reuerendissimi patris Jacobi Glasguensis archiepiscopi et sui capituli, sine reclamatione ad arbitrium boni viri, et appellatione quacunque, penes omnia debita dicto quondam Magistro Dauid, et nunc eidem domino Dionisio, ratione huiusmodi executorie per dictum Andream, pro quibus idem Andreas extat excommunicatus per literas compulsoriales ad instantiam dicti quondam Magistri Dauid et prefati executoris: Peciit idem Andreas instrumenta; testibus, Matheo comite Leuenax, Magistris Johanne Sprewle, Petro Broun, et domino Thoma Sibbauld, presbiteris.

A.D. 1509.

Fol. 105.

408. Steward.

Die Veneris, primo Marcii, anno quingentesimo ix°, indictione xiij, pontificatus Julii 2^dl anno septimo, et regni Jacobi quarti anno xxij: Reuerendissimus pater Jacobus Glasguensis archiepiscopus, contulit rectoriam perpetuam ecclesie parochialis de Cumbirtreis, de iure et facto vacantem per mortem quondam domini Alexandri Purdy vltimi possessoris eiusdem, ad suam omnimodam prouisionem et collationem pleno iure spectantem, Magistro Willelmo Stewart clerico Sanctiandris diocesis, cui prius contulerat eandem rectoriam, et hoc non recedens a priore prouisione, sed accumulando iura iuribus, et per annuli sui digito suo impositionem inuestiuit ipsum de eadem, curam, regimen, etc.: Peciit idem M. Willelmus instrumenta: Acta in palacio domini archiepiscopi in Glasgw, hora ix ante meridiem, vel eacirca; testibus, Magistro Petro Broun, domino Thoma Sibbauld, presbiteris, et Nicholao Androson, laico.

409. Steward.

Eisdem die, anno, indictione, et pontificatu, hora prefate diei decima ante meridiem, vel eacirca, coram Jacobo Dundas, Johanne Hawistoun, et   Mowbraye: Idem M. Willelmus Stewart constituit Magistrum Thomam M'Lellan suum vnicum procuratorem, ad petendum, intrandum et recipiendum possessionem corporalem dicte rectorie de Cumbirtreis, sic vacantis, cum cautione de rato et grato: Peciit idem M. Willelmus instrumenta: Acta in dicto palacio.

410. Elphinstoun.

Die Sabbati 2° Marcii, anno quingentesimo ix°, indictione xiij, pontificatus Julii 2^dl anno septimo, et regni Jacobi quarti anno xxij: Willelmus Elphinstoun, sacrista minor ecclesie Glasguensis, comparens coram presidente et capitulo Glasguensi ad

sonum campane in loco capitulari capitulariter congregatis, non A.D. 1509. vi aut metu ductus, etc., dimisit pure et simpliciter huiusmodi officium sacristie minoris, in manibus reuerendissimi patris Jacobi Glasguensis archiepiscopi, et dictorum presidentis et capituli, tanquam in manibus collatorum et admissorum personarum presentatarum per prebendarium de Askirk, patronum eiusdem, in et ad huiusmodi officium sacristie: Peciit Magister Adam Culquhoun instrumenta: Acta in loco capitulari, hora xj ante meridiem, vel eacirca; testibus, Johanne Elphinstoun, laico, domino Roberto Clerk, Magistro Patricio Graham, et M. Martino Rede, canonicis.

411. Knok.

Die Jouis, vij° Marcii, anno quingentesimo ix°, indictione xiij, pontificatus Julii 2[di] anno septimo, et regni anno xxij: Alanus Steward de Scheilzardis, procurator et procuratorio nomine Wchredi Knok, iudicialiter comparens coram reuerendissimo patre Jacobo Glasguensi archiepiscopo, assedente capitulo, ad sonum campane, etc., in loco capitulari, obtulit se nomine quo supra paratum, promptum et obedire mandatis dicti reuerendissimi et sancte matris ecclesie, penes wlneracionem crudelem domini Johannis Kichin, presbiteri in ecclesia collegiata de Symple, in presentia sacramenti, et pollutionem ecclesie, et cetera inde secuta; protestatus solenniter non cedere sibi, quo ad leges regni et curiam ciuilem ac temporalem in preiudicium aliquod, quod illic confiteretur de huiusmodi wlneracione et facto, vel quod ibi pro eisdem iniungeretur, aut accideret: Peciit idem procurator nomine supra instrumenta: Et insuper idem Knok iurauit stare mandatis ecclesie quo ad premissa: Peciit inde M. Dauid Dwn nomine reuerendissimi instrumenta: Acta in loco capitulari hora xj ante meridiem, vel eacirca; testibus, Magistris et dominis Johanne Sprewle, Petro Broun, Thoma Sibbauld, Eduardo Tayt, et Johanne Elphinstoun, laico.

A.D. 1509.

412. Rede—Officium Sacristie.

Eisdem per omnia, Magistro Patricius Elphinstoun, canonicus prebendatus ecclesie Glasguensis in prebenda de Erskin, presentauit manualiter Nicholaum Rede ad officium sacristie minoris ecclesie Glasguensis, extunc vacans per dimissionem Willelmi Elphinstoun in manibus dictorum reuerendissimi et capituli, vltimi possessoris eiusdem, ad presentationem dicti prebendarii et admissionem dictorum reuerendissimi et capituli, pleno iure spectans prefatis reuerendissimo et capitulo; qui quidem admiserunt ipsum Nicholaum in et ad huiusmodi officium, cum omnibus suis iuribus et pertinentiis, connexis, annexis, dependentiis; et concesserunt sigilla reuerendissimi et capituli: Peciit Matheus comes de Lenax nomine dicti Rede instrument: Acta vt et vbi supra.

413. Subdecanus—Vicarii Chori.

Die Sabbati, ix° Marcii, anno, indictione, pontificatu, et regni quibus supra, in vestiario ecclesie Glasguensis, testibus Magistris Martino Rede, Adam Culquhoun, Thoma Murhede, Michaele Flemyng, et Alexandro Hammiltoun, canonicis Glasguensibus, M. Richardus Bothwell acceptauit in se procuratorem pro vicariis chori in omnibus suis causis, motis et mouendis, ab hac in antea: Peciit M. Rolandus Blacader nomine vicariorum instrumenta: Acta vt et vbi supra, hora decima ante meridiem vel eacirca.

414. [Colquhoun—Coventre.]*

Jouis xx° Decembris, anno quingentesimo ix°, indictione xiij, pontificatus Julii 2[di] anno septimo: Jacobus Glasguensis archiepiscopus constituit commissarios suos coniunctim et diuisim, viz., Rede cancellarium, Blacader subdecanum, et Gibsoun prebendarium de Ranfrew, ad causam iniuriarum quam verti speratur inter Magistros Adam Culquhoun, Patricium Coventre, et monas-

* This entry is on misplaced leaf at beginning of volume.

terium de Furd cum clausula de rato et grato: Et eodem die idem Adam Culquhoun constituit dictum Magistrum Patricium suum procuratorem in huiusmodi causa coram dictis commissariis, cum canonica auctoritate: Acta in loco capitulari hora xj ante meridiem, coram Magistris Patricio Graham, Richardo Bothwell, et domino Roberto Fawside, canonicis. A.D. 1510.

415. Knok—Kichin.

Die Lune, xxv Marcii, anno quingentisimo x°, indictione, pontificatu, regno, quibus supra: Dominus Johannes Kichin capellanus pro se, et Johannes Knok pro filio suo Wchredo Knok, coram Jacobo Glasguensi archiepiscopo, fideliter se compromiserunt in Magistros Dauid Hammiltoun, Alexandrum Hammiltoun, dominum Robertum Clerk, canonicos Glasguenses, viz., duos eorum pro parte dicti domini Johannis, et dominum Petrum Howstoun de eodem militem, Patricium Maxwell de Newwerk, Jacobum Galbraith de Culcrewch, Robertum Symple Fol. 106.
de Fowlwod, viz., aliquos duos eorundem pro dicto Wchredo iudices compromissarios, siue arbitros arbitratores et amicabiles compositores inter eosdem communiter electos, et in Magistrum Johannem Sprewle tanquam arbitrum quietum et amicum communem inter easdem partes, penes wlneracionem dicti domini Johannis per ipsum Wcheredum, et emendam inde faciendam: Que quidem partes obligarunt se adducere suos, viz., pro parte propria electos iudices ad ecclesiam metropolitanam Glasguensem, Dominica in albis proxima, sub pena centum mercarum parti portanti suos iudices a parte non portanti soluendarum: Qui quidem iudices sic et in eadem Dominica illic comparentes, laudabunt et arbitrabuntur super huiusmodi premissis, inter hinc et proximum Pentecosten; et dicte partes obligarunt se non reclamare, non appellare ab arbitrio a dictis iudicibus vel maiore parte eorum lato, sed ipsum approbare, et omologare, et inuiolabiliter obseruare, sub pena etiam centum mercarum parti obseruanti a parte non obseruante

A.D. 1510. applicandarum: Commiserunt dicte partes ipsis iudicibus potestatem decernendi super premissis, sedendo vel stando, sine strepitu et figura iudicii, viz., summarie de plano die feriato vel non feriato, partibus absentibus vel presentibus, vocatis vel non vocatis, cum clausulis et extensione in vberiore forma speculatoris: Pecierunt hinc inde dicti dominus Johannes et Johannes instrumenta: Acta in palatio domini archiepiscopi Glasguensis, hora quasi quinta post meridiem vel eacirca; testibus, Magistro Jacobo Neilson, Georgio Boswell, Willelmo Nasmyth, Nicholao Androson, et domino Thoma Sibbauld, presbitero.

416. Kichin.

Eisdem per omnia: Jacobus Glasguensis archiepiscopus contulit stallum et prebendam in collegio de Symple, nuncupato et intitulato de decimis garbalibus de Nedder Shelis et Schawtounhill, ac Redreyn, Drumtawil, et Crowdeland, infra parochiam de Glasfurd, diuisas et demembratas a rectoria de Glasfurd, de nouo vnitas et annexas, et incorporatas vni prebende et stallo in dicto collegio, et auctoritate apostolica erectas, contulit, assignauit, et prouidit domino Johanni Kichin presbitero, literatorie presentato per Johannem dominum Symple, patronum dicti collegii et prebende, prefato reuerendissimo, sine preiudicio dicti reuerendissimi et suorum successorum, et saluis iuribus et rectitudinibus eorundem solitis et consuetis; et investiuit eundem, personaliter coram eo constitutum, per annuli sui digito suo impositionem de eisdem, et commisit sibi administrationem, curam, et regimen eorundem: Peciit idem Kichin instrumenta: Acta Glasgw in palatio domini archiepiscopi, vt supra et coram quibus supra.

417. Govan.

Die Mercurii, xxvij Marcii, anno quingentesimo x°, indictione, pontificatu, quibus supra, in ecclesia Glasguensi, hora xj ante meridiem, vel eacirca: M. Thomas Murhede, rector de Govan,

monuit Magistrum Dauid Dwn vicarium pensionarium de Govan, residere personaliter in dicta vicaria intra viij dies, sub pena depriuationis: Etiam idem Magister Dauid, quantum ipse potuit, dedit, et extradonauit terram glebe de Govan, quam ipse possidebat, dicto rectori: Peciit idem rector instrumenta; testibus, Magistris Martino Rede, Adam Culquhoun, et domino Andrea Marschell, canonicis Glasguensibus. A.D. 1510.

418. Glasguensis Archiepiscopus.

Eisdem per omnia, in loco capitulari, hora quasi xij in meridie, testibus Magistris Martino Rede, Rolando Blacader, Adam Culquhoun, Johanne Gibson, et Magistro Matheo Stewart: Reuerendissimus pater Jacobus Glasguensis, quia Vchredus Knok, qui olim atroci iniuria wlnerauit dominum Johannem Kichin, arripuit iter pro absolutione habenda ad sedem apostolicam, prout certo et ex relatione Magistri Mathei Stewart notarii in predicta arreptione cognouit, idcirco, quantum cum Deo potuit, consensit absolutioni eiusdem, ad cautelam vsque diem natiuitatis Domini proximum futurum, et commisit potestatem Magistro Johanni Sprewle, commissario inquisitoris generalis Glasguensis absoluendi eundem, vt premittitur, ad hunc effectum tantummodo vsque eundem terminum, quem prefixit eidem Wchredo pro comparendo Rome inter hinc et dictum terminum, coram summo pontifice, aut suis penitentiariis pro huiusmodi absolutione recipienda: Peciit idem reuerendissimus instrumenta.

419. Cancellarius Officialis nomine Ecclesie, Prouincie, Diocesis, et Cleri, et Capituli.

Die Mercurii, 3° Aprilis, anno quingentesimo x°, indictione xiij, pontificatus Julii 2^{di} anno septimo, et regni anno xxij: Magister Martinus Rede, cancellarius ecclesie Glasguensis, ac officialis eiusdem generalis, in presencia canonicorum et testium infrascriptorum, in loco capitulari ecclesie Glasguensis propterea

A.D. 1510. congregatorum, asserens ad sui noticiam nuper deductum, reuerendissimum patrem Jacobum Glasguensem archiepiscopum, metu vt creditur regie celsitudinus, hodie obedienciam canonicam archiepiscopo Sanctiandris, Scotie primati, ratione sue primacie impensurum et facturum, in ecclesie, capituli, diocesis, prouincie, et cleri, et populi Glasguensium imminens malum ac preiudicium, et dampnum non modicum: Quocirca se tanquam superiorem personam et dignitatem capituli Glasguensis extunc residentem, ac officialem Glasguensem generalem, velle, nomine dicte ecclesie Glasguensis, capituli, diocesis, prouincie, et cleri, et populi, super dicta obediencia, sic nulliter prestita seu prestanda, protestari solemniter, prout et quemadmodum solemniter nomine eorundem protestatus est, ne dicta obedientia sic nulliter prestita seu prestanda, metu regio et non alias, ut creditur, cedat in preiudicium aut malum aliquod in futurum prefatis ecclesie, capitulo, prouincie, diocesi, aut clero, aut populo Glasguensibus; ne ve facta, gesta, dicta, et pacta inter dictum archiepiscopum Glasguensem et Sanctiandris et regiam Maiestatem, concernentia predictam ecclesiam, capitulum, diocesim, prouinciam, clerum, et populum eorundem, et contra libertatem eorundem quouismodo cedet eis superius expressatis in preiudicium: Peciit idem Magister Martinus, nomine ecclesie, capituli, diocesis, prouincie, populi, et cleri eorundem instrumenta: Acta in loco capitulari hora quasi nouena ante meridiem; testibus, Magistris et dominis Patricio Elphinstoun, Thoma Murhede, Michaele Flemyng, Roberto Clerk, canonicis, Gilberto Bynnyng, notario publico, Johanne Brakanrig, et Georgio Drummont, presbiteris, iuratis ad conseruationem premissorum secrete et nulli vnquam communicandorum, donec in ore wlgi tractetur; sicut ipse Magister Martinus et ego notarius iurauimus super huiusmodi iuramento: Peciit idem Magister Martinus instrumenta; eadem hora, per omnia, ut supra.

A.D. 1510

420. Kichin.

Die Dominica, vij° Aprilis, anno, indictione, pontificatu, quibus immediate supra, in ecclesia Glasguensi, hora quasi 3ª post meridiem, coram testibus domino Roberto Luthirdaile, Willelmo Nasmyth, Johanne Crag, Roberto Howstoun, et Alano Ardingable: Dominus Johannes Kichin, alias compromissus cum Johanne Knok penes wlnerationem eiusdem, et emendam inde faciendam, in certos iudices compromissarios pro parte sua electos, viz., Magistros Dauid Hammiltoun, Alexandrum Hammiltoun, et dominum Robertum Clerk, canonicos Glasguenses, viz., duos eorundem, ac die date presentium ad ecclesiam Glasguensem per ipsum portandos, adduxit duos pro se de dictis iudicibus, paratos ad acceptandum onus arbitrii extunc in se, viz., Magistrum Alexandrum Hammiltoun, et dominum Robertum Fol. 107. Clerk, presentes in ecclesia Glasguensi; et quia dictus Johannes Knok non adduxit secum ad dictos diem et locum duos de suis iudicibus compromissariis pro parte sua, prius ad huiusmodi arbitrium electis, sed solummodo Patricium Maxvell de Newwerk, qui renuit acceptare in se solo cum dictis Magistro Alexandro et domino Roberto, ac Magistro Johanne Sprewle, arbitro quieto et amico communi inter dictas partes electo, extunc presenti, secludendo imposterum alios iudices compromissarios pro parte dicti Johannis electos, huiusmodi officium arbitramenti, protestatus est solemniter pro pena centum mercarum in compromisso contenta, sibi dictos suos iudices compromissarios ad diem et locum prescriptos portanti applicandarum: Peciit idem dominus Johannes instrumenta.

421. Knok.

Eisdem per omnia: Patricius Maxwell de Newwerk, nomine dicti Johannis, protestatus est non cedere sibi Johanni in preiudicium, quia non portauit secum alium iudicem compromissarium partis sue a dicto Patricio ad dictos diem et locum, ex eo quod intercesserunt legitima impedimenta, aduentum aliorum iudi-

A.D. 1510. cum compromissariorum partis dicti Johannis impedientia, que suis tempore et loco congruis verificaret, offerens nomine dicti Johannis procedere per se solum, non secludendo alios iudices compromissarios partis dicti Johannis postea comparentes, cum dictis iudicibus partis aduerse, et dicto arbitro quieto, ad tractandum et consultandum super dicto arbitramento; et nichilominus, intra duos vel tres dies, quos pars aduersa prefigeret, adducere alium iudicem compromissarium partis dicti Johannis ad diem et locum prescriptos, sub pena dupli contenti in compromisso: Peciit idem Patricius nomine dicti Johannis instrumenta: Acta vt et vbi supra.

422. Turnbule.

Die Lune, viij° Aprilis, anno, indictione, pontificatu, quibus immediate supra, in loco capitulari ecclesie Glasguensis, hora x^a ante meridiem vel eacirca, testibus Magistris Johanne Sprewle, Roberto Hamiltoun, Willelmo Stewart, et domino Thoma Sibbauld, presbiteris, coram reuerendissimo patre Jacobo Glasguensi archiepiscopo, et suo capitulo assedente, ad sonum campane pulsate, Magister Jacobus Neilson, prelocutor domini Ade Turnbull presbiteri, peciit nomine eiusdem Turnbull instrumentum, quod omnes interesse habentes, necnon omnes de parentela et proximiores amicos et consanguineos quondam Roberti Farescht laici, interfecti per dictum dominum Adam Turnbule, erant citati, cum intimacione, ad diem instantem, per literas dicti reuerendissimi sub magno sigillo emanatas, et debite executas, intra ecclesiam de Annand ad comparendum ad accusandum ipsum dominum Adam, et prosequendum eundem; et nulli, licet sic citati, vocati in valuis capituli ter, comparuerunt; et quod dictus dominus presens fuit, et obediuit dicte citationi, et obtulit se promptum exnunc, et etiam die Mercurii proximo post Sinodum Glasguensem proximum futuram, eidem per dictum reuerendissimum assignatum, ad quem terminum idem reuerendissimus ex suo officio continuauit huiusmodi citationem, in

vigore quo nunc est, stare et parere iuri, ac de iusticia respondere, omnibus volentibus eundem accusare, penes occisionem dicti Roberti Farescht: Acta vt et vbi supra: Et peciit ipsam citationem inserti in dictis instrumentis que ipse prelocutor nomine sui clientuli peciit. A.D. 1510.

423. Glasguensis Archiepiscopus.

Die Martis, et Sinodi Glasguensis, ix Aprilis, anno quingentesimo x°, indictione, pontificatu, quibus immediate supra, in choro Glasguensi, testibus Magistris Martino Rede cancellario, Adam Culquhoun, Richardo Bothwell, Nicholao Greynlaw, canonicis Glasguensibus, Dauid Dwn, Jacobo Neilson, Stephano Dowgles, presbiteris; reuerendissimus pater Jacobus Glasguensis archiepiscopus, per suum scribam Magistrum Willelmum Steward rectorem de Cumbirtreis, publicauit clericis sue diocesis, illic sinodaliter congregatis, certa statuta et munitiones prius in valuis ecclesie affixas, et postea illic lectas per dictum Magistrum Willelmum: Peciit idem reuerendissimus instrumenta; hora xj ante meridiem vel eacirca.

424. Maxvell.

Die Jouis, xj Aprilis, indictione, pontificatu, quibus immediate supra, hora quasi decima ante meridiem, in loco capitulari ecclesie Glasguensis, testibus Magistris Martino Rede cancellario, Adam Culquhoun, canonicis Glasguensibus, Johanne Sprewle, Jacobo Neilson, Stephano Dowgles, Johannes Maxwell, presentauit quandam presentationem sibi factam per dominum Johannem dominum Maxwell, sub sigillo eiusdem pendenti et in pergameno, super rectoria de Cowy, Glasguensis diocesis, vacante per promotionem domini Stephani Jarding, vltimi possessoris eiusdem, ad rectoriam ecclesie parochialis de Appilgirth, cum cura animarum, dispensatione apostolica non obtenta, reuerendissimo patri Jacobo Glasguensi archiepiscopo, et ab eodem

A.D. 1510. peciit, vigore eiusdem presentacionis, ac de et super eadem, collationem ordinariam sibi conferri: Peciit Magister Richardus Dowgles nomine dicti Johannis instrumenta: Acta ut et vbi supra.

425. Hammyltoun—Castelstaris.

Die Sabbati, xiij Aprilis, anno, mense, indictione, et pontificatu, quibus supra, in manso prebendarii de Renfrew in Glasgw, hora quasi x ante meridiem vel eacirca, testibus dominis Roberto Fawside, Roberto Clerk, canonicis Glasguensibus, Willelmo Clerkson, Thoma Blare, presbiteris: Magister Dauid Hammiltoun, canonicus Glasguensis, ostendebat quandam obligationem, manu quondam domini Johannis Sherare et Magistri Johannis Gibson, prebendarii de Renfrew, subscriptam, in qua dicti subscribentes coniunctim et diuisim erant obligati dicto Magistro Dauid expedire a sede apostolica, et domi reportare, vnam dispensationem in forma camere, ad duo incompatibilia, prefato Magistro Dauid intra annum a data xx^{mi} mensis Marcii anni quingentesimi octaui cursurum, vel refundere sibi Magistro Dauid summam xix lib. xvi^{s}, persolutam dicto quondam Johanni pro huiusmodi dispensationis expeditione: Et quia huiusmodi
Fol. 108. dispensatio, ut ipse Magister Dauid asseruit, non fuit expedita et sibi domi reportata, protestatus est amodo se non velle recipere huiusmodi dispensationem, licet postea sibi adueniret, viso quod annus promissionis facte per ipsum dominum Johannem penes impetrationem dicte dispensationis fluxus erat, et dicta dispensatio sibi non fuit hactenus expedita et deliberata, sed se velle summam xix lib. xvj^{s} perprius eidem domino Johanni pro premissis expediendis deliberatorum recipere, reclamare, et habere: Peciit idem Magister Dauid instrumenta.

426. Dispensatio Roberti Arkil et Katharine Wilson.

Die Dominica, xiiij Aprilis, anno, indictione, et pontificatu, quibus immediate supra, in choro Glasguensi, hora quasi xj ante

meridiem, vel eacirca, testibus Magistris Martino Rede cancel- A.D. 1510.
lariò Glasguensi, Johanne Rede, et Petro Broun, presbiteris, reuerendissimus pater Jacobus Glasguensis archiepiscopus, iudexque commissarius inductus in hac parte a sede apostolica, et per literas Ludouici miseracione diuina Sancti Marcelli presbiteri cardinalis, domini pape maioris penitentiarii, sub eius sigillo oblongo penitentiarie, cum cordulis rubeis rubea cera albe impressa, in quadam capsa ferrea, pendente sigillatas, specialiter deputatus, vigore huiusmodi literarum et auctoritate apostolica in hac parte commissa, quia comperit ex testimonio et relatione fidedignorum testium, propter ea iuratorum et examinatorum, Robertum Arkil et Katherinam Wilson, desiderantes inuicem matrimonialiter copulari, et non valentes desiderium suum in hac parte adimplere, cum 4° and 3° gradibus affinitatis attingant, et huiusmodi impedimentum forsan sciuerunt, forsan se carnaliter cognouerunt, ipsos sic attinere, ex eo proueniente quod primus quondam maritus ipsius Catherine et ipse Robertus in 3° et 4° consanguinitatis gradibus attinebant, ipsis primo ab huiusmodi incestus reatu absolutis, cum eisdem misericorditer dispensauit, ex eo quod dicta mulier non fuit rapta, prolem susceptam, si qua sit, et suscipiendam legitime decernentes: Pecierunt hincinde dicti dispensati instrumenta: Acta vt et vbi supra.

427. Hugo dominus Montgomery.

Die Veneris, xix Aprilis, anno, indictione, et pontificatu, quibus immediate supra: Willelmus Conigham, filius et heres Cuthberti domini Kylmawris, ac habens statum et saisinam feodi omnium terrarum, dominii, et comitatus de Glencarn et Kilmawris, iudicialiter comparens coram Magistro Martino Rede officiali Glasguensi generali, ad iura reddenda et causas audiendas, in consistorio Glasguensi pro tribunali sedente, non vi aut metu paterno aut aliorum ductus, prout mediante suo sacramento, illic in manibus dicti domini officialis, propter hoc tactis Scripturis sacrosanctis, prestito, veraciter asseruit, approbauit, et ratificauit

A.D. 1509. decretum arbitrale, alias latum, vigore compromissi facti ex consensu dicti Cuthberti, ac ipsius Willelmi, et Archibaldi comitis de Angus, curatorum dicti Willelmi, et Hugonis comitis de Eglintoun, Edinburgi, coram dominis consilii, penes debatam et ius balliuatus de Conigham, inter dictos Cuthbertum, Willelmum, et Hugonem; et reuocauit quoddam instrumentum protestationis in contrarium premissorum facte per ipsum Willelmum; et iurauit nunquam deuenire per se vel alios in contrarium presentium, nec eadem reuocare, et ad premissa obseruanda, ut supra, idem dominus officialis monuit prescriptum Willelmum primo, 2do, 3°, sub excommunicationis pena: Qui quidem officialis concessit sigillum suum officii presentibus appendi ad instanciam dicti Hugonis id procurantis: Peciit idem Hugo instrumenta: Acta in consistorio Glasguensi, hora inter nouenam et decimam ante meridiem; testibus, Johanne Crawfurd de Crawfurdland, Andrea Crawfurd de Bethleem, Magistro Cristoforo Boyde, dominis Eduardo Tayt, Jacobo Howstoun, Johanne Dunlop, Gilberto Bynnyng notario, presbiteris, et Johanne Mowet, laico, testibus.

428. Glasguensis Archiepiscopus Jacobus.

Die Mercurii, xvj Januarii, anno quingentesimo ix^{o}, indictione xiij, pontificatus Julii 2^{di} anno septimo, et regni Jacobi quarti anno xxij: Jacobus Glasguensis archiepiscopus suspendit dominum Johannem Hawik assertum notarium ab executione officii notariatus, donec doceat de facultate exercendi, et examinetur per ipsum tanquam ordinarium, si sit ydoneus ad huiusmodi officium: Item idem dominus Johannes iuratus coram dicto archiepiscopo confessus fuit, quod quidam dominus Hugo Fischare presbiter presentauit sibi, die Martis precedente, in consistorio Glasguensi, quandam appellationem interiectam per dominum Carlile ad sedem Sanctiandris a sede Glasguensi, quam non legit, sed ante lecturam eiusdem concessit eidem Fischare petenti super intimatione eiusdem appellationis illic facta, notam instrumentalem, recipienti arras ab eodem, sed

postea legit, vt asseruit: Et idem Fischare peciit ab eo instrumentum, quod intimauit huiusmodi appellationem more suo, ut asseruit, in consistorio Glasguensi, nullo iudice presente, sed tantummodo procuratoribus et scriba curie; et quod idem Fischare non peciit ab eo instrumentum de presentatione et lectura dicte appellationis; et quod idem Fischare non presentauit sibi domino Johanni procuratorium siue procurationis mandatum, vigore cuius haberet potestatem appellandi nomine dicte principalis: Peciit idem reuerendissimus instrumenta: Etiam idem Fischar illic confessus fuit quod intimauit dictam appellationem, die quo supra, in consistorio Glasguensi, nullo iudice presente: Acta in loco capitulari, hora quasi xij in meridie; testibus, Magistris Patricio Graham, Alexandro Hammiltoun, domino Roberto Fawside, canonicis Glasguensibus, Magistris Dauid Dwne, Johanne Sprewle, presbiteris. A.D. 1509.

429. Archiepiscopus Glasguensis—Marschell.

Die Jouis, xvij Januarii, anno, indictione, pontificatu, et regni, quibus immediate supra, hora quasi xj ante meridiem, vel eacirca, in consistorio ecclesie Glasguensis, testibus Magistris et dominis Johanne Sprewle, Dauid Dwne, Andrea Byrkmyre, Thoma Hammiltoun, et Johanne Hawik, presbiteris, dominus Hugo Fischar presbiter, procurator, vt asseruit, et eo nomine Johannis domini Carlille, non vi aut metu ductus, etc., sed sponte, gratis, libere, renunciauit omnibus et singulis actis, factis, dictis, et gestis per ipsum, procuratorio nomine dicti domini Carlile, ab ante, et signanter die Martis precedente in consistorio Glasguensi, quo ad intimationem appellationis interiecte per dictum dominum Carlile, a sede Glasguensi ad Sanctumandream, et singulis inde secutis et ex his emergentibus, dependentibus, incidentibus, connexis, et annexis, imperpetuum: Peciit dominus Andreas Marschell, canonicus Glasguensis instrumenta: Acta vt et vbi supra.

A.D. 1509.

Fol. 109.

430. [M. Cuthbertus Simonis.]*

Hanc exceptionem fori declinatoriam iuri et racioni consonam dat, facit, et iudicialiter producit, Magister Cuthbertus Simonis, scriba capituli Glasguensis, quare idem Magister Cuthbertus minime tenetur compelli respondere cuidam prophano et inepto libello nobilis viri, Alani Steward de Craghall, coram domino officiali Glasguensi et eius commissariis, in c[ausis] iniuriarum motis inter eosdem.

Ex et pro eo quod actor habet sequi forum rei: Sed sic est quod ipse Magister Cuthbertus est de foro capitulari Glasguensi, quia est scriba eiusdem capituli, et seruus familiaris venerabilis viri, Magistri Martini Rede cancellarii Glasguensis, et de speciali indulgencia, priuilegiis, et consuetudine prescripta dicti capituli, omnes serui familiares canonicorum et dicti capituli sunt conueniendi coram dicto capitulo, racione dicte specialis indulgencie, priuilegiorum et consuetudinis prescriptarum, et patet, per *c. cum contingat de foro competenti*; quare sequitur quod ipse Alanus debet conuenire ipsum Magistrum Cuthbertum coram dicto capitulo Glasguensi, et non coram dicto domino officiali, ad quod capitulum petit se remitti, que, in quantum in facto consistunt, si negentur, probabuntur.

Vt patet per *c. cum sit generale*, et *c. si clericus de foro compe.*

Quare, reuerende domine iudex, premissis probatis, visis, et consideratis, petit prefatus Magister Cuthbertus se minime debere compelli prefato inepto libello ipsius Alani respondere, sed se remitti ad dictum capitulum tanquam suum iudicem, racionibus quibus supra, per vos et vestram sententiam interlocutoriam, condempnando eundem Alanum in expensis litis, super hiis vestrum officium humiliter implorans, reuerende domine iudex.

* This entry, and the rest on fol. 109, are upon a double leaf used as a covering to that part of the MS. included between fol. 89 and fol. 108.

A.D. 1534.

431. [MEMORANDA].*

Indictio incipit et mutatur quolibet anno xxiiij° mensis Septembris, idem octauo kalendas Octobris.

Nota quod prima die mensis Nouembris, anno Domini millesimo quingentesimo tercio, assumptus fuit Julius papa secundus.

Leo papa decimus assumptus fuit xj Marcii, anno millesimo quingentesimo xij°, et coronatus xix die mensis eiusdem, in qua die coronacionis mutandus est annus pontificatus, et decessit prima mensis Decembris anno xxj° : Et nona die Januarii eiusdem anni assumptus fuit papa Adrianus sextus, et coronatus fuit vltimo Augusti anno millesimo quingentesimo xxij°, et decessit anno millesimo quingentesimo xxiij°, xiiij die mensis Septembris.

Item papa Clemens septimus assumptus fuit in anno xxiij°, xviij Nouembris, et coronatus xxv die eiusdem mensis.

Jacobus 2us archiepiscopus Glasguensis ordinatus et consecratus fuit apud Strindeling, Dominica in albis, viz., xv Aprilis, anno millesimo quingentesimo nono, et durauit vsque ad quintum Junii anno xxiij° ; et sedes tunc vacauit per translationem eiusdem ad archiepiscopatum Sanctiandris.

Jacobus quartus Scotorum Rex coronatus fuit apud Sconam in die Sancte Marie Magdalene, viz., xxij Julii.

Jacobus quintus coronatus fuit in castro de Strineling, per Jacobum Glasguensem archiepiscopum, xxj Septembris, anno Domini millesimo quingentesimo xiij°.

Gavinus archiepiscopus Glasguensis consecratus fuit Edinburgi quinta Februarii, anno Domini millesimo quingentesimo vigesimo quarto.

Dominus Paulus papa tertius coronatus fuit tercia Nouembris, anno millesimo quingentesimo xxxiiij^to.^

Dominus Julius papa 3us coronatus fuit anno.

* These memoranda, relating to the succession of several of the Pope[s], Kings, and the Archbishops of Glasgow, are in darker ink, and added long after the rest of the book was written.

A.D. 1509.

Fol. 110.

432. [Conigham.]*

Be it kend till all men be thir present letteris, me Dauid Conigham, chanone and officiall generale of Glasgw; forsamekle as ane nobill man, Schir Thomas Hwme of Langschaw, knycht, is straitly bundin and oblist to me, myn aris and assignais, to get and deliver to ws the [kingis] confirmation, as of the Steward of Scotland, wnder the gret sele, vpon the charter and the sex merkis worth of land of auld extent of the Cassiltoune, with the mylne, and the pertinentis of the samyn, liand in the parrochine of the Stewartoun, balzery of Conighame, and within the shiref-dome of Are; like as is contenit in the obligacione of the said Schir Thomas Hwme, maid and selit be him, to me, myn aris and assignais thairapon, to be bundin and oblist, and als be thir presentis, be the faith and treuth in my body, lelely and trewly, but fraude or gyle, to bind and oblis me, myn aris, executoris, and assignais, to the said Schir Thomas Hwme, his aris, and assignais, in the sowme of ane hundreth pundis of vsuale mony, to be pait in nwmerat mony to the said Schir Thomas Hwme, his aris or assignais, or quham he or thai will dep[ute] with ane sufficient discharge to the resaving thairof, as the remanent of the sowme of sex hundreth merkis acht to the said Schir Thomas be me for the lands of Cassilltoun, with the mylne, and pertinentis forsaidis, anenalit to me, myn aris and assignais, be the said Schir Thomas for the saidis sex hundreth merkis; and that, quhen euer it salhappine the said Schir Thomas, or his aris or assignais, to deliver actualy to me, myn aris or assignais, the said confirmacione of the kingis, as of the Steward of Scotland, vpon the said chartour maid to me, myn aris, and assignais, vpon the forsaidis landis and mylne of Cassiltoun with the mylne and pertinentis: And geif it salhappine, as God forbeid, me the said Dauid Conigham, myn aris, executoris, and assig-

* This entry is written on a double leaf used as a covering for that part of the MS. between fol. 88*a* and fol. 109*b*. It refers to the transactions noticed pp. 290-295 *ante*.

nais, to falze in the payment of the said sowme of ane hundreth pundis to be pait in nwmerat mony to the said Schir Thomas Hwme, his aris, or assignais, as said is, at the day and tyme the said Schir Thomas Hwme, or ony of his forsaidis delineris to ws, or ony ane of us, the said confirmacione, as of the Steward of Scotland, wnder the kingis gret sele, than I will, and I grant, and be the tenour of thir presentis, be the faith and trewth in my body, bindis and oblis me, myn aris, executoris, and assignais, in the sowme of twa hundreth pundis of vsuale mony, to be pait be me, myn aris, executoris, or assignais, to the said Schir Thomas, his aris, executoris, or assignais, within twenty dais efter it be notourly knawine that I, or myn forsaidis, falzeis in the payment of the said hundreth pundis to the said Schir Thomas Hwme, his aris, or assignais, as said is, at the day and tyme of geifin and deliuerance of the said confirmacione to ws, or ony ane of ws: In witnes of the quhilk thing, to thir presentis, subscribit with my hand, I hafe [*cætera desunt*]. A.D. 1510.

433. PROTHOCOLLA DE ANNO QUINGENTESIMO DECIMO. Fol. 111.

FOREST.

Die Sabbati, primo Junii, anno quingentesimo x°: Quo die iuris ex suis propriis confessionibus et consensibus per Helenam Henrison, Thomam Ewin, executores quondam Johannis Hewin, in xiij^{s} iiij^{d} soluendis Roberto Forest intra xv dies, cum expensis vj^{d}.*

Cancellarius, thesaurarius, subdecanus, Govan, Ranfrew, Glasgw primo, Askirk, Auld Roxburgh, Moffet, Idulfistoun, Irskyn, Glasgw 2do, Eglisham, Killern, Cambuslang, Douglas, Durisdere: Decanus procuratorio nomine pro Castilstaris et Sanquhare et Dowgles, Govan pro Stobo, succentor pro Torboltoun, cancellarius pro Cumnok, vt asseruit, procuratores nomine capituli

* The pen has been drawn across this entry in the original.

A.D. 1510. tantum: Peciit decanus instrumenta, quod capitulum negauit petitionem reuerendissimi, et quod consensit contributioni ad pecuniam depositariam pro defensione iurium capituli.

Fol. 112.

434. CURRE—DOMUS ELEMOSINARIA.

Die Sabbati, xxvij mensis Aprilis, anno quingentesimo decimo, indictione xiij, pontificatus Julii 2^{di} anno septimo, et regni Jacobi quarti anno xxij: Dauid Steyn et Agnes Armorare coniuges, non vi aut metu, etc., a se et heredibus suis sursum dederunt, ac simpliciter resignarunt, et cesserunt, per terram et lapides, quoddam suum tenementum cum pertinentiis, jacens juxta ciuitatem Glasguensem, in le Stablegreyn, vltra portas ciuitatis, inter terras quondam Dauid Aytkyn ex orientali, et Johannis Inglis ex occidentali partibus: Necnon saisinam et statum feodi firme hereditarium humiliter per eosdem in eisdem, in manibus Thome Hugonis, balliui de Glasgw, huiusmodi sursum dationem, resignationem et saisinam, ac statum feodi recipientis et admittentis, ac eosdem dictis saisina et statu hereditario destituentis, deuestientis, et dissaisientis: Qui quidem balliuus incontinenti saisinam, et statum hereditarium, ac corporalem possessionem dicti tenementi cum pertinentiis, per similem traditionem terre et lapidis, tradidit, et deliberauit imperpetuum Johanni Curry, pauperi hospitalis Sancti Nicholai, et successoribus suis fundatis in eodem per Magistrum Michaelem Flemyn, et lecto dicti Magistri Michaelis, tanquam dominis annui redditus dicti tenementi, ac primis dominis hereditariis eiusdem, a quibus alias dictum tenementum in feodifirma assedatum erat dictis Dauidi et Agneti: Peciit idem Curry instrumenta: Acta apud idem tenementum, hora quasi quarta post meridiem; testibus, Thoma Hugonis, iuniore, Andrea Forest, Jacobo Kirkland, et Nicholao Broun.

435. BLACADER.

A.D. 1509.

Die Mercurii, xvj Januarii, anno quingentesimo ix°, indictione xiij, pontificatus Julii 2^di^ anno septimo, et regni Jacobi quarti anno xxij, hora decima ante meridiem, in loco subdecani Glasguensis et manso eiusdem, testibus Magistro et dominis Michaele Flemyng, Andrea Marschell, canonicis Glasguensibus, Gilberto Bynnyng, Johanne Dawson, notariis publicis, Johanne Johnson, Patricio Blacader, presbiteris, et Niniano Montgomery, clerico, Jacobus Blacader, scolaris, presentauit Magistro Rolando Blacader, subdecano Glasguensi recipienti, judici et executori vnico ad infrascripta a sede apostolica specialiter deputato, literas domini Julii pape secundi, eius vero bulla plumbea, cum cordula canapis, more Romane curie, impendente, sanas, etc., infrascripti tenoris, viz., JULIUS prima linea finit *Blacader;* 2^a^ linea incipit *clerici,* et finit *inducunt;* penultima linea incipit *in ea,* et finit *scienter vel igno;* vltima linea incipit *realiter acceptatum,* et finit *sexto:* Post quarum presentationem et receptionem, idem Jacobus peciit procedi per dictum executorem ad executionem earundem, et contentorum in eisdem: Qui quidem executor commendauit vicariam vnicam parrochialium ecclesiarum de Cadder et Monkland, sic ut in preinsertis literis continetur vacantem, eidem Jacobo, coram ipso personaliter constituto, per eum, donec decimum octauum sue etatis annum attigerit, tenendam, regendam, et gubernandam: Ita quod interim liceat sibi, debitis et consuetis ipsius vicarie perpetue supportatis oneribus, de residuis illius fructibus, redditibus, et prouentibus disponere et ordinare, sicuti illam huiusmodi vicariam in titulum pro tempore obtinens, de illis disponere et ordinare potuerit, seu etiam debuerit, alienatione tamen quorumcunque bonorum immobilium, et preciosorum mobilium ipsius vicarie sibi penitus interdicta: Et deinde eundem Jacobum, presentem coram eo personaliter constitutum, diligenter examinauit; et quia per examinationem huiusmodi eundem Jacobum sufficientem et ydoneum ad dictam vicariam perpetuam, sic ut in preinsertis

A.D. 1509. literis apostolicis continetur vacantem, obtinendam, et alias bone vite, et honeste conuersationis, ac fame laudabilis fuisse, et esse reperit, vicariam predictam, cum omnibus iuribus et pertinentiis suis, eidem domino Jacobo principali presenti, et humiliter id fieri petenti, contulit, et assignauit, ac prouidit de eadem, ipsumque dominum Jacobum in corporalem possessionem seu quasi dicte vicarie, per prefatum dominum nostrum papam eidem Jacobo collate, iuriumque et pertinentiarum omnium eiusdem, per dictarum literarum apostolicarum traditionem, posuit, et induxit, ac inuestiuit de eadem: Necnon notificauit, fulminauit, et decreuit processum in solita forma et stilo Romane curie, cum extensione, et clausulis necessariis et requisitis in vberiore forma; ac etiam concessit suum sigillum dictis processibus executorialibus: Peciit idem Jacobus principalis instrumenta: Acta et vt supra.

436. Blacader.

Eisdem per omnia, hora prima post meridiem vel eacirca, testibus Magistro Michaele Flemyng, dominis Alexandro Panter, Georgio Drummont, Willelmo Burell, presbiteris; idem Jacobus Blacader constituit procuratores coniunctim et diuisim, viz., Magistrum et dominos Patricium Blacader, archidiaconum Glasguensem, Andream Marschell, canonicum Glasguensem, Johannem Dawson, Johannem Johnson, Patricium Blacader, Willelmum Gartschore, absentes tanquam presentes, ad petendum, recipiendum, intrandum, et nanciscendum possessionem dicti vicarie de Cader et Monkland, de qua, certo modo vacante, sibi auctoritate apostolica extitit prouisum, ac literas apostolicas et processus super eadem factos omnibus et singulis interesse habentibus intimandi, et notificandi, ac requirendi interesse habentes, sub censuris et penis in eisdem contentis: Et generaliter, etc., cum cautione de rato et grato michi stipulanti et recipienti prestitis: Peciit idem Jacobus instrumenta: Acta in manso domini subdecani Glasgwensis in Glasgw.

A.D. 1510.

437. Broun, Chanslere dispensati.

Die Mercurii, viij° Maii, anno quingentesimo x°, indictione xiij, pontificatus Julii 2^di anno septimo, et regni Jacobi quarti anno xxij: Jacobus miseratione diuina Glasgwensis archiepiscopus, iudex commissarius et executor vnicus ad infrascripta a sede apostolica specialiter deputatus, vigore literarum Ludouici miseratione diuina, etc., Sancti Marcelli presbiteri, cardinalis domini nostri pape maioris penitentiarii, quia ex testimonio fidedignorum testium iuratorum et diligenter examinatorum, ac confessionibus propriis Andree Broun et Elizabet Chancellare sue diocesis, comperit eosdem quarto gradu consanguineitatis esse coniunctos ad inuicem, et quod dicta Elizabet propter hoc rapta non fuerat, et quia desiderabant adinuicem matrimonialiter copulari, sed quia desiderium suum in hac parte non poterunt adimplere, dispensatione apostolica super hoc non obtenta; idcirco cum eisdem coram eo personaliter constitutis quod, huiusmodi impedimento consanguinitatis non obstante, potuerunt inter se matrimonium contrahere, et in eo postquam contractum fuerit licite remanere, misericorditer dispensauit, prolem suscipiendam exinde legitimam decernens: Pecierunt dicti Andreas et Elizabet hincinde instrumenta: Acta in palatio archiepiscopi Glasgwensis in Glasgw, hora quasi 3ª post meridiem; testibus, Magistro Willelmo Stewart, rectore de Cumbirtreis, et Nicholao Androson.

438. Govane—Murhede.

Fol. 113.

Die Veneris, decimo Maii, anno quingentesimo x°, indictione xiij, pontificatus Julii 2^di anno septimo, et regni anno xxij: Dominus Alexander Robertoun capellanus, collector pro tempore oblationum ecclesie Sancti Niniani, situate trans pontem Glasgwensem intra parochiam de Govane, ac ministrans pro tempore in dicta ecclesia, ex decreto, vt asseruit, domini officialis Glasguensis sibi ad infrascripta facienda interposito, et non alias vi aut metu ductus, realiter et in pecunia numerata tradidit venerabili

A.D. 1510. viro Magistro Thome Murhede prebendario de Govane, totam et integram oblationem pecuniariam per ipsum collectam in dicta ecclesia, a processionaliter euntibus et ingredientibus dictam ecclesiam, die Martis rogationum, viz., vij mensis instantis Maii vltimo transacto, et illic dictam oblationem pecuniariam causa deuocionis offerentibus: Qui quidem prebendarius huiusmodi oblationem de manu dicti domini Alexandri, realiter, et in pecunia numerata recepit, et apud se tenuit: Peciit idem prebendarius instrumenta: Acta in ecclesia Glasguensi hora decima ante meridiem, vel eacirca; testibus, Magistris Adam Culquhoun, domino Roberto Clerk, canonicis Glasguensibus, et Magistro Johanne Rede, clerico.

439. Kichine.

Die Dominica, xij Maii, anno, indictione, pontificatu, et regni, quibus immediate supra: Dominus Johannes Kichin, alias compromissus vnacum Johanne Knok pro filio suo Vchredo Knok, in certos iudices compromissarios, penes wlnerationem ipsius domini Johannis, comparens in ecclesia Glasguensi, adduxit secum iudices compromissarios, siue arbitros arbitratoros sue partis, viz., Magistrum Alexandrum Hammiltoun et dominum Robertum Clerk canonicos Glasguenses, paratos in se procedere et determinare ac laudare in dicta arbitrali causa, ad diem et locum prescriptos, protestatus solenniter de pena in compromisso apposita sibi seruanti huiusmodi adductionem iudicum compromissariorum sue partis applicanda, et a parte non seruante soluenda, iuxta tenorem compromissi; et de euitanda pena in dicto compromisso apposita a se in casu non obseruationis contentorum in dicto compromisso, siue non adductionis iudicum compromissariorum sue partis ad diem et locum prescriptos, quomodolibet exigenda seu leuanda: viso quod dicti iudices sue partis extunc presentes, erant parati procedere et determinare in dicto arbitramenti negocio; et ipse dominus Johannes presens et paratus subire et perimplere laudum et decretum dictorum iudicum, et aliorum coniudicum compromissariorum, in dicta

causa: Peciit idem Kichin instrumenta: Acta in ecclesia Glasguensi, hora quasi quarta post meridiem; testibus, domino Johanne Kennidy, presbitero, Willelmo Nasmyth, Thoma M'Eton, et Drummont: Et etiam idem dominus Johannes allegauit diem presentem fuisse de consensu partium et coniudicum affixum pro huiusmodi sententia arbitrali ferenda. A.D. 1510.

440. Rede Cancellarius Officialis.

Die Lune, xiij Maii, anno indictione, et pontificatu, et regni, quibus immediate supra: Coram reuerendissimo patre Jacobo Glasguensi archiepiscopo, in loco capitulari et capitulo assedentibus, ad sonum campane pulsate capitulariter congregatis, pro tribunali sedentibus, ad iura reddenda et causas audiendas, Magister Andreas Birkmyre iudicialiter confessus est, se dixisse alias in consistorio Glasguensi, coram Magistro Martino Rede cancellario, et officiali Glasguensi pro tribunali illic sedente, quod ipse dominus officialis fuit partialis contra eum, et quod non stetit in potestate eiusdem officialis firmare, et ligare pedes eius: Protestatus est idem Magister Martinus de remedio iuris illic, et de emenda coram dicto reuerendissimo, et de dictis verbis et prestatione eorum: Preterea testes aliqui sunt citati, producti, iurati, et admissi super dicta iniuria, et inter dictas partes, quorum testium depositionum copiam idem Magister Martinus peciit sibi dari, et reuerendissimus ita decreuit: Nomina testium erant, Magister Thomas Murhede, qui iuratus dixit, quod audiuit Magistrum Andream Birkmyre dicentem verba domino officiali in wlgari vt sequitur, in consistorio Glasguensi, pro tribunali sedenti, postquam idem officialis mandauit eidem tanquam excommunicato exire consistorium, excommunicato duplici excommunicacione per literas compulsoriales illic productas, It sall pas zour power to fessyn my feyt; ze ar parcial; ye dow nocht to fessyn a scheip hede: Magister Jacobus Neilson concordat, addens quod idem Byrkmyre dixit dicto officiali, I sett nocht by zou a fert of zour ers: Magister Johannes Sprewle

A.D. 1510. concordat in effectu cum Magistro Jacobo Neilson: Dominus Gilbertus Bynnyng concordat cum Magistro Thoma Murhede, excepto quod audiuit hoc, Ze dow nocht to fessyn a scheip hede: Magister Dauid Dwn et Johannes Schaw balliuus concordant cum Magistro Jacobo Neilson, addentes quod idem Byrkmyre dixit, Ze and all will do for zou may nocht fessyn my feit: Magister Thomas M'Lelan, rector de Kirkpatrik, concordat cum Magistro Thoma Murhede: Andreas Ker concordat cum Magistro Jacobo Neilson: Peciit idem officialis instrumenta: Acta in loco capitulari hora decima ante meridiem vel eacirca; testibus, Magistris Roberto Hammiltoun, Archibaldo Layng, Adam Culquhoun, Michaele Flemyng, Alexandro Hammiltoun, domino Thoma Sibbauld, Magistro Petro Broun.

441. Murhede—Culquhoun.

Eisdem per omnia, Magister Andreas Byrkmyre, per cedulam querele iudicialiter productam, et relictam, coram dicto reuerendissimo conquestus est super Magistris Thoma Murhede, et Adam Culquhoun, asserens quod ipse existens sub appellatione sua, et propterea sub protectione pape propter arreptionem itineris ad curiam, quod est perturbatus ex malicia per dictos Magistros Thomam et Adam, de qua perturbatione et malicia non potuit obtinere remedium, impeditus per media dictorum
Fol. 114. Magistri Thome et Ade; addens quod vltimo die Veneris, per dictum Magistrum Thomam producte erant due compulsoriales in consistorio, ex malicia, coram domino officiali Glasguensi, asserentem ipsum Magistrum Andream esse excommunicatum vigore earundem, quare dominus officialis nolebat admittere ipsum Birkmyre in defensione sue capellanie, non obstante quod ipse non fuit extunc sub censuris; et ultra, idem Birkmyre iudicialiter, extra dictam cedulam querele, asseruit coram dicto reuerendissimo, quod idem Magister Adam rapuit violenter vnum instrumentum concernens capellaniam suam alias de manibus suis, quod apud se tenuit, prout adhuc tenet: Verum

dicti Magistri Thomas et Adam reuocarunt ista verba iniuriosa et iniurias ad animum, et negarunt easdem iniurias, protestati solenniter de remedio iuris, tempore et loco congruis habendo: Petierunt idem Thomas et Adam instrumenta: Acta vt et vbi supra. A.D. 1510.

442. Cancellarius Officialis Rede.

Die Jouis, xvj Maii, anno indictione, pontificatu, loco, quibus immediate supra: Reuerendissimus Jacobus Glasguensis archiepiscopus, capitulo assedente, post sonum campane pulsate capitulariter congregato, declarauit Magistrum Martinum Rede officialem Glasguensem, in nullo partialem fuisse, nec in aliquo iniuriam fecisse eidem, mandando eidem exire consistorium Veneris vltimo, tanquam excommunicato duplici excommunicatione, per literas compulsoriales duas illic coram ipso officiali super ipso Birkmyre productas, seu aliquid aliud assertum per ipsum Byrkmyre faciendo, aut dicendo, in dicto consistorio ipsi Birkmyre, prout ex depositione et relatione testium iuratorum in presentia partium, et examinatorum inter dictas partes, plene intellexit et didicit: Et nichilominus idem reuerendissimus iniunxit eidem Birkmyre, sponte iurato, stare mandatis ecclesie et suis, et perimplere penitentias eidem iniungendas, nisi esset secum super hoc dispensatum, reuocare verba iniuriosa et contemptibilia contra dictum officialem in iudicio prolato, et abstinere a similibus verbis sub pena xx librarum; et super hoc caucionem prestare; et comparere in dicto consistorio, et petere veniam a dicto officiali de commissis flexis genubus, ac a dicto reuerendissimo, nominibus propriis et ecclesie: reseruando alias iniunctiones pro modo delicti eidem, postea per ipsum reuerendissimum suis tempore et loco congruis iniungendas: Peciit idem Martinus Rede instrumenta; quibus reuerendissimus concessit suum sigillum rotundum: Acta hora quasi decima ante meridiem; testibus, Magistris Johanne Sprewle, Jacobo Neilson, Petro Broun, dominis Thoma Sibbauld, Bartholomeo Blare, notario publico, presbiteris, et Magistro Richardo Dowgles.

A.D. 1510.

443. Byrkmyre.

Eisdem per omnia: idem Birkmyre asseruit se iurasse stare mandatis ecclesie et reuerendissimi, vt supra, tantummodo ad placendum dicto reuerendissimo, et non alias: Peciit idem instrumenta: Acta vt et vbi supra.

444. Luss, Decanus, et Capitulum.

Die Sabbati, vigilia Penthecostes, xviij Maii, anno quingentesimo x°, indictione xiij, pontificatus Julii 2^{di} anno vij°, et regni anno xxij: Robertus Culquhoun prebendarius de Luss de nouo institutus, feciit canonicam obedientiam, et per iuramentum consuetum et solitum prestari a canonicis ecclesie Glasguensis, Magistro Roberto Forman decano et capitulo Glasguensi, in capitulo generali Pentechostali, post sonum campane pulsate, etc., iunctis manibus, et immissis inter palmas dicti decani: Peciit dictus decanus nomine proprio et capituli, ac idem Robertus Culquhoun instrumentum: Acta in capitulo Glasguensi, hora quasi xj ante meridiem; testibus, Magistris Adam Culquhoun, Alexandro Hammiltoun, Dauid Hammiltoun, Georgio Care, Patricio Elphinstoun, canonicis Glasguensibus.

445. Hospitale—Murhede.

Eisdem per omnia: Decanus et capitulum concesserunt suum sigillum commune annexioni mansi prebende de Askirk, et confirmationi eiusdem, ac fundationibus faciendis per Magistrum Thomam Murhede prebendarium de Govan.

446. Clerk Succentor.

Eisdem die, in loco consistoriali ecclesie Glasguensis, hora quasi xij in meridie: Magister Martinus Rede, cancellarius et officialis Glasguensis, pro tribunali sedens, ad iura reddenda, etc.,

in pena contumacie omnium interesse habentium, citatorum per edictum publicum alias affixum, die quinto mensis Maii instanti, in valuis ecclesie Glasguensis, et die presenti iudicialiter coram ipso productum, ac vocatorum, et non comparentium, quedam prothocolla confecta per quondam Magistrum Johannem Gibson notarium publicum illic producta per manuale eiusdem, et scripturam manualem eiusdem a diuersis recognitam, vnum, viz., prothocollum inter dominum Robertum Clerk, et dominum Willelmum Siluer, obligationis ipsius domini Willelmi ad remanendum et seruiendum in ecclesia Glasguensi pro toto tempore vite sue; Necnon consensus ipsius domini Roberti ex communi prescripta super confirmatione annue pensionis xl mercarum; aliud prothocollum constitucionis procuratorum ad consenciendum confirmationi huiusmodi annue pensionis in curia Romana; aliud prothocollum protestationis ipsius domini Roberti succentoris, decreuit per me notarium et dominum Gilbertum Bynnyng alium notarium transumi, transcribi, exemplari, et in transsumpti publicam formam redigi, mandauit; quibus sic transumptis tanta fides poterit adhiberi, sicut principales in medium producerentur, et hoc ad instanciam dicti domini Roberti, et interposuit suum decretum et auctoritatem iudiciariam, et concessit sigillum officii officialatus Glasguensis: Peciit idem dominus Robertus instrumenta: Testibus, Magistris et dominis Johanne Gibson, canonico Glasguensi, Ricardo Dowgles, Eduardo Tayt, Willelmo Smyth, Thoma Blare.

A.D. 1510.

447. Knok—Kichin.

Fol. 115.

Eisdem die, in ecclesia Glasguensi, hora quasi quinta post meridiem, testibus Magistris Georgio Montgomery, Johanne Sprewle, dominis Johanne Myllare, Jacobo Howstoun,

Johannes Knok, pater Wchredi Knok, exposuit coram Magistro Alexandro Hammiltoun, domino Roberto Clerk, canonicis Glasguensibus, iudicibus compromissariis et arbitris electis pro parte domini Johannis Kichin illic presentibus, quod

A.D. 1510. dominus de Newwerk, vnum iudicum compromissariorum, qui prius acceptauit onus in se pro dicto Johanne et suo filio, fuit infirmus, et sic de iure venit excusandus, quod suis loco et tempore congruis obtulit se probaturum, et desiderauit habere terminum sententie arbitralis, qui est dies presens, prolongari per quatuor vel quinque dies, et tunc causaret ipsum dominum de Newwerk comparere in ecclesia Glasguensi, pro complemento dicti arbitramenti; ac alias fuit contentus quod dicti Magister Alexander et dominus Robertus, ac dominus Petrus Howstoun, miles, pro sua parte compromissarius, et Magister Johannes Sprewle superior, electus inter dictas partes, laudarent extunc in dicta causa, quorum sentencie obtulit se stare, vel quod dicti Magister Alexander, dominus Robertus et dominus Petrus Howstoun, assumerent sibi aliquem in ciuitate Glasguensi quartum iudicem, et ipse pro se et suo filio contentus erat stare laudo maioris partis dictorum iudicum et superioris: Peciit idem Johannes Knok instrumenta.

448. Kichin.

Eisdem per omnia: Magister Alexander Hammiltoun, canonicus Glasguensis, protestatus est, nomine domini Johannis Kichin, de pena centum mercarum contenta in compromisso inter dictum dominum Johannem et Johannem Knok, applicanda et soluenda eidem domino Johanni, iuxta tenorem eiusdem, viso, vt ipse asseruit, quod idem Johannes, vigore dicti compromissi, fuit obligatus portare duos ad minus iudices, pro parte sua electos, Dominica in albis vltima, ad ecclesiam Glasguensem, pro decisione dicte cause, non portauit nisi dominum de Newwerk, et postea vigore alterius contractus fuit obligatus portare duos ad minus de suis iudicibus die Dominica vltima ad ecclesiam Glasguensem, et nullos portauit; et quod hic dies est vltimus terminus in compromisso contentus, et non portauit nisi vnum ad diem presentem, viz., dominum Petrum Howstoun; et quod ipse Magister Alexander et dominus Robertus, duo iudices pro

dicto domino Johanne et sua parte electi, in omnibus istis terminis, sicuti nunc, erant presentes, et parate laudare in dicta causa: Peciit dictus Magister Alexander, nomine dicti domini Johannis Kichin instrumenta. A.D. 1510.

449. Knok.

Eisdem per omnia: Dictus Magister Alexander Hammiltoun, iudex compromissarius inter prescriptas partes, laudauit et decreuit vt sequitur, viz., quod dictus Johannes Knox et filius suus Wchredus, causarent dictum dominum Johannem gaudere seruicio suo in collegio Symple, et fructibus eiusdem, vt presens, imperpetuum; et facerent debite deseruiri per ydoneum capellanum, quousque ipse dominus Johannes poterat per se deseruire in eodem; et ministrarent incontinenti ad curam eiusdem domini Johannis xx merkis; et si dicto precio non poterat curari, darent ei quolibet anno post hoc v merkis, quousque integre curaretur: Dominus Robertus Clerk alius coniudex laudauit et ordinauit, vt idem Magister Alexander, quoad possessionem seruicii et fructuum eiusdem in collegio Symple, et deseruicionem eiusdem, per ydoneum capellanum: Sed discrepauit ab eodem in sequentibus, quia idem dominus Robertus ordinauit et laudauit, quod dicti Johannes et Wchredus satisfacerent ab hac inantea annuatim, pro toto tempore vite dicti domini Johannis, decem mercas pro dampno, et arefactione membrorum a dicto Vchredo illata: Et dictus dominus Petrus Howstoun laudauit vt sequitur, viz., quod dictus Vchredus daret incontinenti pro emenda dicto domino Johanni xx merkis, et postea cum ad pinguiorem fortunam perueniret alias xx merkis; et postmodum, cum perueniret ad hereditatem paternam, alias xx merkis: Peciit idem dominus Petrus, nomine dictorum Johannis Knok et Wchredi, instrumenta: Acta vt et vbi supra.

A.D. 1510.

450. Ranfrew in Capitulo Generali.

Die Mercurii, xxij Maii, anno quingentesimo decimo, indictione xiij, pontificatus Julii 2^di^ anno vij, et regni anno xxij, in loco capitulari ecclesie Glasguensis, hora quarta post meridiem, vel eacirca, testibus Magistris et dominis Martino Rede cancellario, Rolando Blacader subdecano, Richardo Bothwell, Michaele Flemyng, Roberto Clerk, Roberto Fawside, canonicis Glasguensibus; Magister Johannes Gibson prebendarius de Renfrew allegauit, quod alias consensit ad augmentandum salarium stalli sui, et vicarii sui in choro ministrantis in eodem stallo, in duabus mercis supra antiquam quotam, que erat octo mercarum, et hoc pro vno anno iam elapso, tantummodo; et quod depresenti libenter consentiret, ut salarium stalli sui ab hac inantea et imperpetuum annuatim sit decem mercarum, si ceteri canonici prebendati in ecclesia Glasguensi, equalem importanciam in suis prebendis cum prebenda de Renfrew habentes, salarium annuum stallorum suorum ad decem mercas erigerent; et alias nolle ad augmentationem perpetuam dictarum duaram mercarum salario stalli et vicarii sui consentire: protestatus solenniter de non debere compelli ad huiusmodi solucionem salarii vicarii sui annuam decem mercarum, viso quod ceteri canonici dicte ecclesie equalem importanciam ex prebendis suis cum prebenda de Renfrew habentes, similiter non soluunt: Peciit idem Magister Johannes Gibson instrumenta.

451. Decanus—Capitulum in Capitulo Generali.

Eisdem per omnia: Magister Robertus Forman decanus, asserens eundem Magistrum Johannem Gibson alias consensisse motu proprio ad huiusmodi augmentationem duarum mercarum, perpetuam soluendarum annuatim suo chori vicario, super antiquam quotam octo mercarum solui solitam, et id promisisse, et in signum sui consensus anno elapso, id soluisse dicto suo vicario, monuit nomine proprio et capituli, dictum Gibson primo, 2°, 3°,

sub triplici edicto et peremptorie, ac sub excommunicationis pena maioris, huiusmodi summam decem mercarum annuatim, imposterum suo dicto chori vicario et successoribus suis persoluere: Peciit idem decanus nomine proprio et capituli instrumenta. A.D. 1510.

452. Decanus et Capitulum in Capitulo Generali. Fol. 116.

Eisdem per omnia: In capitulo generali, dominus Robertus Fawside prebendarius de Moffet consensit ac promisit, pro se et suis successoribus, persoluere ab hac inantea imperpetuum, suo stallario in choro Glasguensi ministranti, annuatim decem mercas pro suo annuo salario; et hoc casu quo contigerit ipsum dominum Robertum Fawside viam vniuerse carnis ingredi, vel permutare suam prebendam intra annum futurum, a data presentium computandum, quod si neque huiusmodi prebendam, intra dictum annum vt supra permutauerit, neque de medio intra dictum terminum tollatur, consensit solummodo huiusmodi solutioni decem mercarum prefato suo stallario pro vno anno: Peciit decanus, vt supra, nomine proprio et capituli instrumenta: Acta vt et vbi supra.

453. Decanus et Capitulum in Capitulo Generali.

Eisdem per omnia: Magister Michael Flemyng, prebendarius de Torboltoun, consensit augmentationi annue xxxiij[s] iiij[d] ad stallarium suum in choro Glasguensi ministrantem, supra antiquam taxam quinque librarum; et hoc ab hac inantea imperpetuum, dummodo accesserit consensus patroni dicte prebende de Torboltoun ad huiusmodi augmentationem, et non alias neque aliomodo: Peciit idem decanus Magister Robertus Forman nomine proprio et capituli instrumenta: Acta vt et vbi supra.

454. Decanus et Capitulum in Capitulo Generali.

Die Jouis, xxiij Maii, anno, indictione, pontificatu, et regni, quibus supra: Magister Georgius Care, prebendarius de Auld

A.D. 1510. Roxburgh, assedabatur, per decanum et capitulum ad sonum campane, ecclesiam de Lilisclelf, pro anno futuro, a festo Philippi et Jacobi vltimo preterito, vsque ad idem festum in anno quingentesimo xj complendo, pro summa centum mercarum eidem decano et capitulo soluendarum, in festo translationis Sancti Thome Marthiris eiusdem anni quingentesimi vndecimi: Qui quidem Magister Georgius acceptauit in se, et promisit fideliter persoluere dictam summam centum mercarum, in prefato termino, pro dicte ecclesie fructibus anni suprascripti: Peciit idem decanus nomine capituli instrumenta: Acta in loco capitulari, hora quasi decima ante meridiem; testibus, Magistris et dominis Martino Rede, Rolando Blacader, Adam Culquhoun, Thoma Murhede, Johanne Gibson, Richardo Bothwell, Roberto Fawside, Roberto Clerk, Nicholao Greynlaw, Michaele Flemyng, Georgio Montgomery, Alexandro Hammiltoun, Patricio Graham, Patricio Elphinstoun, canonicis Glasguensibus.

455. [Cuthbertus Simonis].

Memorandum.—Eisdem per omnia: Idem decanus, viz., Magister Robertus Forman, et ceteri canonici suprascipti, ac Magister Georgius Ker, canonicus etiam Glasguensis, presentes ad sonum campane capitulariter congregati in dicto capitulo generali, concluserunt et consenserunt, ac michi Cuthberto Simonis concesserunt primum beneficium, seu officium, vel seruicium vacans, pertinens presentationi seu prouisioni eorundem, quod eligere volo: Et interim, vsque ad meam promocionem, per eosdem xl[s] annuatim, supra antiquam quotam xl solidorum michi annuatim pro mea mercede prestitorum.

456. Subdecanus Blacader.

Eisdem per omnia, in dicto capitulo generali: Idem decanus et capitulum suprascriptum, ac singuli vicarii chori extunc presentes, singillatim vota rogati, consenserunt fundationi et

erectioni Magistri Rolandi Blacader subdecani Glasguensis, ad insequentem modum, et iuxta memoriale eiusdem michi tradendum, cum extensione et clausulis quas in eadem fundatione duxerit inserendas, faciendum in vberiore forma, viz., quod ipse Magister Rolandus augebit, et annectet xv mercas annuatim soluendas stallario suo in choro Glasguensi, pro eodem ministranti, supra solitam taxam decem mercarum: Quas quindecim mercas fundabit eidem stallario suo, et successoribus suis, subdecani stallariis, de terris et annuis redditibus sufficientibus; cuius stallarii presentationem, institutionem et destitutionem in eodem stallo, cum annexis xv mercis, wlt apud se manere toto tempore vite sue, et post obitum ipsius subdecani, wlt quod dictum stallum, cum annexis xv mercis, sit ad dispositionem decani et capituli, viz., quod antiquior chori vicarius ad id presentetur imperpetuum; et quod idem stallarius teneatur solum ad magnas horas in choro Glasguensi, et missas easdem concernentes, sicuti capellanus fundatus per quondam Magistrum Jacobum Lindesay decanum Glasguensem astringitur; et quod lucretur et perdat suos absencie defectus, et habeat sinodum in turno suo cum ceteris vicariis; et quod non percipiat communiarum aliquam partem, preter obitus pro presentibus processiones, et cetera casualia; et quod celebret quotidie, cum dispositus fuerit, et alias non fuerit celebraturus, in missis de cursu, ad altare Sancti Nicholai in ecclesia superiore, piam memoriam faciens pro anima dicti subdecani, patris, et matris, recolende memorie Roberti archiepiscopi Glasguensis primi, et omnium suorum parentum, amicorum, benefactorum, et omnium fidelium defunctorum: Preterea wlt eundem stallum, cum annexis quindecim mercis, esse pro toto tempore vite sue compatibilem, et post mortem eiusdem omni alio beneficio et seruicio incompatibilem: Peciit idem subdecanus instrumenta, quibus decanus et capitulum concesserunt sigillum capitulare et commune: Acta vt et vbi supra. A.D. 1510.

A.D. 1510.

457. Decanus et Capitulum.

Eisdem per omnia: Magister Georgius Ker concessit ab hac inantea dare stallario suo de Auld Roxburgh nouem mercas annuatim, vel stallario de Neubotill; et pro instanti consentit quod stallarius de Auld Roxburgh habeat huiusmodi nouem mercas pro mercede stalli sui; sed post exitum dicti anni habebit in optionem, an mauult applicare huiusmodi excrescenciam xx^{a} ad stallum suum de Auld Roxburgh, vel stallum de Neubotill, per ipsum et suos successores pro altero dictorum stallorum imperpetuum soluendos: Peciit idem decanus nomine proprio et capituli instrumenta: Acta vt et vbi supra.

Fol. 117.

458. Turnbull.

Die Veneris, xxiiij mensis Maii, anno quingentesimo x^{o}, indictione xiij, pontificatus Julii 2^{di} anno vij^{o}, et regni anno xxij^{o}: Magister Jacobus Neilson, procurator et eo nomine domini Ade Turnbull rectoris de Annand, peciit a me notario instrumenta de infrascriptis, et actum infrascriptum, coram Jacobo Glasguensi archiepiscopo, in loco capitulari Glasguensi pro tribunali sedente, post pulsum campane, assidentibus dominis capitularibus, et iudicialiter confectum, ac libris actorum dicti reuerendissimi descriptum, eisdem instrumentis inseri: Tenor acti est talis: Quo die dominus Adam Turnbull, iudicialiter comparens, produxit vnam citationem, debite executam apud ecclesias de Lochmabane, Annand, Cumbirtreis, et Garwald, super omnes et singulos, in generale et in speciale, sua coniunctim vel diuisim interesse habentes, ad comparendum die instanti, ad accusandum criminaliter dictum dominum Adam, super crudeli interfectione quondam Roberti Faresch, juxta tenorem dicte citationis, et acti confecti die x^{o} mensis Aprilis vltimo lapsi: Et quia predicti citati, vocati, et ad debitam horam expectati, non comparuerunt, nec eundem dominum Adam accusare curarunt, iudex super eisdem accusatoribus et eorundem accusationibus, ad instanciam

dicti domini Ade id petentis, silentium imposuit, juxta juris exigenciam; et ad accusandum criminaliter eundem dominum Adam, ex officio, super huiusmodi interfectione, idem iudex, viz., reuerendissimus pater Jacobus Glasguensis archiepiscopus, hodie ad mensem dicto domino Adam apud actum citato: Acta in loco capitulari, hora quasi xj ante meridiem, vel eacirca; testibus, Magistris Michaele Flemyng, canonico Glasguensi, domino Roberto Fawside, canonico etiam Glasguensi, et Magistro Johanne Sprewle, vicario de Curmannok. A.D. 1510.

459. Cameron—Cokburn.

Die Sabbati, xxv Maii, anno, indictione, et pontificatu, quibus supra, in loco capitulari, hora nouena ante meridiem, vel eacirca, testibus Magistris et dominis Martino Rede cancellario, Adam Culquhoun, Thoma Murhede, Roberto Fawsyde, Roberto Clerk, canonicis Glasguensibus: Rolandus Blacader presidens, et capitulum ad sonum campane, etc., decreuerunt dominum Johannem Cokburn, et dominum Georgium Cameron, capellanos fundatos in choro Glasguensi, ad cantandum in eodem, per recolende memorie Robertum Glasguensem archiepiscopum primum, debere amodo habere imperpetuum, pro integro seruicio, integram communiam, et casualia alicui vni vicariorum chori Glasguensis incumbentium, pro suo seruicio in choro Glasguensi: et ad persoluendum huiusmodi communiam pro anno futuro, dictis duobus capellanis, idem presidens monuit dominum Thomam Smyth collectorem dicte communie pro anno predicto, sub pena suspensionis a diuinis: Peciit idem dominus Georgius Cameron instrumenta: Presentes in dicto capitulo idem presidens, Martinus Rede, Adam Culquhoun, Thomas Murhede, Johannes Gibsoun, Patricius Elphinstoun, Robertus Clerk, Nicholaus Greynlaw, Robertus Fawside, Patricius Graham, Georgius Montgomery, Alexander Hammiltoun, Michael Flemyng.

A.D. 1510.

460. Alderstoun—Howstoun.

Die Lune, xxvij mensis Maii, anno quingentesimo x°, indictione xiij, pontificatus Julii 2^{di} anno vij°, et regni anno xxij: Coram reuerendissimo patre Jacobo Glasguensi archiepiscopo, et presidente, et capitulo eidem assidentibus, post sonum campane pulsate capitulariter congregatis, placuit domino Jacobo Howstoun, ac idem iudicialiter consensit, et contentus fuit, ac voluit, quod Bartholomeus Alderstoun restituatur ad possessionem cuiusdam domus pertinentis capellanie dicti domini Jacobi, et quam idem Bartholomeus habuit in arrenda siue assedatione anno preterito a dicto domino Jacobo, adeo pacificam, ac prout et quemadmodum idem Bartholomeus possidebat eandem, libere et pacifice, die Pentechostes vltimo defluxo: Peciit Matheus comes Lenax, prelocutor dicti Bartholomei, nomine eiusdem, instrumenta: Acta in loco capitulari hora nouena ante meridiem, vel eacirca; testibus, Magistris Johanne Sprewle, Dauid Dwn, Petro Broun, et domino Thoma Sibbauld, presbiteris.

461. Executores Weyr.

Die Martis, xxviij mensis Maii, anno, indictione, pontificatu, et regni, quibus immediate supra, in ecclesia Glasguensi, hora xj ante meridiem, vel eacirca, testibus domino Laurentio Dikkesoun, vicario chori Glasguensis, Georgio Zettis, et Thoma Murref, laicis: Dominus Johannes Weir, vnus executorum quondam Magistri Quintini Weir, quondam rectoris de Libertoun, pro se et aliis suis coexecutoribus, nomine dicti defuncti, elegit et optauit fructus excrescentes, siue residuum annate dicte rectorie de Libertoun, dimittendo taxam siue decime taxationem intranti ad dictam rectoriam, ac rectori futuro in eadem: Peciit idem dominus Johannes Weir, pro se et aliis secum coexecutoribus, instrumenta: Acta vt et vbi supra.

462. Cokburn Capellani Archiepiscopi intra Chorum Glasguensem. A.D. 1510.

Die Sabbati, primo Junii, anno, indictione, pontificatu, et regni, quibus immediate supra, in loco capitulari, hora quasi decima ante meridiem, vel eacirca; testibus, dominis Johanne Mowsfald, Willelmo Burell, Willelmo Smyth, Thoma Smyth, Andrea Wawch, Johanne Heriote, presbiteris, Magister Rolandus Blacader, presidens et capitulum Glasguense, post sonum campane pulsate capitulariter congregati, viz., Magistri et domini Martinus Rede, Thomas Murhede, Johannes Gibsoun, Patricius Elphinstoun, Robertus Fawside, Robertus Clerk, Nicholaus Greynlaw, Michael Flemyng, Georgius Montgomery, vnanimiter, et ad vota singillatim rogati, decreuerunt, et concluserunt dominos Johannem Cokburn, et Georgium Cameron, et suos successores, fundatos in choro Glasguensi per recolende memorie Robertum Glasguensem archiepiscopum primum, ammodo imperpetuum debere annuatim et terminatim habere, et recipere integram communie portionem et casualium distributionum, aliquibus duobus vicariis chori incumbere valencium, pro suis seruicio et exercitio in cantu et aliis, ad omnes horas et missas et antiphonas amodo decantandas in ecclesia Glasguensi, sicut ceteri vicarii decantare tenentur: Et ad persoluendum huiusmodi communiam et casualia prefatis dominis Georgio et Johanni pro anno futuro, idem presidens, nomine proprio et capituli, monuit dominum Willelmum Burell, collectorem huiusmodi communie, Fol. 118. ac procuratorem vicariorum, sub pena suspensionis a diuinis: Peciit idem Cokburn nomine proprio et dicti domini Georgii ac successorum suorum instrumenta: Acta vt et vbi supra.

463. Vicarii Chori.

Eisdem per omnia: Dominus Andreas Wawch vicarius chori Glasguensis, nomine proprio ac certorum vicariorum chori, factum ipsius domini Andree approbantium, sed non ex consensu

A.D. 1510. omnium vicariorum illic presentium, viz., dominorum Johannis Mowsfald, Willelmi Burell, Thome Smyth, Johannis Scot, dissensit huiusmodi decreto et conclusioni, quo ad dationem integre communie dictis dominis Georgio et Johanni, et successoribus suis: Peciit idem Andreas Wawch, nomine proprio, et aliquorum vicariorum chori factum ipsum ratificantium, instrumenta: Acta vt et vbi supra: Vicarii factum dicti domini Andree ratificantes erant M. Willelmus Broun, dominus Johannes Huchonsoun, Andreas Mosman, Johannes Heriote, Colinus Watson, Robertus Durand, Robertus Crechtoun, Laurentius Dikkesoun, Macolmus Flemyng.

464. Subdecanus pro stallo et horto Vicarii sui.

Eisdem per omnia: Dicti presidens et capitulum vnanimiter concluserunt et decreuerunt, cameram in loco vicariorum situatam, in gradu proxime cameram stallarii thesaurarii ab occidentali, quam nunc occupat dominus Johannes Mowsfald, ac hortum proxime hortum stallarii archidiaconi Glasguensis principalis, in occidentali latere hortorum vicariorum chori Glasguensis situatum, quam etiam nunc inhabitat idem dominus Johannes Mowsfald, a modo imperpetuum spectare et pertinere stallario subdecani Glasguensis, et suis successoribus; et eosdem hortum et cameram quantum in eis fuit prefato stallo subdecani imperpetuum incorporarunt, vniuerunt, et annexuerunt, et deputarunt: Peciit idem Magister Rolandus Blacader subdecanus instrumenta: Acta vt et vbi supra.

465. Monyabro—Levingistoun.

Die Mercurii, xij Junii, anno, indictione, et pontificatu, quibus immediate supra, sed anno regni Jacobi quarti xxiij, in loco capitulari, hora decima ante meridiem vel eacirca, testibus Magistris Michaele Flemyng, Nicholao Greynlaw, Johanne Gibson, canonicis Glasguensibus, et Archibaldo Layng, vicario de Estwod: Doncanus Levingistoun, coram domino officiali Glasguensi, Magistro Martino Rede, illic pro tribunali sedente, pro-

testatus est solenniter, non cedere domino Levingistoun, vel suis A.D. 1510.
heredibus, in preiudicium aliquod, quicquid illic de eo conquestum fuerit, penes impedimentum prestitum seruitoribus et tenandis Magistri Alexandri Erskyn, rectoris de Monyabro, prout ipse rector asserebat, aut vigore eiusdem querele determinatum et sententiatum, per dictum dominum officialem, contra ipsum Doncanum et ceteros eiusdem facti participes, quo ad manurationem et occupationem glebarii de Drumtocher, quod idem rector pretendit sibi pertinere, seu ex asserta iniuria inflicta ex huiusmodi impedimento: Peciit idem Doncanus nomine dicti domini Levingistoun et heredum suorum instrumenta: Acta vt et vbi supra.

466. Erskyn Monyabro.

Die Sabbati, xv Junii, anno quingentesimo x°, indictione xiij, pontificatus Julii 2^{di} anno vij°, et regni anno xxiij: Doncanus Levingistoun protulit verba in wlgari vt sequitur, Magistro Alexandro Erskyn rectori de Monyabro, Schir, ze wat we want our cheyf; ze may refe ws all at we haue, an ze will: Que verba et quas iniurias idem rector postquam audiuit ad animum statim reuocauit, et asseruit se non velle sustinuisse easdem pro mille mercis, sed pocius tantum dedisset de suis, antequam sustinuisset huiusmodi iniurias: Peciit idem rector instrumenta: Acta in ciuitate Glasguensi, hora 3^{a} post meridiem, vel eacirca; testibus, domino Georgio Mason, Johanne Rankin, et Roberto McGowre.

467. Blacader—Cadder.

Die Jouis, xx° Junii, anno, indictione, pontificatu, et regno, quibus immediate supra: Dominus Andreas Merschell, canonicus ecclesie Glasguensis, procuratorio nomine Jacobi Blacader, commendarii vicarie vnice parochialium ecclesiarum de Cadder et Monkland, Glasguensis diocesis, de qua eidem Jacobo, certo modo vacante, auctoritate apostolica prouisum extitit, literas apostolicas eidem Jacobo super huiusmodi vicaria et prouisione

A.D. 1510. eiusdem, per sanctissimum dominum Julium papam modernum graciose concessas, et sub plumbo cum cordula canapis bullatas, necnon processum inde secutum, necnon instrumentum possessionis huiusmodi vicarie, reuerendissimo patri Jacobo Glasguensi archiepiscopo presenti et audienti intimauit et notificauit: Quiquidem reuerendissimus pater, dictis literis et contentis in eisdem, libenter et reuerenter obtemperauit: Peciit idem Merschell, procuratorio nomine dicti commendarii, instrumenta: Acta in ecclesia Glasguensi, hora quasi decima ante meridiem; testibus, Magistris Martino Rede, cancellario et officiali Glasguensi, Rolando Blacader, subdecano, presbiteris, Thoma McClelan, clerico, et domino Thoma Sibbauld, presbitero.

468. Presidens et Capitulum Glasguenses.

Die Veneris, xxj Junii, anno, indictione, pontificatu, et regno, quibus immediate supra: Magister Martinus Rede cancellarius presidens, et capitulum Glasguense, post sonum compane pulsate capitulariter in loco capitulari ecclesie Glasguensis capitulariter congregati, accipientes Alexandrum, miseratione diuina Sanctiandris archiepiscopum, tocius Scotie primatem, et legatum natum, ciuitatem Glasguensem in proximo aduentare; et reuerendissimum patrem Jacobum Glasguensem archiepiscopum eidem obuiam, obediendi et obsequendi causa, procedere; cui reuerendissimo patri Jacobo, tanquam suo prelato, in dicto concursu forte se coniuncturi sunt, tum propter complacentiam regie maiestatis, cum quo dictus primas, filius dicte regie maiestatis,
Fol. 119. aduenturus est, tum propter complacentiam dicti sui prelati, et non alias; Necnon se esse exemptos a dictis primate, et archiepiscopo Glasguensi, ac aliis ordinariis quibuscunque, propterea adheserunt, et adherent suis priuilegiis nouis et antiquis, et exemptionibus, a concessione Romanorum pontificum, et largitione regum alias eisdem graciose concessis, protestati solenniter non cedere sibi, aut suis successoribus, in preiudicium aliquod, quicquid idem Glasguensis archiepiscopus, prefato pri-

mati obsequii, vel obediencie, vel humanitatis, ipsis absentibus vel presentibus, et communitatibus, eundem suum prelatum, propter complacentiam regie maiestatis, et eiusdem sui prelati ad obuiandum eidem primati forte prestiterit, vel ipsi ex causis predictis extunc prestiterunt, et de concurrentibus, et fieri contingentibus, ex eadem obuiatione et processionali itione, ac inde prouenientibus et secutis et emergentibus ex eisdem, cum extensione et clausulis necessariis oportunis et requesitis inserendis, per dictum capitulum, si quando et quociens opus fuerit: Peciit idem Magister Martinus Rede cancellarius presidens, nomine proprio et capituli, instrumenta: Acta in loco capitulari, hora xj ante meridiem, vel eacirca; testibus, Magistris Jacobo Neilsoun, Dauid Dwn, notario publico, et domino Rogero M'Ilhauche, presbitero. A.D. 1510.

469. Johnstoun.

Die Veneris, xxviij Junii, anno, indictione, pontificatu, et regno, quibus immediate supra: Magister Jacobus Neilsoun aduocatus, et eo nomine Johannis Rig
coram reuerendissimo patre Jacobo Glasguensi archiepiscopo, et capitulo Glasguensi assidente, post sonum campane pulsate capitulariter congregatis, pro tribunali sedentibus, ad iura reddenda et causas audiendas, in loco capitulari ecclesie Glasguensis, confessus est iudicialiter, Agnetem Johnstoun fuisse aliquando executricem quondam Hugonis Rig, per ipsum aliquando constitutam, sed ipsam postea huiusmodi officio executorie renunciasse: Peciit eadem Agnes instrumenta: Acta in loco capitulari, hora quasi xj ante meridiem; testibus, Magistris Willelmo Stewart, rectore de Cumbirtreis, Johanne Sprewle, Roberto Hammiltoun, Petro Broun, Johanne Rede, notario publico, et domino Thoma Sibbauld.

A.D. 1510.

470. De Hospitali.

Eisdem per omnia: Idem reuerendissimus, in penam contumacie citatorum, per edictum publicum in valuis ecclesie Glasguensis affixum, et inde remotum, ac in valuis capituli, vocatorum non comparentium, confirmauit, approbauit, et ratificauit, pro se et suis successoribus, cartam siue literas assedationis, factas per Robertum Clerk succentorem Glasguensem, de tenemento hospitalis, iacente in le Drigat, M. Richardo Bothwell prebendario de Askirk et suis successoribus; et decreuit omnia contenta in eisdem, auctoritate sua ordinaria, inuiolabiliter obseruari, prout idem presidens, Martinus Rede, et capitulum, extunc decreuit, et cum consensu dicti capituli, post sonum campane, annexuit huiusmodi mansum prebende de Askirk: Idem reuerendissimus concessit sigillum rotundum, capitulum concessit suum sigillum commune, et idem Magister Richardus concessit suum sigillum: Peciit Magister Cuthbertus Simonis, nomine pauperum hospitalis, instrumenta, a Magistro Johanne Rede, domino Richardo Fergusson, et Patricio Hammiltoun, notariis publicis, instrumenta: Acta in loco capitulari; testibus quibus immediate supra, et Magistris Thoma McLellan, et Johanne Rede, iuniore.

471. Neilsoun—Rede.

Die Veneris, quinto mensis Julii, anno Domini quingentesimo decimo, indictione xiij, pontificatus Julii 2^di anno vij^o, et regni excelse familie principis, Jacobi quarti Scotorum Regis metuendissimi, anno vicesimotercio: Dominus Martinus Rede, capellanus perpetuus capellanie Sancti Michaelis, fundate ad altare eiusdem in ecclesia Glasguensi, prope fores eiusdem, per bone memorie Magistrum Gilbertum Rerik, quondam ecclesie Glasguensis archidiaconum principalem, non vi aut metu ductus, etc., sed ex certa scientia, suis ac sue capellanie commodo et vtilitate perpetuis, et suorum successoribus, vndique preuisis et pensatis, omnibus melioribus modo, via, etc., cum consensu, presentia, et

voluntate reuerendissimi patris Jacobi Glasguensis archiepiscopi, ac capituli Glasguensis post sonum campane pulsate capitulariter congregatorum, capitulum facientium et representantium, ac etiam cum consensu Magistrorum Roberti Forman, decani, et Patricii Blacader, archidiaconi Glasguensis principalis, patronorum ac collatorum dicte capellanie, in personam Magistri Rolandi Blacader subdecani Glasguensis, procuratoris et eo nomine dictorum Magistrorum Roberti et Patricii huiusmodi mandatum in se sponte suscipientis, et ad id expresse consentientis, prout de sue procurationis mandatis, per Magistros Richardum Dowgles et dominum Gilbertum Bynnyng, notarios publicos, illic viue vocis oraculo huiusmodi mandata verificantes, extitit legitime facta fides, assedauit, et ad feodi firmam pro perpetuo dimisit, Magistro Jacobo Neilson vicario de Colmonell, suis heredibus et assignatis, totum et integrum suum tenementum cum pertinentiis, spectans dicte sue capellanie, quod prius incendio a tectis absumptum erat, iacens in ciuitate Glasguensi, ad partem australem vici de Drigate, inter tenementa Magistri Thome Murhede rectoris de Govan ad orientem, et vicariorum chori Glasguensis ad occidentem: Reddendo inde annuatim, idem Magister Jacobus et sui, prefato capellano et suis successoribus, quolibet anno post lapsum anni presentis, in quo nichil inde reddet, quinque mercas vsualis monete, ad duos anni terminos consuetos, Pentechostes et Martini in hieme, nomine feodi firme tantummodo: Et idem Magister Jacobus et sui reparabunt, edificabunt, et manutenebunt huiusmodi tenementum, et sustentabunt in suis structuris et reparationibus sufficientibus: Pecierunt idem Neilson et Rede hincinde pro se et suis instrumenta, quibus idem reuerendissimus et capitulum concesserunt sua sigilla rotundum et capitulare: Acta in loco capitulari, hora quasi xj ante meridiem; testibus, Magistris et dominis Roberto Hammiltoun, Petro Broun, Thoma Sibbauld, Johanne Hervy, Willelmo Gartschore, presbyteris, Andrea Smyth, clerico, et Thoma Levingistoun, laico.

A.D. 1510.

A.D. 1510.

472. Neilsoun de Saisina in Drigate.

Die Mercurii, x° Julii, anno, indictione, pontificatu, et regni immediate supra: Dominus Martinus Rede, capellanus perpetuus capellanie beati Michaelis, fundate ad altare eiusdem in ecclesia Glasguensi, prope fores, per bone memorie Magistrum Gilbertum Rerik, archidiaconum ecclesie Glasguensis principalem, sursum dedit, pureque et simpliciter a se et successoribus suis pro perpetuo resignauit, quoddam suum tenementum cum pertinentiis, spectans dicte sue capellanie, iacens vt immediate supra, per terram, massam, et lapides, in manibus Johannis Schaw, alterius balliuorum de Glasgw pro tempore, huiusmodi sursum dationem puramque simplicem resignationem, acceptantis et recipientis: Qui quidem balliuus, ex mandato dicti domini Martini, et vigore sui officii, post huiusmodi resignationem, saisinam, statum hereditarium, ac corporalem possessionem dicti tenementi cum
Fol. 120. pertinentiis, prout iacet in longitudine et latitudine, per similem terre et lapidis traditionem, vt moris est, Magistro Jacobo Neilson, vicario de Colmonell, presenti et acceptanti, necnon suis heredibus et assignatis, soluturis inde annuatim, dicto domino Martino et suis successoribus, capellanis perpetuis dicte capellanie beati Michaelis, v mercas vsualis monete annui redditus, nomine feodifirme, ad festa Pentecostes et Martini in hieme, per equales portiones, ac firmam burgalem, habere debentibus, ad terminos consuetos, singulis annis post lapsum anni instantis, in quo nichil inde reddet, tantummodo, pro omni alio onere, exactione, questione, que dicto tenemento per quoscunque iuste exigi poterunt quomodolibet in futurum, tradidit, et deliberauit, iuxta formam assedationis et concessionis ac dimissionis, ad firmam feodi, sibi per prefatum dominum Martinum, cum consensu Jacobi Glasguensis archiepiscopi ac capituli Glasguensis, post sonum campane capitulariter congregatorum, et capitulum facientium et representantium, ac Magistrorum Roberti Forman decani, et Patricii Blacader archidiaconi principalis Glasguensis, patronorum seu collatorum dicte capellanie, prius factarum,

saluo iure cuiuslibet, in feodo ad firmam et hereditatem imperpetuum: Peciit idem Neilson instrumenta: Acta super solum dicti tenementi hora nouena ante meridiem, vel eacirca; testibus, dominis Gilberto Bynnyng, Richardo Fergusson, notariis publicis, Andrea Care, vicario de Cumnok, presbiteris, Andrea Conigham de Drumquhassill, Willelmo Baxter, et Donaldo Chalmer, laicis. A.D. 1510.

473. Johnson.

Die Lune, xv Julii, anno, indictione, et pontificatu, et regni quibus immediate supra, in loco capitulari ecclesie Glasguensis, hora xj ante meridiem, vel eacirca, testibus Magistris Alexandro Inglis thesaurario Glasguensi, Richardo Bothwel, canonicis Glasguensibus, domino Johanne Stewart de Mynto milite, dominis Johanne Turnour, notario publico, et Johanne Symson, presbiteris, coram et a Magistris Martino Rede cancellario Glasguensi, et Johanne Sprewle, commissariis in hanc partem reuerendissimi patris Jacobi Glasguensis archiepiscopi, in huiusmodi loco capitulari pro tribunali sedentibus, ad iura reddenda et causas audiendas, Magister Richardus Dowgles procurator, et eo nomine Agnetis Johnson, relicte quondam Hugonis Rig, repetiit in iudicio confessionem partis aduerse, viz., Johannis Rig, alias iudicialiter confessantis ipsam Agnetem fuisse aliquando constitutam per ipsum quondam Hugonem, dum viueret, executricem vnacum dicto Johanne ad bona et testamentum eiusdem Hugonis: Peciit idem Dowgles, procuratorio nomine dicte Agnetis, instrumenta: Acta vt et vbi supra.

474. Vicarii Chori.

Die Sabbati, xx Julii, anno, indictione, et regni, et pontificatu, quibus immediate supra: Dominus Robertus Crechtoun vicarius chori, coram Rolando Blacader, presidente, et capitulo, post sonum campane pulsate capitulariter congregatis, dissensit presentationi cuiusdam cedule, per modum querele, per ceteros vicarios exhibite

A.D. 1510. et relicte apud dictum presidentem et capitulum, continentis et petentis fundationem succentoris Glasguensis, iuxta tenorem eiusdem et decretum apostolicum, per omnia per eundem succentorem custodari et seruari, et signanter penes ea dicte fundationis concernentia vtilititatem dictorum vicariorum, viz., solutionem defectuum dicti succentoris, quum se a seruicio chori absentare contigerit, predictis vicariis applicandorum, ceteris vicariis illic presentibus, presentationem dicte querele ratam habentibus et eidem consentientibus: Peciit dominus Johannes Heriote vicarius chori, nomine proprio et reliquorum vicariorum chori instrumenta: Acta in loco capitulari, hora x ante meridiem, vel eacirca; testibus, Magistris Martino Rede cancellario, Richardo Bothwell, Patricio Elphinstoun, Patricio Graham, Johanne Gibson, canonicis Glasguensibus.

475. Bothwell.

Die Lune, xxij mensis Julii, anno Domini millesimo quingentesimo x°, indictione xiij, pontificatus Julii 2[di] anno septimo, et regni Jacobi quarti anno xxiij: Magister Richardus Bothwell, canonicus ecclesie Glasguensis, ac prebendarius de Askirk in eadem, vicarius perpetuus de Peblis, Glasguensis diocesis, ac prebendarius ecclesie collegiate de Corstorfyn, Sanctiandris diocesis, principalis, dicens et asserens se fore paratum et dispositum ad arripiendum iter suum versus sedem apostolicam, et sanctissimum in Christo patrem Julium, diuina prouidentia dominum nostrum papam, ex certis causis rationabilibus animum suum ad id inducentibus, et signanter animo et intentione prosequendi et defendendi certas causas, quas, vt asseruit, illic pertractare, et expedire necessario habuit, contra quosdam suos aduersarios, et specialiter quam talem, ac alios quorum interest seu interesse poterit quomodolibet in futurum: Receptis in dextera baculo sustentationis, et in sinistra pera peregrinationis, omnibusque ibidem existentibus valedicens, In Dei nomine, omnibus melioribus modo, via, iure, causa, et forma quibus melius et efficacius

potuit et debuit, ad sacrosanctam sedem apostolicam, ac sanctissimum dominum nostrum papam Julium modernum, ex causa predicta iter arripiebat; idcirco subiiciens extunc, et deinceps submittens se, ecclesias suas, et beneficia sua, ac omnia bona sua, mobilia et immobilia, spiritualia et mundana, presentia et futura, protectioni, defensioni, tuitioni, iurisdictioni, et preuilegiis sancte sedis apostolice, ac sanctissimi domini nostri pape predicti: Protestatus nichilominus publice et expresse, quod siquidem contra et vltra huiusmodi itineris sui arreptionem, seu contra se et ecclesias ac beneficia sua predicta, ac omnia bona sua, ut prefertur, quomodolibet fuerit attemptatum vel processum, seu imposterum contigeret attemptari vel procedi, per quoscunque, id reuocare facere contra attemptantes, tanquam manifestos presumptores intendit, suis tempore et loco congruis et oportunis; et generaliter omnia alia et singula ibidem fecit et exercuit, que natura arreptionis itineris exigit et requirit: Peciit idem Askirk instrumenta: Acta in manso domini cancellarii Glasguensis, intra ciuitatem Glasguensem, hora prima post meridiem; testibus, Magistro Martino Rede cancellario Glasguensi, dominis Willelmo Smyth, Johanne Heriote, presbiteris, et Magistro Johanne Rede intra sacros constituto. A.D. 1510.

476. Rede. Fol. 121.

Die Martis, xxiij Julii, anno, indictione, pontificatu, et regni, quibus immediate supra: Dominus Johannes Symontoun, capellanus perpetuus capelle regie de Dundonald, Glasguensis diocesis, non vi aut metu, vt asseruit, ductus, sed ex certa scientia, omnibus melioribus modo, via, iure, forma, et causa, quibus melius et efficacius potuit et debuit, fecit, constituit, creauit, et solenniter ordinauit venerabilem virum, Magistrum Martinum Rede, cancellarium ecclesie Glasguensis, suum verum indubitatum procuratorem, irreuocabilem solum et vnicum actorem, gestorem, et negociorum suorum gestorem, ac nuncium specialem, sed specialiter et expresse ad nomen ipsum constituentis, dictam

A.D. 1510 suam capellaniam perpetuam, cum omnibus suis iuribus et pertinentiis, in manibus domini nostri Regis Jacobi quarti, capellanie predicte patronum indubitatum, resignandi, cedendi, et dimittendi, iurandique in animam ipsius domini constituentis, quod in huiusmodi cessione, dimissione, non interuenerunt nec interuenient fraus, dolus, aut queuis simoniaca labes, aut illicita pactio; et generaliter omnia alia et singula faciendi, procurandi, etc.: Promisit etiam ratum et gratum habere et habiturum totum et quicquid dictus procurator fecerit in premissis, et nullo tempore ipsum procuratorem reuocare: Peciit idem dominus Johannes Symontoun instrumenta sibi procuratori dari et fieri: Acta in monasterio Fratrum Carmelitarum prope Irwin, hora 3ª post meridiem, vel eacirca; testibus, fratre Johanne Graham priore de Irwin, Adam Rede de Sterquhit, et Nicholao Frame.

477. Dowgles.

Die Veneris, xxvj Julii, anno, indictione, et pontificatu, quibus immediate supra, in ciuitate Glasguensi, intra hospitale Sancti Nicholai, hora nouena ante meridiem, vel eacirca, testibus Thoma Raltoun, Willelmo Dowgles, et Stephano Achinslos, Johannes Alane, quondam sergiandus, vt asseruit, baronie de Caldor, non vi aut metu ductus, etc., fideliter testatus est, et in veritate recognouit, quod presens fuit, vidit, et audiuit quondam dominum Jacobum Sandelandis, dominum de Caldor, remittere Archibaldo Dowgles instanti, amerciamenta bluduete inter Robertum Dowgles et Thomam Broun; et turbam sanguinis effusionis inter eosdem, et eadem amerciamenta Archibaldo prefato donare et assignare; ac eidem sergiando extunc precipere non leuare huiusmodi amerciamenta ad vtilitatem dicti domini Jacobi, sed ipsum sergiandum de eisdem exonerare, nec eosdem transgressores super premissa bludueta in curia sua vocare, iuxta tenorem cuiusdam acti desuper confecti in curia dicti domini Jacobi, scripti manu Roberti Fowlis notarii publici: Peciit idem Archibaldus instrumenta dari sibi aut dicto Willelmo Dowgles.

A.D. 1510.

478. Archiepiscopus Glasguensis.

Die Mercurii, vltimo Julii, anno, indictione, et pontificatu, quibus supra: Johannes Blare de eodem, coram Jacobo Glasguensi archiepiscopo, et capitulo Glasguensiassi, dentibus in loco capitulari, post sonum campane, etc., pro tribunali sedentibus, ad iura reddenda et causas audiendas, iudicialiter confessus est, quod reduxit secum in ecclesiam de Dalry dominum Thomam Broun presbiterum, Dominica, videlicet, xxj Julii vltimi alias excommunicatum, quem etiam alias nouit excommunicatum per literas dicti reuerendissimi patris et sui officialis, sed ex tempore huiusmodi reductionis credidit ipsum absolutum, et etiam quem dominum Thomam nouit, per curatum dicte ecclesie de Dalry, prius monitum exire ecclesiam quia excommunicatum, et renitentem exire, propterea manu forti expulsum: Peciit idem reuerendissimus instrumenta: Acta in loco capitulari, hora quasi xj ante meridiem; testibus, Willelmo abbate de Kylwynnyng, Magistris Johanne Sprewle, Jacobo Neilson, Johanne Irland, presbiteris, et domino Thoma Sibbauld, presbitero.

479. Ecclesia.

Eodem die, hora xj ante meridiem, in ecclesia Glasguensi, testibus Johanne Sprewle de Coldoun, domino Martino Rede presbitero, Martino Oliphant laico, Magister Jacobus Neilson, decanus de Conigham, monuit in scriptis dictum Johannem Blare, Robertum Kere de Kersland, et Willelmum Blare de Pentcot, presentes, non intromittere imposterum vivendo, comedendo, familiariter pertractando, seu in domibus suis aut familiaritate recipiendo, dictum dominum Thomam excommunicatum, nisi in casibus iure expressis, donec absolutionis debite beneficium ab huiusmodi censuris meruerit obtinere, sub pena excommunicationis, et xx librarum a quolibet leuandarum: Peciit idem Neilson nomine ecclesie instrumenta, quod monuit prescriptas personas sic et publicauit huiusmodi monitiones in presentia eorundem.

A.D. 1510.

480. Vicarii Chori.

Die Sabbati, 3° Augusti, anno, indictione, et pontificatu, et regni, quibus immediate supra, in loco capitulari, hora quasi decima ante meridiem, vel eacirca: Dominus Robertus Clerk succentor Glasguensis, a Magistro Adam Culquhoun, presidente pro tempore, et ceteris canonicis extunc presentibus, et capitulum post sonum campane presentantibus, peciit instantem litem et controuersiam, exortam et motam per vicarios chori, contra ipsum, penes obseruationem sue fundationis et contentorum in eadem, et adhuc indecise pendentes, et processum nuper inceptum super huiusmodi controuersia, differri, et prolongari, vsque ad proximum Pentechostale capitulum, illic fine debito terminandam: Peciit Magister Matheus Stewart, procurator dictorum vicariorum, eisdem vicariis fieri instrumenta: Acta coram testibus Magistris Thoma Murhede, Patricio Elphinstoun, Johanne Gibson, Patricio Graham, et domino Roberto Moffet, canonicis ecclesie Glasguensis.

481. Ranefrew.

Die Martis, vj^to Augusti, anno, indictione, pontificatu, et regni, quibus immediate supra: Magister Johannes Gibson prebendarius de Ranfrew, diocesis Glasguensis, acceptis pera, pallio, pilio, et baculo, presentibus et astantibus valedicens, paululum progressus, ex certis causis rationabilibus animum suum ad id inducentibus, in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti, arripuit iter suum ad sanctissimum dominum nostrum Julium papam modernum, et eius sacrosanctam sedem apostolicam, subiiciens se, dictam suam prebendam, ac omnia bona sua, mobilia et immobilia, spiritualia et mundana, protectioni, tuitioni, et defensioni dicti sanctissimi patris, et eius sacrosancte sedis: Protestatus solenniterque, quod si quid preter et vltra dicti sui itineris arreptionem interim, contra ipsam, dictam suam prebendam, vel eius omnia bona mobilia seu immobilia predicta, attemptatum, seu processum fuerit, ea omnia et singula sic attemptata, seu pro-

cessa, suis tempore et loco congruis, reuocare faciet: Et nichilominus omnia alia et singula fecit, que natura arreptionis itineris huiusmodi postulant et requirunt: Peciit idem Ranfrew instrumenta: Acta in ciuitate Glasguensi, in hospitali Sancti Nicholai, in camera mea, hora 3ª post meridiem, vel circa; testibus, domino Richardo Fergusson presbitero, notario publico, Dauid Gibson, et Dauid Portare, laicis. A.D. 1510.

482. Sprewle. Fol. 122.

Die Lune, xij Augusti, anno quingentesimo x°, indictione xiij, pontificatus Julii 2^{di} anno vij, et regni Jacobi quarti anno xxij: Magister Joannes Sprewle, vicarius de Carmunnok, ac notarius publicus, auctoritate constitutus, huiusmodi officio notariatus, ex certis causis animum suum ad id inducentibus, renunciauit palam et expresse, et se ab huiusmodi officio declamauit: Peciit idem Sprewle instrumenta: Acta in ecclesia Glasguensi, hora xj ante meridiem, vel circa; testibus, dominis Dionisio Achinlek et Jacobo Howstoun, presbiteris.

483. Johnstoun.

Eisdem die, anno, indictione, pontificatu, et regno, hora quasi duodecima vel circa, in loco capitulari ecclesie Glasguensis, coram testibus quibus immediate supra, et Magistris Jacobo Neilsoun, Dauid Dwn, presbiteris, Richardo Dowgles et Johanne Morison clericis, Georgius Johnstoun procurator, et eo nomine, vt asseruit, Agnetis Johnstoun filie sue, qui alias nomine eiusdem Agnetis appellationes diuersas, a sede Glasguensi interiecit, ob iniuriam, vt asseruit, eidem Agneti, illatam in causa testamentaria quondam Hugonis Rig sponsi dicte Agnetis, vertente coram reuerendissimo patre Jacobo Glasguensi archiepiscopo, eisdem appellationibus omnibus et singulis interiectis, ex certa scientia, sponte, gratis, libere, procuratorio nomine quo supra, pure et expresse, coram venerabili viro Magistro Martino Rede,

A.D. 1510. cancellario et officiali Glasguensi generali, ac Magistro Johanne Sprewle, vicario de Curmannok, commissario generali dicti domini officialis, in loco capitulari Glasguensi, pro tribunali ad iura reddenda et causas audiendas sedentibus, renunciauit et cessit, ac omnibus inde dependentibus, emergentibus et secutis: Peciit idem Georgius, procuratorio nomine quo supra, instrumenta.

484. Windegait.

Die Mercurii, xiiij Augusti, anno, indictione, pontificatu, et regni quibus immediate supra, in ciuitate Glasguensi, hora prima post meridiem, vel eacirca, testibus Magistro Alexandro Hammiltoun canonico Glasguensi, Jacobo Hammiltoun, filio et apparente herede domini Jacobi Hammiltoun de Schawfeild, militis, Donaldo Chalmer burgensi de Glasgw, Roberto Ker, et Thoma Greynschelis, Joneta Windegait, filia quondam Thome Wyndegait, alias sub tutela Jacobi Windegait sui patrui constituta, et nunc in xiiij sue etatis anno, vt asseruit, constituta; et eo pacto ab huiusmodi tutela liberata, non vi aut metu ducta, errore lapsa, seu dolo fraude aut quauis sinistra machinatione circumuenta, sed ex certa scientia, extra presentiam dicti Jacobi secum deliberauit, et consensit cum dicto Jacobo remanere, et se et sua bona apud eundem transferri, animo remanendi et viuendi cum eodem, donec maior sibi accresceret etas, ipso Jacobo interim administrante bona eiusdem Jonete fideliter et ad vtilitatem eiusdem, sine diminutione quacunque, sic quod de eisdem per ipsum Jacobum integre et fideliter, prout et quemadmodum eadem recepit, suis tempore et loco congruis, prefate Jonete dummodo super hoc requisitus fuerit, respondeatur: Peciit dominus Jacobus Hammiltoun, miles, instrumenta dicto Jacobo fieri et dari: Acta vt supra.

485. Rig.

Die Lune, secundo Septembris, anno quingentesimo x°, indictione xiij, pontificatus Julii 2[di] anno septimo, et regni Jacobi

quarti anno xxiij, in presentia Magistri Johannis Sprewle, commissarii in hac parte specialiter deputati per reuerendissimum patrem, Jacobum Glasguensem archiepiscopum, in ecclesia Glasguensi, ad iura reddenda et causas audiendas, pro tribunali sedentis, Magister Richardus Dowgles, procurator Agnetis Johnstoun, apud acta reuerendissimi predicti et commissarii prefati pro eadem constitutus, et huiusmodi officium procurationis in se acceptans, peciit interloqui, ac etiam pronunciari, nomine procuratorio dicte Agnetis, in causa super iure officii executorie quondam Hugonis Rig, vertente et pendente coram dictis reuerendissimo et suo commissario, inter ipsam Agnetem et Johannem Rig: Peciit Magister Jacobus Neilsoun, procurator dicti Johannis Rig, sibi et sue parti dari instrumenta: Acta in ecclesia Glasguensi hora xj ante meridiem, vel circa; testibus, dominis Johanne Symson, Martino Rede, capellanis, et Thoma Raltoun, laico. A.D. 1510.

486. SUBDECANUS GLASGUENSIS—RANFREW.

Die Lune, xxiij Septembris, anno quingentesimo x°, indictione xiij, pontificatus Julii 2[di] anno septimo, et regni Jacobi quarti anno xxiij, in presencia Magistri Johannis Sprewle, commissarii in hac parte specialiter deputati per reuerendissimum patrem Jacobum Glasguensem archiepiscopum, vigore cuiusdam commissionis desuper habite, in loco capitulari sedentis pro tribunali, ad iura reddenda et causas audiendas, comparuit Magister Rolandus Blacader, subdecanus, ac presidens capituli Glasguensis, et Magistrum Johannem Gibson prebendarium de Ranefrew, canonicum Glasguensem, citatum ad diem instantem per literas prefati reuerendissimi patris, ad videndum et audiendum se in notam irregularitatis incidisse declarari, et irregularem declarari, ex eo quod immiscuit se altari, et tractauit corpus dominicum, sub censuris ecclesie, vt asseritur; et exinde suis prebenda et canonicatu de Ranfrew depriuari; vel ad dicendum et causam seu causas rationales, etc., cum intimatione publica, vocatum et non comparentem, excusauit et essoniauit, ex eo quod idem

A.D. 1510. Magister Johannes extunc erat infirmitate grauissima laborans, sic quod non poterat extunc laborare ad ecclesiam sine maximo sui corporis dampno; solenniter et ante omnia protestatus de non admittendo ipsum Magistrum Johannem Sprewle in iudicem dicti Magistri Johannis Gibson canonici, aut aliorum canonicorum ecclesie, et de non intimando lites coram dicto commissario pro ipso Magistro Johanne canonico Glasguensi; et super hiis adduxit dominos Thomam Blare seruitorem dicti Magistri Johannis Gibson, et Andream McCanis curatum de Glasgw, qui iurati coram dicto commissario, verificarunt ita fieri, sicut ipse Magister Rolandus essoniator asserebat de prefato Magistro Johanne Gibson sic infirmante: Peciit idem Magister Rolandus, nomine capituli Glasguensis et dicti Magistri Johannis Gibson, instrumenta: Acta in loco capitulari, hora xj ante meridiem, vel circa; testibus, Magistris Alexandro Hammiltoun, Adam Culquhoun, et domino Roberto Clerk, presbiteris canonicis Glasguensibus, et Magistro Jacobo Neilson, et domino Johanne Stewart, milite.

Fol. 123.

487. Layng pro Reuerendissimo.

Eisdem per omnia: Magister Archibaldus Layng, procurator fiscalis, seu yconomus, et eo nomine reuerendissimi patris Jacobi Glasguensis archiepiscopi, prout de sue procuracionis mandato, per literas patentes sub sigillo rotundo eiusdem reuerendissimi patris, legitima fides illic facta fuit, peciit procedi, vigore citationis dicti reuerendissimi patris illic iudicialiter producte et publicate, contra dictum Magistrum Johannem Gibson, quem asseruit contumacem, tanquam contra contumacem, per dictum Magistrum Johannem Sprewle commissarium prefati reuerendissimi, non obstante contumacia eiusdem: Qui quidem comissarius, ex officio, continuauit huiusmodi actionem in statum in quo nunc est, sine preiudicio cuiuscunque partis, vsque ad diem Mercurii ad octauum: Peciit idem Layng nomine reuerendissimi patris instrumenta: Acta vt et vbi supra.

A.D. 1513.

488. Elphinstoun.

Die Sabbati, xxviij Septembris, anno, indictione, pontificatu, et regni, quibus immediate supra, in loco capitulari hora x^a ante meridiem vel circa, testibus Johanne Morison, et Willelmo Purdhome, Willelmus Elphinstoun, seruitor Magistri Patricii Elphinstoun canonici Glasguensis, appellauit verbo a Magistro Rolando Blacader, et capitulo Glasguensi, post sonum campane pulsate in loco capitulari capitulariter congregatis, audientibus, ac ut apparuit, intelligentibus, ad reuerendissimum patrem Jacobum Glasguensem archiepiscopum et eius auditorem, et a decreto per eosdem lato pro Nicholao Rede contra ipsum appellantem: Peciit idem Elphinstoun instrumenta.

489. Succentor.

Eisdem per omnia, testibus dominis de capitulo Magistris Adam Culquhoun, Johanne Gibson, Patricio Elphinstoun, Michaele Flemyng, Patricio Graham, Alexandro Hammiltoun, et domino Roberto Fawside, canonicis Glasguensibus: Dominus Robertus Clerk succentor Glasguensis habens, vt asseruit, in custodia, reliquias et pontificale, et jocalia ecclesie Glasguensis, quorum custodia incumbit ex officio thesaurario Glasguensi, cessit et renunciauit verbo huiusmodi custodie reliquiarum et iocalium, et exonerauit se verbo de eisdem, in presentia dicti Magistri Rolandi Blacader presidentis et capituli: Qui quidem presidens et capitulum asserebant se nolle recipere huiusmodi cessionem siue exonerationem, neque velle seu posse exonerare ipsum succentorem de eisdem: Peciit idem succentor instrumenta: Acta in loco capitulari vt supra.

490. Huchonson.

Die Mercurii, viij^o Martii, anno quingentesimo xiij^o, indictione 2^a, pontificatus Leonis decimi anno primo, in aula Archiepiscopi

A.D. 1510. Glasguensis in Glasgw, hora quasi prima post meridiem, vel circa, testibus domino Johanne Hawyk, Dauid Foret, Magistro Jacobo Howstoun, Matheo Huchonson, Richardo Lawadir, Patricius Huchonson et Willelmus Huchonson, erant quiti per enquestam iuratam et desuper emissam, in plana curia baronie de Glasgw, tenta per Johannem Schaw balliuum deputatum Johannis comitis Lenax, balliui dicte baronie, de le strublane et le bluide inter ipsos et Johannem Gilhaspy, et effusio sanguinis dicti Johannis facta fuit inuenta in defensione dictorum Patricii et Willelmi: Petierunt idem Patricius et Willelmus instrumenta: Acta vt supra.

491. Maxwell—Dowgles.

Die Martis, xxij mensis Octobris, anno quingentesimo x°, indictione decima quarta, pontificatus Julii 2di anno septimo, et regni Jacobi quarti anno xxiij: Andreas Alanson, balliuus in hac parte nobilis et potentis domini, Johannis domini Maxwell, ad infrascripta specialiter deputatus, per literas precepti saisine pergameni patentes, sigillo armorum dicti Johannis domini Maxwell, rubea cera albe impressa pendente, sigillatas, facto, realiter, et in scriptis infrascripti tenoris, in medium productas et exhibitas, et per me notarium publicum infrascriptum publicatas et perlectas:—Johannes dominus Maxwell, dilectis meis Duncano Huntar, etc., vigore preinsertarum literarum precepti saisine seu balliuatus, et contentorum in eisdem, ac mandati et potestatis, ex tenore earundem, sibi in hac parte facte, comisse et concesse, saisinam, statum hereditarium, necnon realem, actualem et corporalem possessionem, omnium et singularum viginti quinque mercatarum terrarum antiqui extentus de Hessildene, Cruyk, Braidleyis, Tydwoddis, et Hundby, cum suis pertinentiis, jacentium in baronia de Mernys, intra vicecomitatum de Ranfrew, singillatim et in vnqualibet dictarum quinque villarum superius expressarum, per se, per terram massam et lapides, vt consuetudinis est, secundum vim, formam et continentia carte infeoda-

tionis prefati Johannis domini Maxwell, super hoc habite, preinsertis Roberto Maxwell, militi, et Jonete Dowgles sue sponse, et eorum alteri diucius viuenti, in coniuncta infeodatione, et heredibus inter eosdem de suis corporibus procreatis seu procreandis, quibus forte deficientibus, propinquioribus heredibus dicti Roberti quibuscunque, realiter et in forma debita tradidit et deliberauit imperpetuum, in personam Alexandri Rawf, actornati legitimi et eo nomine dictorum Roberti et Jonete, huiusmodi saisinam, statum hereditarium et corporalem possessionem, nomine quo supra, recipientis et acceptantis, prout et quemadmodum de suo actornatorio mandato, per literas capelle regie pergameni patentes, sub quarta magni sigilli alba cera pendente sigillatas, illic productas et publicatas, extitit michi legitima facta fides: Peciit idem actornatus nomine dictorum Roberti et Jonete eisdem fieri et dari instrumenta: Acta singillatim in qualibet villa dictarum quinque villarum, super solum vnius cuiuslibet ville per se, inter horas primam et quartam post meridiem; testibus, Magistro Johanne Rede, domino Johanne Broun, presbitero, Johanne Curre: Istud instrumentum est leuatum per balliuum antedictum, et idem balliuus habet apud se perceptum saisine et literas actornati capelle regie. A.D. 1510.

492. Rede. Fol. 124.

Die Mercurii, sexto Nouembris, anno quingentesimo x°, indictione decima quarta, pontificatus Julii 2^di^ anno octauo, et regni Jacobi quarti anno vicesimotercio: Magister Martinus Rede, cancellarius ecclesie Glasguensis, procurator et eo nomine discreti viri domini Johannis Symonton, capellani perpetui capellanie perpetue capelle regie Sancti Niniani de Dundonald, Glasguensis diocesis, prout de suo procurationis mandato, per instrumentum publicum, signo et subscriptione manualibus meis, auctoritatibus apostolica et regali, Glasguensis diocesis, notarii publici, illic productum et publicatum, legitimam fecit fidem, predictam capellaniam perpetuam Sancti Niniani de Dun-

A.D. 1510. donald, cum omnibus suis iuribus, pertinentiis, connexis et annexis, in manibus Jacobi quarti Scotorum Regis metuendissimi, veri patroni donatoris et depositoris pleno iure eiusdem capellanie, quociens vacare contigerit, pure, simpliciter et libere cessit, dimisit et resignauit: Qui quidem serenissimus huiusmodi dimissionem, cessionem et resignationem admisit et recepit, et statim postea huiusmodi capellaniam, cum omnibus suis pertinentiis, connexis et annexis, discreto viro Magistro Johanni Rede, fratri Ade Rede de Sterquhite, presenti et acceptanti, disposuit, ac pleno iure donauit, et de eadem prouidit, et eandem sibi assignauit, apprehendendo manum dexteram dicti Magistri Johannis, ac signando manu sua regia quoddam scriptum, continens mandatum regium de prouidendo eidem Magistro Johanni de huiusmodi capellania, per literas capelle regie priuato sigillo dicti regis roborandas: Peciit idem procurator nomine dicti Magistri Johannis instrumenta: Acta in palacio regis, intra monasterium Sancte Crucis prope Edinburgh, hora decima ante meridiem, vel circa; testibus, Alexandro et Jacobo, Sanctiandris et Glasguensis archiepiscopis, Dauid episcopo Candidecase, Magistris Gavino Dunbar, archidiacono Sanctiandris, Roberto Forman, decano Glasguensi, Richardo Bothwell, canonico Glasguensi, et Adam Rede de Sterquhite.

493. Rede.

Die Mercurii, decimotercio Nouembris, anno, indictione, pontificatu, quibus immediate supra, hora 3ª post meridiem, vel circa, apud capellam Sancti Niniani de Dundonald, testibus Magistro Martino Rede, canonico Glasguensi, Alexandro Rawf, Nicholao Fram, Nicholas Fary, Roberto Quhite, Johanne Lachline: Idem Magister Johannes Rede, tradidit mihi literas regias, sub priuato sigillo emissas, de et super prouisione et donatione capellanie perpetue capelle regie de Dundonald Sancti Niniani, Glasguensis diocesis, factas et concessas, perlegendas et publicandas, quas perlegi et publicaui, vigore quarum, et prouisione

regia ex tenore earundem de huiusmodi capellania sibi facta, idem Magister Johannes apprehendit, intrauit, et adeptus est, et nactus est possessionem dicte capellanie, ac posuit, induxit, et recepit se in possessionem dicte capellanie, cum omnibus iuribus suis, pertinentiis, connexis et annexis, altare dicte capelle, ornamenta altaris eiusdem, librum, calicem, et ianuam dicte capelle tangendo, et super ea in signum vere possessionis adepte manum ponendo: Peciit idem Magister Johannes instrumenta. A.D. 1510.

494. Lokard—Bare.

Die Mercurii, xx mensis Nouembris, anno, indictione, pontificatu, et regno, quibus immediate retro, hora inter decimam et vndecimam ante meridiem, testibus Johanne Schaw, burgense de Edinburgh, Johanne Dowgles, Patricio Macolmson, Johanne Portare, et Carolo Wilson: Magister Patricius Schaw, vicarius de Monktoun, ac firmarius fructuum ecclesiarum de Largis et Sancte Kenote, Romam petiturus, omnibus melioribus modo, etc., fecit, constituit, etc.: Johannem Lokard de Bare, presentem et acceptantem, suum solum et unicum verum legitimum et indubitatum procuratorem, cessionarium et assignatum, actorem, factorem et negotiorum suorum gestorem, etc., sed specialiter et expresse ad intromittendum, leuandum et percipiendum omnes et singulos fructus, prouentus, decimas, et oblationes pertinentes sibi ratione dicte vicarie; necnon ad intromittendum cum grangiis, animalibus, granis, bobus, et ouibus, et ceteris bonis et rebus suis, existentibus intra parochiam de Monktoun; necnon ad leuandum et percipiendum omnia singula debita sua, intra parochias de Largis et Sancte Kenotis, de fructibus dictarum ecclesiarum, restantibus sibi non solutis, in manibus parrochianorum dictarum parochiarum; ac etiam cum omnibus aliis et singulis suis bonis et rebus in locis premissis et alibi existentibus, et de eisdem disponendum, et hoc vsque ad regressum dicti magistri in Scotiam; eadem quoque bona debita a detentoribus et occupatoribus eorundem clamandum, petendum, reci-

A.D. 1510. piendum, et de receptis quittancias dandum, et pro ipsis litigandum, causandum, et defendendum, libellos dandum et recipiendum, litem contestandum, et omnes actus iudiciales seruandum; transferendo omnem actionem, realem, personalem et mixtam, in dictum suum cessionarium et assignatum; et promisit ratum et gratum perpetuo habere et habiturum, facta et acta per predictum suum cessionarium in premissis: Peciit idem Johannes Lokart instrumenta: Acta intra ciuitatem Glasguensem.

495. Presidens et Capitulum Glasguense.

Sabbati, xxiij Nouembris, anno, indictione, pontificatu, et regno, quibus immediate supra: Willelmo Elphinstoun, seruitori Magistri Patricii Elphinstoun, canonici Glasguensis perprius scriptis appellanti, et appellationem scriptam sub data xxiiij Octobris vltimi preteriti interiacienti, a quodam decreto lato per presidentem et capitulum Glasguense, pro Nicholao Rede sacrista minore dicte ecclesie, contra dictum Willelmum, sub data xxviij Septembris, extunc dictum xxiiij Octobris immediate precedentis, ad reuerendissimum patrem Jacobum Glasguensem archiepiscopum, et eius auditorium generale, eandem quoque appellationem scriptam sub, etc., forma, dictis presidenti et capitulo quodam die, Veneris octauo Nouembris inde sequenti, porrigenti et intimanti, ea quoque ratione apostolos petenti, Magister Rolandus Blacader, presidens, et capitulum Glasguense, post sonum campane
Fol. 125. pulsate capitulariter in loco capitulari congregati, et capitulum facientes et representantes, taliter et ad in sequentem modum duxerunt respondendum, Se, iure, non debere illi dare aliquos apostolos super huiusmodi appellatione interiecta, neque opus esse illi apostolos aliquos super premissa appellatione dari, ex et pro eo quod dicta appellatio erat in se deserta et nulla, quam etiam extunc declararunt desertam et nullam, propterea quod tempus fatale decem dierum post decretum latum per dictum capitulum preteriit, antequam ipse Willelmus in scriptis appellauit; et nichilominus tempus fatale xxx dierum a tempore lati

decreti lapsus est, antequam ipse Willelmus huiusmodi suam A.D. 1510.
appellationem intimauit, prout clare patere poterit, datas dicti decreti appellationis et instrumenti intimationis dicte appellationis intuentibus: Peciit idem presidens nomine proprio et capituli instrumenta: Acta in loco capitulari hora decima ante meridiem, vel circa; testibus, Magistris Richardo Bothwell, Johanne Gibson, Martino Rede, Patricio Graham, dominis Roberto Moffet, Roberto Clerk, canonicis Glasguensibus, et M. Willelmo Blak, notario publico.

496. Rede.

Die Jouis, xxviij Nouembris, anno, indictione, pontificatu, et regno, quibus immediate supra, hora octauo ante meridiem vel circa, in villa de Barrassy, intra parochiam de Dundonald Glasguensis diocesis: Jacobus Rede habens, vt asseruit, arrendam et assedationem duarum mercatarum terrarum de Dalketh cum pertinentiis, iacentium in parochia de Symontoun, a priore et conuentu Fratrum Predicatorum de Ayre, ac prouinciali dicti ordinis, sibi et suis heredibus et assignatis, pro certis annis futuris, omnibus melioribus modo, etc., constituit, creauit, etc., Magistrum Johannem Rede, capellanum capelle regie Sancti Niniani de Dundonald, presentem et acceptantem, suum verum legitimum et indubitatum assignatum, in et ad huiusmodi terras cum pertinentiis, et assedationem ac arrendam predictas, pro toto tempore et terminis cursuris dicte sue assedationis, per prefatos prouincialem et priorem et conuentum sibi facte: Peciit idem M. Johannes Rede instrumenta: Acta vt et vbi supra; testibus, Alexandro Rawf, Leodegario Rede, et Alexandro Roger, laicis.

497. Rede.

Hora decima, vel circa, eiusdem diei, in capella Sancti Niniani de Dundonald, testibus, Johanne Walles, Nicholao Fary, Willelmo Walles in Lonys, Alexandro Thomson,

A.D. 1510. dominus Johannes Symontoun, presbiter, omnibus melioribus, etc., constituit dictum Magistrum Johannem Rede, capellanum capelle regie de Dundonald, presentem et acceptantem, suum cessionarium et assignatum in et ad dampna, interesse, et expensas per ipsum alias perpessas, per supremum dominum regem, eius dominos concilii, et officialem Glasguensem generalem, ac eius commissarios, seu quemcunque alium seu alios iudicem seu iudices competentem seu competentes, postea decernendas et taxandas, per ipsum alias perpessas, in carencia sue communis pasture de le Reid bog, intra parochiam de Dundonald, quoad xviij annos elapsos, pertinentis, vt asseruit, iure prescripto, dicte capellanie, et sibi tanquam tunc capellano dicte capellanie; necnon in occupatione et detentione certarum terrarum a dicta capellania certis annis elapsis, quas asseruit quondam Hugonem Walles et Ruderfurd eius sponsa ab eadem capellania vi suripuisse et detinuisse, prout ipsa Ruderfurd arte occupat et detinet, et ex aliis iniuriis et dampnis per dictam sibi illatis, ac in expensis factis per ipsum dominum Johannem in prosecutione litis vertentis inter ipsum et dictam Ruderfurd, occasione premissorum, coram dictis supremo et dominis concilii ac officiali Glasguensi et suis comissariis pendentis indecise; necnon ad dampna, iniurias, expensas per ipsum a quibuscunque aliis personis hactenus perpessas, in gauisione dicte capellanie, tempore quo administrabat eandem; transferendo et cedendo omne suum ius, ac omnem actionem realem, personalem, ciuilem, pretoriam et mixtam, in dictum suum cessionarium; et constituendo ipsum suum procuratorem, cum potestate subeundi et reuocandi substitutum ad litigandum, agendum, et defendendum, occasione premissorum, coram quibuscunque iudicibus, quibuscunque diebus et locis, et omnes terminos substantiales et accidentales in similibus obseruandi solitos obseruandi; et promisit non reuocare huiusmodi cessionem et assignationem, sed ratum et gratum habere: Peciit idem M. Johannes Rede instrumenta: Acta vt et vbi supra.

A.D. 1510.

498. Prepositus et Communitas de Glasgw.

Die Sabbati, vij° Decembris, anno quingentesimo x°, indictione xiiij, pontificatus Julii 2di anno viij°, et regni Jacobi quarti anno xxiij°, coram Magistro Martino Rede, cancellario ac officiali Glasguensi generali, et Magistro Johanne Sprewle comissario dicti officialis, pro tribunali, in loco capitulari ecclesie Glasguensis, post sonum campane pulsate, assidentibus quibusdam dominis capitularibus, sedentibus ad iura reddenda et causas audiendas, et signanter ad vocandum et prosequendum quandam citationem sub sigillo dicti officialis alias emanatam, ac debite executam, super Johanne Schaw, Alano Steward, et Thoma Law, balliuis burgi de Glasgw pro tempore, et aliis secum conciuibus, quorum Fol. 126. nomina et cognomina in huiusmodi citationis scedula latius describuntur, ad videndum et audiendum se, et sui quemlibet, in maioris excommunicationis sententiam incidisse declarari, et excommunicatos denunciari, ex et propter hoc, quod dicti balliui et conciues condiderunt quedam statuta, suis libris actorum inscripta, contra iurisdictionem sancte matris ecclesie, et in preiudicium et grauamen ecclesiastice libertatis, viz., quod nullus ciuium Glasguensium debeat conuenire alium ciuem coram iudice ordinario spirituali, super re illa de qua coram dictis balliuis in pretorio Glasguensi poterat sibi ministrari iusticia; et quia quemdam Alanum Leithame, ciuem Glasguensem, conquerentem apud dictum officialem super Archibaldo Watson, alium conciuem, vt sibi per dictum officialem de eodem fieret iusticia, pena dicti statuti, viz., viij^s multarunt et condempnarunt, vt asseritur; vel ad dicendum et causas rationabiles asserendum, sub pena excommunicationis: Comparuit Matheus comes Lenax, prepositus Glasguensis pro tempore, prelocutor dictorum balliuorum, et ciuium admissus procurator, pergens et incipiens ad defendendum, et allegandum pro dictis conuentis; inprimis et ante omnia protestatus est solenniter, se et dictos conuentos non velle recedere vel cadere a suis exceptionibus legitimis, et iuris defensionibus, suis tempore et loco congruis, postea porigendis,

A.D. 1510. et peciit copiam dicte citationis, et terminum ad respondendum eidem: Peciit idem comes, nomine proprio et dictorum conuentorum, instrumenta super premissis, et signanter super hoc quod dicti officialis et comissarius exercuerunt suam iurisdictionem, vocando dictam citationem in loco capitulari ecclesie Glasguensis: Acta in loco capitulari hora xj ante meridiem, vel circa; testibus, Magistris Adam Culquhoun, Richardo Bothwell, Georgio Montgomery, et domino Roberto Clerk, canonicis Glasguensibus, et Magistro Matheo Steward, vicario de Maybole.

499. Ranfrew Nouus.

Die Lune, ix° Decembris, anno, indictione, pontificatu, et regno, quibus supra: Magister Andreas Sibbauld, prebendarius de Renfrew de nouo institutus et creatus, fecit canonicam obedienciam Magistro Martino Rede, cancellario, presidenti pro tempore, et capitulo Glasguensi, in loco capitulari ecclesie Glasguensis congregatis, iunctis manibus, legendo et prestando iuramentum solitum in forma a canonicis intrantibus fieri et legi consuetum: Quiquidem presidens et capitulum admiserunt et receperunt huiusmodi iuramentum, et dictum Magistrum Andream in confratrem et canonicum capituli Glasguensis: Peciit idem M. Andreas instrumenta: Acta in loco capitulari, hora inter decimam et nouenam ante meridiem; testibus, Magistro Johanne Rede, dominis Dionisio Achinlek, Petro Bawfowre, presbiteris, et Dauid Betoun.

500. Broun—Vicarii Chori.

Die Martis, x° Decembris, anno, indictione, pontificatu, et regno, quibus immediate supra: Magister et dominus Richardus Bothwell et Robertus Fawside canonici Glasguenses, deputati per capitulum Glasguense, ad visitandum et considerandum vtensilia legata vicariis chori, per quondam archidiaconum Glasguensem, et super huiusmodi visitatione dicto capitulo iterum

referendum, ac dominus Robertus Clerk succentor Glasguensis, qui longo tempore transacto custodiam et vsum huiusmodi vtensilium habuit, post huiusmodi visitationem et considerationem factam super dictis vtensilibus et rebus, deliberarunt Magistro Willelmo Broun, prouisori vicariorum predictorum, nomine capituli, certa vtensilia et vasa de dictis vtensilibus, quorum omnia pro maiore parte erant integra et sana, prout et quemadmodum in scedula huiusmodi deliberationis ad plenum fit mencio, pro eisdem prefato capitulo in eisdem integritate, numero, et valore, prout eadem recepit, suis tempore et loco responsuris, prout in acto desuper confecto latius habetur; ac reliqua de huiusmodi vtensilibus et vasis detrita et fracta, preceperunt eidem Magistro Willelmo per se et suos reponere in locis congruis intra mansum vicariorum, sine preiudicio quocunque litis pendentie in causa mota inter ipsum dominum Robertum Clerk et prefatos vicarios super huiusmodi rebus: Quiquidem Magister Willelmus, pro huiusmodi vtensilibus effractis, in locis congruis ex mandato dictorum Richardi Roberti et Roberti sic repositis, et alias per dictum M. Willelmum non receptis, nullatenus tenebitur respondere capitulo, neque propterea pro receptis per ipsum Willelmum habebuntur, sicuti illa vtensilia et vasa, que pro maiore parte integra, motu proprio ad vsum et prouisionem suorum commensalium, sine preiudicio tantum litis pendencie ut supra, recepit, pro receptis habet; neque pro eisdem sic effractis et sibi tantummodo ad reponendum in locis debitis commissis, vllo vnquam tempore non tenebitur respondere, aut de eisdem computum et rationem reddere: Super quibus omnibus et singulis sic premissis idem Magister Willelmus nomine proprio et dictorum vicariorum chori solenniter protestatus est, et signanter quod non cedat sibi et dictis vicariis, ac liti pendenti super huiusmodi vtensilibus, in preiudicium aliquod, quod idem Magister Willelmus recepit certa vtensilia, vt supra, pro vsu suorum commensalium; vel quod cum aliis non receptis ex mandato dictorum canonicorum intromisit, ponendo eadem in locis debitis; et peciit nomine proprio et ceterorum vicariorum instru- A.D. 1510.

A.D. 1510. menta: Acta in aula vicariorum in Glasgw, inter horas 2am et quartam post meridiem, vel circa; testibus, domino Andrea Wawche, domino Alexandro Panter, et Dauid Crawfurd in tempore huiusmodi protestationis et mandati; et in tempore deliberationis vtensilium receptorum per ipsum Magistrum Willelmum, domini Robertus Durand, Colinus Watson, Andreas Wawch, Thomas Smyth, presbiteri, et Jacobus Brakanrig, et Georgius Lam.

Fol. 127.

501. Abbas de Melros.

Die Sabbati, xj Januarii, anno quingentesimo x°, indictione xiiij, pontificatu Julii 2di anno viij°, et regni Jacobi quarti anno xxiij: Magister Johannes Rede, presbiter, notarius publicus, ac scriba in quadam causa rescripti apostolici siue delegationis, vertente coram Magistris Martino Rede, Adam Culquhoun, et Nicholao Greynlaw, canonicis ecclesie Glasguensis, iudicibus delegatis in dicta causa a sede apostolica specialiter deputatis, inter venerabiles patres Robertum Dei paciencia abbatem de Melros ab vna, et Willelmum Dei paciencia abbatem de Cupro ab altera partibus, ex speciali mandato eorundem Magistrorum Martini et Ade, accessit ad presentiam Magistri Antonii Duly, procuratoris et eo nomine dicti abbatis de Cupro, et nomine eorundem peciit a prefato procuratore ipsum procuratorem portare velle appellationes, prius per ipsum interpositas a dictis Magistris Martino et Adam, ad sedem apostolicam, et, ut ipse procurator asseruit, eisdem duobus iudicibus prius intimatas, ad prefatos iudices, vel sibi scribe presentis cause, dari prefatis iudicibus apportandas et presentandas, vt de tenore earundem, quas nondum intellexerunt, certiores facti possent, apostolos et aliaque iuris sunt dicto procuratori et parti sue tradere, et alias prout iustum fuerit respondere: Qui quidem procurator respondit, se neque per se, neque per ipsum scribam velle huiusmodi appellationes prelibatis iudicibus amodo presentare, aut mittere, vel intimare; asserens se prius id fecisse in huius-

modi negotio quod censuit faciendum, et quod vigore equitatis postulauerit: Et nichilominus, responso sic accepto a dicto procuratore, prefatus scriba, ex speciali etiam mandato prefatorum iudicum, eundem procuratorem ad diem xv^m proxime inde sequentem citauit, ad comparendum in ecclesia Glasguensi, coram prefatis iudicibus, hora causarum ante meridiem consueta, ad audiendum pronunciari in huiusmodi causa, cum intimatione publica et expressa: Peciit idem scriba nomine dictorum iudicum instrumenta: Acta intra ciuitatem Glasguensem, in le Drigat, hora quasi xj ante meridiem, vel circa; testibus, Magistro Patricio Talzefeire, clerico, Willelmo Lam, Roberto Gotrason, Thoma Rede, laicis, et Willelmo Lowthiane, scolari, cum diuersis aliis. A.D. 1510.

502. Lindesay.

Die Mercurii, xv Januarii, indictione, pontificatu, et regni, quibus immediate supra, Jacobus Glasguensis archiepiscopus, iudexque commissarius et executor apostolicus, a sede apostolica specialiter deputatus, vigore commissionis apostolice sibi in hac parte directe per Ludouicum Sancte Marcelli, presbiterum cardinalem, sacrosancte sedis apostolice maiorem penitentiarium, Mauricium Boquhannan laicum et Mariotam Lindesay, coniuges, se inuicem attinentes in quarto consanguinitatis et quarto affinitatis gradibus, ex testimonio fidedignorum testium, productorum, admissorum, iuratorum et examinatorum, ita attinere repertos, abinuicem separauit, et auctoritate apostolica sibi in hac parte comissa, sententialiter et in scriptis diuorciauit, ac separatos et diuorciatos esse iuxta tenorem huius commissionis apostolice declarauit: Peciit eadem Mariota instrumentum, et huiusmodi sententiam scriptam prefato instrumento inseri; quam sententiam Jacobus Cottis mecum in premissis notarius habet: Acta in loco capitulari Glasguensi, hora circiter xj ante meridiem; testibus, Magistris Martino Rede, Rolando Blacader, Adam Culquhoun, Alexandro Inglis, Andrea Sibbauld, Richardo Bothuell, canonicis Glasguensibus.

A.D. 1510.

503. SPREWLE, NOMINE SANCTE MATRIS ECCLESIE.

Die Jouis, xvj Januarii, anno, indictione, pontificatu, et regni, quibus proxime retro: Matheus comes Lenax, ac prepositus ciuium de Glasgw, ac prelocutor et procurator pro Alano Steward, Johanne Schaw, Thoma Law, balliuis de Glasgw, Thoma Huchonson, Archibaldo Watson, Robert Lile, Adam Hall de Fowlbar, Magistro Johanne Murref, Johanne Elphinstoun, Willelmo Smyth, Dauid Knox, Roberto Alan, et Jacobo Kirkland sergiando, ciuibus Glasguensibus, et eo nomine, coram reuerendissimo patre Jacobo Glasguensi archiepiscopo, assidente capitulo post sonum campane pulsate, in loco capitulari Glasguensi, capitulariter congregatis, ad iura reddenda et causas audiendas, pro tribunali sedentibus, et per eundem reuerendissimum patrem, instantibus prescriptis ciuibus admissus, onus prelocutionis et procurationis pro eisdem in se acceptans, publice confessus est, et palam recognouit, nomine premissorum balliuorum et ciuium, quod ipsi secundum tenorem cuiusdam acti condempnationis, suis libris actorum inserti, cuius tenor inferius est descriptus, condempnarunt quemdam Alanum Leithame in amerciamento viij[s], pro iniuria illata per ipsum Archibaldo Watson, ex et pro eo quod idem Alanus conquestus est super dicto Archibaldo ad alium iudicem a dictis balliuis, non habendo respectum ad quemcunque iudicem ecclesiasticum, nec in contemptum iurisdictionis ecclesiastice, super re pro qua soluenda idem Archibaldus extitit condempnatus coram suis balliuis: Tenor acti: Quhilk day Archibald Watson comperit, and folowit Alane of Leithame, that he had wrangusly trubulit him in the calling of him before ane wther juge, for half ane hundredth lentern waire, that he wes condempnit to pay and deliuer him before his balzeis; the quhilk wrang the said Alane denyit: The quhilkis wes referrit to the inquest suorne in presens of the partyis: The quhilk inquest, avisit with the act of his condempnatione, fand the said Alane in the wrang for the calling of the said Archbald

before ony wther iuge for the saidis half hundreth lentern ware, that he wes condempnit before his balzeis, for caus ilk juge suld put his awn sentence till executione: Of the quhilk deliuerance the said Archibald Watsone askit a rolment: Peciit Magister Johannes Sprewle nomine ecclesie instrumenta: Acta in loco capitulari, hora circiter vndecimam ante meridiem; testibus, Magistris Jacobo Neilson, Archibaldo Layng, Petro Broun, domino Thoma Sibbauld, et Magistro Jacobo Cottis. A.D. 1510.

504. Ecclesia—Reuerendissimus.

Eisdem per omnia vt supra: Idem prepositus, nomine proprio et ciuium de Glasgw, renunciauit omnibus statutis, si que facta sint per eosdem, contra libertatem et iurisdictionem sancte matris ecclesie, et illa eadem reuocauit et abiurauit; promittens imposterum nunquam ea in executionem reponere vel exercere: Peciit idem reuerendissimus nomine ecclesie instrumenta: Acta vt et vbi et coram quibus supra.

505. Crawfurd. Fol. 128.

Die Sabbati, xviij Januarii, anno, indictione, pontificatu, et regni, quibus immediate supra: Willelmus Petcon de eodem, et Alexander Crawfurd, frater germanus quondam Willelmi Crawfurd, filii et heredis apparentis domini de Bethleem, coram reuerendissimo patre, Jacobo Glasguensi archiepiscopo, et capitulo assidenti post sonum campane, etc., congregatis, tactis sacrosanctis Scripturis, prestiterunt cautionem iuratoriam, et obligarunt se et terras ac omnia bona sua, viz., ipse Willelmus sub pena centum librarum pro se, et ipse etiam Willelmus pro dicto Alexandro, et etiam ipse Alexander pro se sub pena centum mercarum, fabrice Glasguensis ecclesie applicandarum, prefato reuerendissimo, de non faciendo inantea per se aut suos aut aliquos suo nomine sine mandato, aut per quos potuit comimpedire, fraude et dolo seclusis, vllam iniuriam aut violei

A.D. 1510. corporalem seu dampnum corporale, domino Johanni Crawfurd presbitero, iurato illic, se timere eosdem, et dampnum corporale passurum ab eisdem: Peciit idem dominus Johannes Crawfurd instrumenta: Acta in loco capitulari hora xj ante meridiem, vel circa; testibus, Magistris Johanne Sprewle, Jacobo Cottis, Petro Broun, Thoma McClelane, dominis Thoma Sibbauld, et Bartholomeo Blare.

506. Blare.

Eisdem per omnia: Quod publice citatis apud crucem foralem de Irwin, omnibus et singulis interesse habentibus, per literas decani de Conigham, executas per Magistrum Thomam Scot et dominum Thomam Auld, presbiteros apud Irwin, ad comparendum coram reuerendissimo patre, Jacobo Glasguensi archiepiscopo, suisve comissariis, in loco capitulari, predicto die instanti, ad prosequendum dominum Wmfridum Blare diaconum, pro arte et parte interfectionis quondam Willelmi Crawfurd, filii et heredis domini Bethleem, replegiatum a cornu regis per dictos Magistrum Thomam et dominum Thomam, vigore dictarum literarum comissionis decani prefati; et videndum et audiendum iusticiam ministrari, et complementum iusticie fieri super dicto domino Wmfrido, et ceteris clericis super huiusmodi homicidio accusatis, cum intimatione publica; ac publice vocatis in valuis dicti capituli cum intimatione predicta, et nulli comparentes ipsum dominum Wmfridum prosecuti sunt aut accusarunt, licet aliqui amici et cognati dicti occisi presentes fuerunt, viz., Willelmus Petcon de eodem, et Alexander Crawfurd germanus dicti occisi: Peciit idem dominus Wmfridus instrumenta: Acta vt et vbi supra.

507. Blacader—Maxwell.

Die, mense, indictione, anno, pontificatu, quibus immediate retro, in manso domini cancellarii Glasguensis, hora quasi tercia post meridiem, testibus Magistro Rolando Blacader subdecano Glasguensi, Johanne Maxwell de Akinheid, Kentigerno Maxwell,

Macolmo Maxwell, et Jacobo Cummyn: Adam Blacader deliberauit Magistro Martino Rede, officiali Glasguensi recipienti, vnam cartam infeodationis et preceptum saisine, confectas per quondam Johannem Maxwell de Ovir Pollok et Elizabet Steward eius relictam, sub sigillis eorundem, super le Estre Quarter terrarum de Pollok Schawis cum pertinentiis, Ade Blacader et suis, ac instrumentum saisine de dictis terris recepte per dictum Adam, et tradite eidem per balliuos contentos in dicto precepto; necnon vnam obligationem in pergameno, sub sigillis dictorum quondam Johannis et Elizabet, super varantia dictarum terrarum, confectam dicto Ade; custodiendas per dictum officialem, et deliberandas parti interesse habenti et contente in acto, confecto die instanti, et inserto in libris dicti officialis, inter dictum Adam et Magistrum Robertum Maxwell, quando et postquam omnia et singula contenta in dicto acto sunt completa et satisfacta et debitum effectum sunt sortita, et non alias aliter neque alio modo: Petierunt idem Adam et Magister Robertus Maxwell hincinde instrumenta: Acta, etc. A.D. 1510.

508. Rede Cancellarius Ecclesia.

Die Jouis, xxiij Januarii, anno, indictione, pontificatu, et regno, quibus immediate supra: Ego audiui Jacobum Glasguensem archiepiscopum absoluere Alanum Stewart, Johannem Schaw, Thomam Law, balliuos Glasguenses, Thomam Huchonson, Archibaldum Watson, Robertum Lile, Dauid Knox, Dauid Lindesay, Johannem Elphinstoun, Willelmum Smyth, et Magistrum Johannem Murref, acceptantes, a sententias excommunicationis quam incurrebant, ipso facto, et iure multantes et punientes Alanum Leithame, ciuem Glasguensem, pena et amerciamento octo solidorum, per actum condempnationis eorundem balliuorum confectum super dicto Alano, quia conquestus est super Archibaldo Watson ad alium iudicem, videlicet, ad dominum officialem Glasguensem, citatando ipsum coram dicto officiali: Super quo facto reposuerunt se, perprius dicti ciues in voluntate dicti

A.D. 1510. reuerendissimi, declarantis ipsos ex confessis et productis per eosdem esse et fuisse ipso facto excommunicatos: Peciit Martinus Rede officialis Glasguensis nomine proprio et ecclesie instrumenta: Acta in edibus palatinis domini Glasguensis, hora quasi 3ª post meridiem, vel circa; testibus audientibus tantummodo huiusmodi absolutionem, vt asseruerunt, sed non videntibus absoluentem neque absolutos, Magistris Adam Culquhoun, et Johanne Sprewle, presbiteris.

Fol. 129.

509. Comes de Lenax.

Eisdem per omnia, coram testibus videntibus et audientibus, Magistris Andrea Sibbauld, prebendario de Ranfrew, Johanne Rede, capellano de Dundonald, et Adam Steward, laico in Dayldowe: Alexander Steward de Ras renunciauit coram Magistris Martino Rede officiali Glasguensi generali, et Johanne Sprewle eius commissario, omnibus iuris clameo proprietati et possessioni, que et quas pro se heredibus suis et assignatis habet, habuit, seu habere poterit in futurum, in et ad terras de Wardhill et Cowglen, jacentes in dominio de Cruykistoun, intra vicecomitatum de Ranfrew, in fauore Mathei comitis de Lenax, et heredum suorum, acceptantis et recipientis, et promisit fideliter deliberare cartam quam inde habet, si et quando comode habere poterit, prefato comiti et suis: Peciit idem comes instrumenta: Acta vt et vbi supra.

510. Gray—Morison alias Lyle.

Die Sabbati, xv Februarii, anno quingentesimo x°, indictione xiiij, pontificatus Julii 2di anno octauo, et regni Jacobi quarti anno xxiij: Vicarii chori Glasguensis, pro maiore et saniore parte, in vestiario Glasguensi ad lecturam de le preciosa in vnum congregati, vnanimi consensu et assensu, assedarunt et ad firmam dimiserunt, quoddam suum tenementum cum pertinentiis, jacens ad partem borialem vici Ratonum, inter tenementa dictorum

vicariorum ex orientali et occidentali partibus, Alexandro Gray et Mariote Morison alias Lyle coniugibus, et eorum alteri diucius superstiti, pro spacio trium annorum a festo Pentecostes proxime futuro immediate et integre complendorum: Quodquidem festum Penthecostes erit introitus dictorum coniugum in et ad huiusmodi assedationem terminalem: Ipsis coniugibus vel eorum altero superstite soluentibus annuatim, durante dictis tribus annis, duas mercas vsualis monete, prefatis vicariis vel suis procuratoribus, ad terminos Pentecostes et Martini in hieme, per equales portiones; et interim sustentantibus et manutenentibus edificia dicti tenementi, in statu in quo nunc sunt et meliore: Peciit idem Gray pro se et dicta Mariota instrumenta: Acta in dicto vestiario, hora nouena ante meridiem, vel circa; testibus, domino Georgio Drummont, Richardo Blak, Johanne Thomson, et Johanne Clerk. A.D. 1510.

511. Cum Tyndyng Dispensatur.

Die Dominica, xvj Marcii, anno quingentesimo x°, indictione xiiij, pontificatus Julii 2[di] anno octauo, et regni xxiij: Jacobus miseratione diuina Glasguensis, iudex et executor, vnacum archiepiscopo Sanctiandris, suo in hac parte collega, vigore commissionis apostolice, a Ludouico miseratione eadem Sancti Marcelli presbitero cardinali, eisdem directe, ad dispensandum intra certum tempus in ipsa comissione expressum, cum sex scolaribus, defectu natalium, ex quocunque illicito seu dampnato coitu, patientibus, quos in domibus et communibus suis duxerunt eligendos, cum Johanne Tynding, scolari Glasguensis diocesis, de presbitero genito, et soluta quia sibi euidenter constitit, quod non fuit paterne incontinentie imitator, sed bone conuersacionis et vite, sufficientisque literature, in quantum de iure potuit, et si minus contentus in dicta comissione non exceditur, alias non, misericorditer cum eodem dispensauit, quod, huiusmodi non obstante defectu, possit clericali caractere insigniri, et ad omnes etiam sacros et presbiteratus ordines promoueri, et vnum bene-

A.D. 1510. ficium ecclesiasticum, etiam si curam habeat animarum, obtinere possit: ita quod, si ipsum dispensatum aliquod beneficium curatum obtinere contigerit, se faciat statutis a iure temporibus ad ordines promoueri, et personaliter resideat in eodem, alioquin dicte dispensationis gracia quo ad beneficium ipsum nullius penitus sit momenti: Peciit idem Tyndyng instrumenta: Acta in loco capitulari Glasguensi, hora quasi decima vel circa ante meridiem; testibus, Magistris Martino Rede, Johanne Sprewle, Dauid Murhede, dominus Jacobo Cottis, et Thoma Sibbauld, presbiteris; et idem dispensatus est 4us in ordine dispensatorum.

512. Archiepiscopus Glasguensis.

Eisdem per omnia: Idem reuerendissimus pater protestatus est solenniter de non cedendo sibi in preiudicium neque in dampnum aut periculum anime sue, quod dispensauit cum dicto Tynding, vigore huiusmodi comissionis, se minus sex scolarum, contentorum in dicta commissione, sit aliter dispensatus et excessus, sed solum dispensato, et qui impetrauit dispensationem; et peciit idem reuerendissimus super hoc instrumentum: Acta erant hec anno 2° consecrationis dicti archiepiscopi.

513. Stermont.

Die Lune, xvij Marcii, anno, indictione, pontificatu, quibus immediate supra, in ciuitate Glasguensi, hora quasi sexta post meridiem, testibus, Martino Thomson, et Johanne Watson: Johannes Hugofeild, burgensis de Glasgw, pure et simpliciter donauit Katherine Stermont, sue seruitrici, donatione mera, pura, libera, inter viuos, vnum armariolum suum ligneum, tunc existens in tenemento suo in Vico Ratonum: Peciit eadem Stermont instrumenta: Acta vt et vbi supra.

A.D. 1511.

514. Capitulum Glasguense.

Die Sabbati, xxix Marcii, anno quingentesimo xj, indictione xiiij, pontificatus Julii 2^di^ anno viij°, et regni anno xxiij°: Magister Rolandus Blacader presidens pro tempore, assidente capitulo post sonum campane de more capitulariter congregato, per me notarium dicti capituli publicauit iuramentum canonicorum in libro statutorum dicti capituli contentum, atque perlegi publice fecit, et ad noticiam omnium canonicorum dicti capituli tunc presentium declari causauit, et in virtute et sub debito dicti iuramenti prestiti monebat, ac inhibebat, nomine proprio ac dicti capituli, Magistros Patricium Elphinstoun, et Patricium Graham, canonicos Glasguenses, presentes audientes et, ut apparuit, intentes, ne amodo conuersarentur vel intromitterentur, commedendo, bibendo, salutando, loquendo, aut solacium aut humanitatis officium aliquod prestando, cum Magistro Archibaldo Layng et Johanne Elphinstoun, inimicis et aduersariis notoriis Fol. 130. dicti capituli; qui libellos famosos, et mendas nequissimas eisdem insertas, apud reuerendissimum patrem Glasguensem archiepiscopum Jacobum, de dictis capitulo facto realiter et in scriptis reliquerunt, et conscripserunt, in quam maxime seditionis et odii concitationem inter dictos reuerendissimum et capitulum apparentem, sub omnibus iuris et in dictis statutis capituli contentis penis quas contra facientes de iure incurrere poterunt: ne ex conuersatione et communione dictorum canonicorum, cum prefatis inimicis, dissimulata prefata iniuria illata per predictos duos canonicos, quantum in eis est, tollantur, postmodum a prefato capitulo actio injuriarum quam suis loco et tempore oportunis postea intendere contra dictos inimicos cupiunt: Peciit idem presidens nomine proprio et capituli instrumenta, in loco capitulari, hora decima vel circiter ante meridiem; testibus, Magistris Martino Rede cancellario, domino Roberto Clerk, canonicis Glasguensibus.

A.D. 1511.

515. Archiepiscopus.

Die Jouis, 3° Aprilis, anno, indictione, pontificatu, et regno, quibus immediate supra: Walterus Boquhannan de eodem, coram reuerendissimo Jacobo Glasguensi archiepiscopo, assidente capitulo, post sonum campane pulsate congregato, posuit se in voluntate eiusdem reuerendissimi et ecclesie, et promisit stare mandatis ecclesie, pro eo quod eruxit in verba contumeliosa et iniuriosa contra venerabilem virum M. Martinum Rede, officialem Glasguensem, ipso in loco consistoriali pro tribunali sedente: Peciit idem reuerendissimus instrumenta: Acta in loco capitulari, hora quasi xj ante meridiem vel circiter; testibus, Magistris Johanne Sprewle, Petro Broun, Jacobo Stewart, Thoma McClelan, et domino Thoma Sibbauld.

516. Donald.

Die Lune, xiiij Aprilis, anno quingentesimo xj, indictione xiiij, pontificatu Julii 2^di anno viij°, et regni anno xxiij: Dominus Johannes Wanles capellanus, citatus per literas reuerendissimi patris Jacobi Glasguensis archiepiscopi, debite executas super se, ad videndum et audiendum se in notam irregularitatis incidisse declarari, et irregularem declarari, et suis ordinibus depriuari, et carceribus et manibus secularium mancipari, et alias iuxta iuris exigentiam puniri, propter crudelem occisionem Ade Moscrop scolaris; vel ad allegandum causas rationales, coram prefato reuerendissimo vel suis comissariis, quare sic declarari depriuari, etc., non debeat, sub pena excommunicationis maioris, ac eidem reuerendissimo, ex officio, et parte lese responsurus, et iuri pariturus, vocatus, personaliter comparuit in iudicio, coram venerabili viro Magistro Martino Rede, cancellario et officiali Glasguensi generali, comissario in hac parte prefati reuerendissimi patris, ad iura reddenda et causas audiendas, in loco capitulari Glasguensi, pro tribunali sedente, ad desiderium dicte citationis; et quando vocatus extitit per eandem in causa crim-

inali predicta: Peciit Patricius Donald instrumenta: Acta in loco capitulari, hora xj ante meridiem, vel circiter; testibus, domino Johanne Stewart de Mynto, milite, Thoma Hugonis, Willelmo Baxter, ciuibus Glasguensibus, Magistro et dominis Jacobo Neylsoun, Gilberto Bennyng, Roberto Wylkynson, presbiteris. A.D. 1511.

517. MAXWELL—TORBOLTOUN.

Die Mercurii, xxiij Aprilis, anno, indictione, pontificatu, et regni, quibus immediate retro: Magister Martinus Rede, cancellarius ecclesie Glasguensis, vigore cuiusdam collationis et prouisionis, facte Magistro Roberto Maxwell, de et super canonicatu et prebenda de Torboltoun, intra ecclesiam Glasguensem, nuper vacantibus per mortem quondam Magistri Michaelis Flemyng, vltimi prebendarii et possessoris eiusdem, de quibus eidem literatorie presentato ad eosdem, per nobilem dominum Matheum comitem de Lenax, ac baronem et dominum de Torboltoun, extitit, auctoritate ordinaria canonice prouisum, et mandati in eosdem sibi super hoc facti, dictum Robertum Maxwell in realem actualem et corporalem seu quasi possessionem eorundem, cum omnibus suis iuribus et pertinentiis, posuit, induxit, et inuestiuit, admisit et recepit sibi stallum in choro debitum et consuetum prebendariis de Torboltoun, et locum in capitulo, cum plenitudine iuris canonici assignans: Peciit idem Maxwell instrumenta: Acta singillatim in choro et capitulo Glasguensi, inter horam vndecimam et xij^{am}; testibus, Magistro et dominis Johanne Rede, Johanne Heriot, Roberto Durand, presbiteris, Johanne Maxwell, Jacobo Cumyng, et Johanne Lowk, testibus.

518. GARDINAR.

Die Sabbati, xxvj Aprilis, anno, indictione, pontificatu, et regno, quibus immediate supra, in loco capitulari ecclesie Glasguensis, hora quasi decima ante meridiem vel circiter, testibus

A.D. 1511. Magistris et dominis Patricio Elphinstoun, Nicholao Greynlaw, Andrea Marschell, Patricio Grahame, canonicis Glasguensibus, Thoma McClelan, et Thoma Sibbauld: Dominus Bartholomeus Blare et Dauid Gardinar, coram reuerendissimo patre Jacobo Glasguensi archiepiscopo, compromiserunt se in Magistros et dominum Martinum Rede, cancellarium Glasguensem, Adam Culquhoun, Robertum Clerk, canonicos Glasguenses, et Johannem Sprewle, vicarium de Curmannok, penes clameum et debatam quinque solidorum vsualis monete, annuatim exeuntium et solui solitorum altari Sancti Andree, in ecclesia Glasguensi fundato, de tenemento dicti Dauid Gardinar in Drigate; de quibus etiam idem Dauid asseruit prefatum dominum Bartholomeum, et suos successores, capellanos Sancti Jacobi, annuatim leuantes xx[s] de dicto suo tenemento debere etiam releuare, et indempnem seruare prefatum Dauide ad manus collectorum dicti altaris, et aliorum interesse habentium de prefata summa: Et dicte partes promiserunt stare laudo et decreto dictorum iudicum compromissariorum, acceptantium in se determinare laudare et decernere super huiusmodi controuersia et debata, inter hinc et proximum festum Penthecostes, et ad tractandum super huiusmodi controuersia assignarunt crastinum diem: Peciit idem Gardinar instrumenta.

519. Striueling.

Eodem die, hora quasi quinta post meridiem vel circa, testibus domino Johanne Heriote, Waltero Cowbroch: Willelmus Striueling constituit procuratores, coram officiali Glasguensi et suis commissariis, viz., Magistros Jacobum Neilson, Willelmum Blak,
Fol. 131. Matheum Steward, Dauid Dwn, Johannem Rede, Nicholaum Widderspune, dominos Andream McCanys, Jacobum Howstoun, Martinum Rede, et ceteros procuratores curie consistorialis Glasguensis, ad leuandum edictum publicum, ad citandum interesse habentes, ad videndum euidentias factas super capellania fundata in ecclesia de Campsy, per quondam dominum Johannem Striueling suum patrem, et ad petendum huiusmodi euidentias trans-

sumi, publicari, et alias et alia faciendum concernentia huiusmodi factum, cum potestate subscribendi, et cum clausula de rato et grato habendo, in manu Martini Rede officialis Glasguensis, tunc presentis: Peciit idem Willelmus Strivueling instrumenta: Acta in manso cancellarii Glasguensis, in Glasgw. A.D. 1511.

520. Blare.

Die Lune, xxviij Aprilis, anno, indictione, pontificatu, et regni, quibus immediate supra, in cimiterio ecclesie metropolitane de Glasgw, hora nouena ante meridiem vel circiter, testibus Magistris Adam Culquhoun, canonicis Glasguensi, Macolmo Culquhoun, Johanne Sprewle, Michaele Culquhoun, Dauid Gardinar, dominus Bartholomeus Blare appellauit verbo, juxta tenorem scedule appellationis per ipsum postea porrigende, a sententia arbitrali verbo, vt asseruit, prolato per reuerendissimum patrem Jacobum Glasguensem archiepiscopum, et Magistris Martino Rede, Adam Culquhoun, Johanne Sprewle, et domino Roberto Clerk, iudicibus compromissariis et arbitris arbitratoribus inter dictum dominum Bartholomeum et Dauid, super contentis in precedente prothocollo ad sedem apostolicam: Peciit idem Blare instrumenta.

521. Crechtoun.

Die Mercurii, proximo post Sinodum Glasguensem, viz., vltimo Aprilis, anno quingentesimo xj, indictione, pontificatu, et regni, quibus immediate supra: Venerabilis vir, Magister Martinus Rede, cancellarius et officialis Glasguensis generalis, ac commissarius in hac parte specialiter deputatus, ad cognoscendum super causis criminalibus intentandorum contra ecclesiasticas personas, et priuilegio ecclesiastice libertatis gaudentes, ad iura reddenda et causas audiendas, in loco capitulari ecclesie Glasguensis, post sonum campane pulsate, pro tribunali sedens, post vocationem in valuis dicti capituli, per me notarium publicum, ex mandato dicti commissarii publice factam, super omnes et

A.D. 1511. singulos interesse habentes, et accusatores Magistri Eduardi Crechtoun presbiteri, alias indictati ad curiam secularem, pro arte et parte occisionis Alexandri Fergusson et Roberti Fergusson, et remissi ad curiam spiritualem et archiepiscopalem Glasguensem, per dominos consilii supremi domini regis, pro complemento iusticie, in presentibus die et loco, eisdem accusatoribus coram dicto reuerendissimo patre et suis comissariis habendo, tanquam certo, ut asseritur, assignato predictis accusatoribus ad eundem effectum consequendum, offerens se paratum et promptum illic, pro complemento iusticie faciendo, accusare volens dictum Magistrum Eduardum super dictis accusationibus, sic vocatis et non comparentibus, licet debite expectatis, silencium perpetuum imposuit, et super accusatoribus eorundem: Peciit idem Crechtoun instrumenta: Acta in loco capitulari, hora decima ante meridiem, vel circa; testibus, Magistris Georgio Ker, Ricardo Bothwell, Nicholao Greynlaw, canonicis Glasguensibus, Willelmo Ker, Jacobo Neilson, presbiteris.

522. Turnbull.

Eadem die, hora quasi quarta post meridiem, vel circiter, in palatio domini Glasguensis in Glasgw, testibus Magistro Thoma Murref, vicario Sancte Brigide, dominis Johanne Walkare, Patricio McMorane, presbiteris, Roberto Neylsoun et Gilberto Walkare, laicis: Dominus Adam Turnbull, presbiter Glasguensis diocesis, ac rector de Annand eiusdem diocesis, appellauit verbo a reuerendissimo patre Jacobo Glasguensi et suis officialibus et comissariis, ad sanctissimum dominum Julium papam modernum, et eius sacrosanctam sedem apostolicam: Peciit idem Turnbull instrumenta: Acta vt et vbi supra.

523. Maxwell.

Die Veneris, 2° Maii, anno, mense, indictione, pontificatu, et regno, quibus immediate retro, in loco capitulari, hora quasi

decima ante meridiem vel circa, testibus reuerendissimo patre A.D. 1511.
Jacobo Glasguensi archiepiscopo, et domino Thoma Sibbauld, presbitero: Magister Robertus Maxwell, prebendarius de Torboltoun, canonicus de nouo institutus, fecit obedientiam canonicam Rolando Blacader, presidenti, et capitulo Glasguensi, post sonum campane pulsate capitulariter conuocato, et prestitit iuramentum canonicorum in forma prout habetur in libris capituli: Peciit idem Maxwell instrumenta: Acta vt supra.

524. Blare.

Die Sabbati, 3° Maii, anno, et ceteris, quibus immediate supra, in aula vicariorum chori, intra ciuitate Glasguensi, hora prima post meridiem vel circa, testibus Magistris et dominis Thoma Hesliope, Willelmo Broun, Alexandro Panter, Adam Smerles, presbiteris: Dominus Bartholomeus Blare, capellanus perpetuus capellanie Sancti Jacobi, fundate intra ecclesiam Glasguensem, decretum alias, vt asseruit, latum per reuerendissimum patrem Jacobum Glasguensem archiepiscopum, contra ipsum, et pro Dauid Gardinar, penes releuationem v^s^, de quibus ordinauit prefatum dominum Bartholomeum et suos successores releuare et jndempnes seruare, annuatim dictum Dauid et suos ad manus interesse habentium; et qui reuerendissimus, vt asseruit, non fuit vnus iudicum compromissariorum, in quos ipse et dictus Dauid erant compromissi super huiusmodi clameo, neque vnquam fuit conuentus vel vocatus in judicio coram dicto reuerendissimo super huiusmodi controuersia, ad animum reuocauit, neque huiusmodi decreto stare se velle asseruit, propter causas premissas, sed solenniter protestatus est de remedio iuris habendo, et huiusmodi decretum, cum non sit eorum in quos compromissus extitit, non cedere sibi vel suis successoribus in preiudicium aliquod: Peciit idem Blare instrumenta.

A.D. 1511.

Fol. 132.

525. Steward—Murref.

Die Sabbati, xvij Maii, anno, indictione, pontificatu, et regni, quibus immediate supra, in ecclesia Glasguensi, hora quasi nouena ante meridiem vel circa, testibus Magistris Johanne Sprewle, Johanne Rede, capellano de Dundonald, presbiteris, Nicholao Fram et Patricio Steward, laicis: Robertus Franche de Francheland, peciit humiliter absolutionem ad cautelam a censuris et excommunicatione, quas incurrebat per literas compulsoriales venerabilis viri M. Martini Rede, officialis Glasguensis et comissariorum eiusdem, leuatas super quadam sententia lata pro domino Adam Murref, milite, contra ipsum Robertum, a prefato domino officiali; quam absolutionem idem dominus officialis sibi concessit, ac eundem de consensu Magistri Mathei Steward, procuratoris dicti domini Ade, ad id consentientis, actu absoluit ad cautelam, vsque ad festum Sancti Johannis Baptiste proxime futurum inclusiue, et cum reincidencia: Et renunciauit idem Robertus, coram dicto domino officiali, appellationi alias per ipsum interiecte contra huiusmodi sententiam ad sedem apostolicam, et singulis inde secutis et secuturis: Peciit idem procurator, nomine dicti domini Ade, instrumenta: Acta vt supra.

526. Cancellarius Rede, Balliuus de Chanonland.

Die Martis, xx Maii, anno, indictione, pontificatu, et regni, quibus immediate supra, in plana curia fensata, tenta super terris de Ballioland, intra balliam de Conigham, et intra vicecomitatum de Ayre, et parrochiam de Largis, per Martinum Rede, cancellarium et balliuum de Chanonland, ex mandato dicti Martini balliui, ego Cuthbertus Simonis, notarius ac scriba capituli, et coram dicto balliuo in huiusmodi curia scriba, publicaui et perlegi quandam protectionem regiam, sub sigillo priuato, et rubea cera, emanatam et executam, concessam decano et capitulo Glasguensibus, super terris et ecclesiis suis, viz., Twirgyle, Ballioland, the Forest Syde, the Hullirhede, the Campole, et ecclesiis,

viz., Colmonell, Dalliel, Liliscleyf, Glencarn, Wallistoun, ac omnibus aliis terris, ecclesiis, possessionibus, decimis, granis, catallis, familiaribus, seruitoribus, factoribus, procuratoribus, intromissoribus, ac bonis mobilibus et immobilibus quibuscunque, existentibus intra regnum Scotie, et pertinentibus dictis decano et capitulo, ac singulis personis eiusdem, et ad veram et indubitatam noticiam omnium existentium in huiusmodi curia, prout melius et efficacius potui et sciui, deduxi: Peciit idem balliuus instrumenta: Acta super terris de Ballioland, hora xj ante meridiem vel circa, testibus Johanne Kelso de Kelsoland, Cuthberto Mungumbry de Skelmorly, Johanne Hammyltoun de Collumbiskeysch, Thoma Or, Eugenio Patrik, et Johanne Con. A.D. 1511.

527. Blacader, Subdecanus Glasguensis.

Die Sabbati, vltimo Maii, anno, indictione, pontificatu, et regni, quibus immediate supra: Magister Rolandus Blacader, subdecanus Glasguensis, alias constitutus et nominatus vnus executorum ad bona et testamentum quondam Magistri Michaelis Flemyng, per eundem, coram M. Martino Rede officiali Glasguensi generali asseruit, se nolle acceptare in se executionem dicti officii executorie pro prefato Magistro Michale, cum ad ipsum officium acceptandum non esset obligatus, sed esset mere voluntarium: Idcirco sponte gratis libere et ex certa scientia cessit et renunciauit huiusmodi officio imperpetuum: Peciit idem subdecanus instrumenta: Acta in ecclesia Glasguensi, hora x ante meridiem, vel circa; testibus, Magistris Johanne Gibson, Johanne Rede, et domino Willelmo Burell, presbiteris, et Thoma Alane, laico.

528. Dalliel, Clericus Parochialis.

Eodem die, hora inter nouenam et decimam ante meridiem, in loco capitulari ecclesie Glasguensis, testibus Magistris Andrea Hammyltoun, Johanne Rede, capellano de Dundonald, Jacobo Grahame in sacris constituto: Magister Rolandus Blaca-

A.D. 1511. der, presidens, et capitulum Glasguense, post sonum campane capitulariter congregati, quoddam presentationis siue electionis parrochianorum de Dalliell, vel saltem maioris partis eorundem, instrumentum publicum, per discretum virum Jacobum Marschell, presbiterum Glasguensis diocesis, auctoritate apostolica notarium publicum, in notam receptum, signatum, et subscriptum, de et super officio perpetuo clericatus parrochialis ecclesie de Dalliell, vacante per mortem quondam Georgii Dalliell, vltimi clerici parrochialis perpetui et possessoris eiusdem, discreto viro Magistro Georgio Dalliell, clerico diocesis Glasguensis, clericali caractere insignito, per prefatos parrochianos, tanquam veros et indubitatos patronos dicti officii perpetui clericatus parrochialis, in et ad huiusmodi officium perpetuum, cum omnibus suis iuribus et pertinentiis electo et presentato, vt et tanquam iudices ordinarii dictorum parrochianorum et ecclesie parrochialis de Dalliell, approbarunt, ratificarunt, et confirmarunt, prefatum que Magistrum Georgium, presentem et acceptantem, in et ad huiusmodi officium perpetuum, cum omnibus suis iuribus et pertinentiis receperunt, et in clericum parrochialem perpetuum dicte ecclesie admiserunt, et idipsum sibi contulerunt et assignarunt, et de eodem sibi prouiderunt; et hoc preuia citatione debite executa, apud ecclesiam de Dalliell, super omnibus et singulis interesse habentibus, ad videndum et audiendum premissa sic fieri, vel ad allegandum causas rationales quare, etc., intimatione, etc., et in pena contumacie ipsorum sic citatorum, vocatorum in valuis capituli et non comparentium: Peciit idem Magister Georgius instrumenta, quibus sigillum ad causas capituli procuratum est concessum.

529. Drummont.

Die Lune, 2° Junii, anno Domini millesimo quingentesimo xj, indictione xiiij, pontificatus Julii 2^{di} anno viij°, et regni Jacobi quarti anno xxiij: Rolandus Blacader presidens, et capitulum Glasguense, post sonum campane capitulariter considentes, con-

siderantes capellaniam perpetuam de Achinrevoch Ovir, fundatam in ecclesia de Kirkintulloch, per quondam Robertum dominum Flemyng, donationem et admissionem pertinere ad se, iure deuoluto, si heredes dicti Roberti, patroni dicte capellanie, negligentes vel remissi fuerint in donando, huiusmodi capellaniam intra xl dies a tempore vacationis eiusdem, prout in fundatione eiusdem ad plenum fit mencio: Et quia per mortem Magistri Michaelis Flemyng, vltimi capellani et possessoris eiusdem, vacauit, et ad presens vacat huiusmodi capellania, per xl dies et vltra, nulli capellano per patronos predictos disposita et donata: Idcirco huiusmodi capellaniam perpetuam cum omnibus suis iuribus et pertinentiis jure sic deuoluto, et hac vice tantummodo, domino Georgio Drummont presbitero donarunt et assignarunt, et de eadem sibi prouiderunt, cum extensione et clausulis necessariis in vberiore forma; et concesserunt sigillum ad causas huiusmodi donationis literis: Peciit idem Drummont instrumenta: Acta in loco capitulari, hora decima ante meridiem, vel circa; testibus, Magistro Willelmo Broun, dominis Andrea McCanis, notario publico, Jacobo Graham, subdiacono, Willelmo Hynde, et Nicholao Frame, laicis, testibus.

A.D. 1511.

Fol. 133.

530. Fawsyde.

Die Martis, 3° Junii, anno, indictione, pontificatu, et regni, quibus immediate supra: Dominus Robertus Fawsyde, canonicus Glasguensis, alias constitutus et nominatus vnus executorum quondam Magistri Michaelis Flemyng, per eundem, dum humanis vixerat, ad testamentum et bona eiusdem, ex certis causis, etc., sponte gratis libere cessit et renunciauit huiusmodi officio executorie, et cum eodem nullatenus se intromittere velle dixit et asseruit: Peciit idem Fawsyde instrumenta: Acta in ecclesia Glasguensi, hora inter octauam et nouenam ante meridiem; testibus, Willelmo Baxter, Jacobo Manderstoun, Alexandro Browstare, et Thoma Schaw, laicis.

A.D. 1511.

531. SIBBAULD.

Die Sabbati, in vigilia Penthecostes, viz., vij Junii, anno quingentesimo xj, indictione xiiij, pontificatus Julii anno viij, et regni Jacobi quarti anno xxiij, coram venerabilibus viris Magistro Roberto Forman, decano, et capitulo Glasguensi, post sonum campane pulsate in capitulo generali Penthecostali capitulariter congregatis, et capitulum Penthecostale facientibus et representantibus: Venerabilis vir Magister Andreas Sibbauld, canonicus ecclesie Glasguensis, de nouo institutus et creatus, ac prebendarius de Ranfrew in eadem, fecit canonicam obedientiam ad genua positus, intentis manibus in forma capituli, et prestitit juramentum concernens canonicos ecclesie Glasguensis, in manibus dicti decani et capituli, et assumptus est in confratrem et canonicum eiusdem capituli: Peciit idem Sibbauld et decanus predictus instrumenta: Acta in loco capitulari, hora decima ante meridiem, vel circa; testibus, Magistris Martino Rede, cancellario, Alexandro Inglis, thesaurario, Rolando Blacader, subdecano, Thoma Murhede, Richardo Bothwell, Georgio Ker, Nicholao Greynlaw, canonicis Glasguensibus.

532. SUBDECANUS—GOVAN—ERSKYN EXECUTOR FORSITH.

Die Mercurii, xj Junii, anno, indictione, pontificatu, et regni, quibus retro: Robertus Forman, decanus, et ceteri canonici, capitulum generale et Penthecostale facientes et representantes, post sonum campane, etc., capitulariter congregati, consenserunt et assenserunt vnanimiter, fundationibus et erectionibus capellaniarum faciendarum, cum extensione et clausulis necessariis, per Magistrum Rolandum Blacader in ecclesia Glasguensi, ad altare Sancti Nicholai in superiore ecclesia, in deambulatorio siue naui eiusdem, juxta formam et tenorem cuiusdam scripti illic producti, tenorem siue monimentum dicte fundationis in se continentis, extendendi in vberiore forma; et per Magistrum Thomam Murhede, prebendarium de Govan, in ecclesia Sancti

Rochi, extra ciuitatem Glasguensem, vni seu pluribus; concesserunt suum sigillum commune et capitulare predictis fundationibus in mundo redactis, publicatis et debite extensis: ac etiam fundationi quondam Magistri Thome Forsith, canonici Rossensis, facte per eundem, ad altare Sancti Petri, in inferiore ecclesia Glasguensi: Petierunt Magister Rolandus pro suis fundatione et interesse, et Thomas Murhede pro suis fundatione et interesse, ac Magister Patricius Elphinstoun canonicus Glasguensis, executor et bonorum et testamenti intromissator quondam dicti Magistri Thome Forsith, executorio nomine eiusdem, pro interesse fundationis prefati quondam Magistri Thome, instrumenta: Acta capitulariter in loco capitulari, hora ix ante meridiem vel circiter; testibus, Magistris Martino Rede, Richardo Bothwell, Alexandro Inglis, Andrea Sibbauld, Georgio Ker, Roberto Fawsyde, Andrea Merschell, Roberto Clerk, Nicholao Greynlaw, Patricio Grahame, Alexandro Hammiltoun, Georgio Montgomery, et Waltero Kennidy, et dicto decano Glasguensi. A.D. 1511.

533. Decanus et Capitulum Glasguense, in capitulo generali.

Die Jouis, xij Junii, anno, indictione, pontificatu, quibus supra, anno regni, viz., xxiiij Jacobi quarti, in loco capitulari, post sonum campane, in capitulo generali, hora nouena ante meridiem vel circiter, presentibus solum dominis capitularibus, viz., Magistris et dominis Roberto Forman, decano, Martino Rede, cancellario, Alexandro Inglis, thesaurario, Rolando Blacader, subdecano, Thoma Murhede de Govan, Andrea Sibbauld de Ranfrew, Roberto Blacader de Glasgw primo, Georgio Ker de Auld Roxburgh, Richardo Bothwell de Askirk, Patricio Elphinstoun de Irskyn, Nicholao Greynlaw de Edulfistoun, Roberto Fawside de Moffet, Andrea Merschell de Glasgw 2°, Roberto Clerk de Durisdere, Georgius Montgomery de Eglischam, Alexandro Hammiltoun de Cambuslang, Patricio Graham de Killerne, Waltero Kennidy de Dowgles, prebendariis canonicis Glasguensibus: Dictus

A.D. 1511. decanus pro se, ac procuratorio nomine Magistrorum Cuthberti
Fol. 134. Ballie, prebendarii de Sanquhare, Dauid Hammiltoun de Castelstaris, Dauid Dowgles de Ayre, prebendariorum, ac prefatus Magister Thomas Murhede pro se ac procuratorio nomine Magistri Ade Culquhoun, prebendarii de Stobo, et Magister Nicholaus Greynlaw, pro se et procuratorio nomine Magistri Thome Campbell, prebendarii de Cumnok, et prefatus Robertus Clerk pro se et procuratorio nomine Magistri Roberti Maxwell, prebendarii de Torboltoun, ac ceteri canonici suprascripti, capitulariter in capitulo generali congregati, ac capitulum generale Penthecostale representantes et facientes, diuersis retro temporibus per reuerendissimi patris Jacobi Glasguensis archiepiscopi suplicationes, tam verbo quam scriptis porrectas, et potissimum hoc in capitulo generali, per quasdam suplicationis dicti reuerendissimi patris papiri literas, eius vero signeto clausas et signatas requisiti et solicitati, ad contribuendum, et persoluendum, imparciendum eidem, tanquam suo ordinario nuper ordinato, et in archiepiscopum Glasguensem pronunciato, assumpto, et per dictum capitulum in sedis Glasguensis et sui archiepiscopum ac patrem et pastorem animarum suarum recepto, in sue ordinacionis et receptionis exordio, more reliquorum clericorum diocesis Glasguensis, pecuniarum aliquod auxilium et subsidium, post varios et multos inde solennes propterea habitos tunc et ante tractatus capitulares, tandem ad vota singillatim, et singuli super hoc et in speciale rogati, vno omnium ore concorditer et capitulariter concluserunt, et decreuerunt, nullum sibi reuerendissimo velle vel debere dare pecuniarum auxilium vel subsidium, vel aliquid contributionis gratuite, seu aliquod aliud nomine vel specie premissorum, quia contra iura priuilegia et libertates capituli Glasguensis, hactenus ab immemoriali tempore citra incasse seruatas, et iuramenta dictorum canonicorum in sui prima assumptione prestita: Verumtamen, ad manutentionem et defensionem priuilegiorum capituli, et ad reprimendum et compescendum ausus temerarios aduersariorum, si qui forsan postea extare et prodire vellent, qui iurisdictionem iura et libertates

capituli perturbare impedire vel eneruare molirentur, opere precium et pernecessarium reputantes, aliqua pecunie quantitate in corbano et fisco capitulari habere, et a quolibet canonicorum reponi, et subministrari, dignum duxerunt; et capitulari ac Penthecostali conclusione vnanimiter singuli ad vota singillatim rogati, et omnes vna deliberarunt, concluserunt, statuerunt, et determinarunt, et decreuerunt, et consenserunt quemlibet Glasguensis ecclesie canonicum debere debursare, et contribuere, et reponere in huiusmodi corbano et fisco capitulari ad effectum premissum, tres et viginti mercas vsualis monete inter hinc et proximum festum Sancte Luce; vel tandem et pro vltimo solutionis termino inter hinc et festum Sancti Martini in hieme proxime inde sequens, citra tamen reprehensionem aliquam, si forte plenaria solutio predictarum summarum in dicto priori solutionis termino fieri non contigerit: Peciit decanus nomine proprio et capituli instrumenta. A.D. 1511.

534. Decanus et Capitulum.

Eodem die, in loco capitulari, hora tertia post meridiem vel circa, testibus domino Thoma Blare, presbitero, Johanne Huntar et Georgio Rawf, laicis: Dominus Thomas Conigham, capellanus perpetuus fundatus ad altare Sancte Marie, in inferiore ecclesia Glasguensi, et ad cantandum et ministrandum in choro Glasguensi, cum ceteris chori vicariis, per quondam dominum Dauid filium Walteri, militem, dominum de Kynneyle, interueniente solenni stipulatione non vi aut metu, etc., contentus fuit et acceptauit in se, coram Roberto Forman decano, et certis dominis capitularibus, sibi in capitulo assidentibus, ab hac inantea ministrare et cantare in choro Glasguensi cum ceteris choristis, iuxta sue fundationis tenorem, et eandem fundationem in omnibus obseruare: Peciit idem decanus nomine proprio capituli instrumenta.

A.D. 1511.

535. Cancellarius, Govan—Judices Delegati.

Die Veneris, xiij mensis Junii, anno quingentesimo xj, indictione xiij, pontificatus Julii 2[di] anno viij°, et regni xxiiij, in ecclesia Glasguensi hora xj ante meridiem vel circa: Magistro Roberto Hammiltoun, rector de Cobyntoun, dominis Johanne Heriote, Andrea Burell, presbiteris, coram Magistris Martino Rede, cancellario, Thoma Murhede, canonicis Glasguensibus, iudicibus delegatis, ad causam seu causas vertentem seu vertentes inter Henricum Forest et   et   et coram dictis iudicibus pendentes indecise, a sede apostolica specialiter deputatis, comparens Magister Nicholaus Wytherspune presbiter, ex suo proprio motu, et non coactus, renunciauit quatenus ad se pertinebat adhesioni appellationis, alias per Magistrum Matheum Steward a dictis iudicibus ad sedem apostolicam interiecte, et comisit, ac detulit se voluntati dictorum iudicum, ex eo quod perturbauit iurisdictionem eorundum alterando et renouando manus sue literam, literas dictorum iudicum et tenorem earundem immutando, et peciit se absolui per eosdem, a sententia excommunicationis quam incurrebat ipso facto per turbandum iurisdictionem eorum; quem, prius dextera manu pretori apposita, in verbo sacerdotali iuratum stare mandatis ecclesie, et complere penitentias per dictos iudices pro modo culpe eidem indulgendas, a dicta excommunicationis sententia simpliciter absoluerunt: Petierunt idem iudices instrumenta: Acta vt supra.

536. Mason, Vicarius de Drumman.

Die Sabbati, xiiij Junii, anno, indictione, pontificatu, et regni, quibus immediate supra, hora prima post meridiem vel circa, in manso cancellarii Glasguensis, intra ciuitatem Glasguensem, testibus Magistris Nicholao Greynlaw, Richardo Bothwell, canonicis Glasguensibus, et domino Willelmo Smyth, presbiteris: Dominus Georgius Mason presbiter, vicarius perpetuus ecclesie parochialis de Drumman, Glasguensis diocesis, non vi aut metu

ductus, etc., omnibus melioribus modo, via, jure, et causa, etc., constituit suum solum, vnicum, certum et indubitatum, et irreuocabilem procuratorem, venerabilem virum Magistrum Martinum Rede, cancellarium Glasguensem, sibi, specialiter et expresse, ac pure libere et simpliciter, cedendum, dimittendum et resignandum, huiusmodi suam vicariam pensionariam perpetuam cum omnibus suis iuribus et pertinentiis, in manibus reuerendissimi patris Jacobi Glasguensis archiepiscopi, huiusmodi quoque cessionem, dimissionem et resignationem admitti petendum, et iurandum in animam constituentis, quod in huiusmodi resignatione non interuenit neque interueniet fraus, dolus, aut quauis corruptela, seu simoniaca labes, instrumenta desuper petendum et leuandum, et promisit in verbo sacerdotali, manu dextera pretori apposita, ratum, gratum, firmum, stabile habere, et pro perpetuo habiturum, totum et quicquid dictus procurator, nomine ipsius constituentis, in premissis duxerit faciendum, sub ipotheca et obligatione omnium bonorum suorum mobilium et immobilium, presentium et futurorum; dictumque procuratorem non reuocare donec omnia et singula in presentibus contenta ad debitum perducantur effectum: Peciit idem Mason instrumenta fieri sibi. A.D. 1511.

537. MASON. Fol. 135.

Die Martis, xvij Junii, anno quingentesimo xj, indictione xiiij, pontificatus Julii 2^{di} anno viij^{o}, et regni anno xxiiij: Georgius Striueling, dominus de Cragbernard, heres quondam domini Johannis Striueling de Cragbernard, militis, primi fundatoris et erectoris cuiusdam capellanie perpetue, de nouo fundate in parochiali ecclesia de Campsy, ad altare Beate Marie Virginis in eadem, vel in sacello siue capella, suis impensis extruendo, et in sacello siue capella de Cragbernard, de certis annuis redditibus de terris de Gloret et Cragbernard annuatim exeuntibus, et ea ratione, patronus vnus dicte capellanie perpetue, huiusmodi capellaniam perpetuam de nouo fundatam et erectam, cum omnibus suis iuribus et pertinentiis, discreto viro domino

tionem iustam tocius casualis pecunie et communis pertinentem dictis vicariis, tam pro obitibus presentibus quam alio seruicio diuino, debite et impartate, preter communie partem tantummodo, quam canonici solent distribuere vicariis singulis annis, in mercede vicariorum in festo Penthecostes; et hoc dummodo ipse stallarius fuerit presens, et huiusmodi diuino seruicio interit; quod pertinet et ordinatur pro huiusmodi casuali pecunia impartanda: Peciit idem Rolandus Blacader subdecanus instrumenta: Acta in loco capitulari, hora decima ante meridiem, vel circa; testibus, Magistris et dominis Martino Rede, cancellario, Patricio Elphinstoun, Nicholao Greynlaw, Richardo Bothwell, Roberto Clerk, Alexandro Hammiltoun, Georgio Montgomery, Patricio Graham, canonicis Glasguensibus, et Patricio Smyth, clerico. A.D. 1511.

539. Rede.

Die Mercurii, ix° Julii, anno, indictione, pontificatu, et regno, quibus immediate retro, coram Magistro Johanne Sprewle, comissario in hac parte Jacobi Glasguensis archiepiscopi, in loco capitulari, assidentibus canonicis, post sonum campane, de more capitulariter congregatis, ad iura reddenda et causas audiendas, pro tribunali sedentibus: Dominus Johanne Leich, citatus coram dicto comissario ad diem prescriptum, ad videndum et audiendum se in excommunicationis sententiam, a canone latam, incidisse declarari, et excommunicari denunciari, propter violentiam temerariam, presumptam, et sacrilegam infractionem, et inuasionem capelle regie de Dundonald, et januarum, et arche in qua reponebantur ornamenta dicte capelle, et asportationem et spoliationem libri, calicis, et dictorum ornamentorum de dicta capella; vel ad allegandum causas rationales quare, etc., sub pena excommunicationis; et vlterius, ad instanciam Magistri Johannis Rede, capellani perpetui et possessoris capellanie dicte capelle; ac etiam reuerendissimo patri Jacobo Glasguensi predicto et suis commissariis ex officio responsurus; comparens in iudicio, constituit et nominauit Georgium Campbell de Sesnok,

A.D. 1511. laicum, presentem et acceptantem, procuratorem et prelocutorem, ad agendum et defendendum pro se, coram dicto reuerendissimo et suis commissariis in huiusmodi ecclesie causa; ac in prefato iudicio confessus fuit, quod presens fuit apud dictam capellam, cum Georgio Campbell prefato et suis complicibus, quando dicta asserta spoliatio et violentia facta fuit: Peciit Magister Martinus Rede cancellarius instrumenta: Acta in loco capitulari hora xj ante meridiem, vel circa; testibus, Magistris Rolando Blacader, subdecano, Georgio Ker, Georgio Montgomery, Nicholao Greynlaw, Richardo Bothwell, canonicis Glasguensibus, Alexandro Erskyn, et Jacobo Neilson.

540. Rede Cancellarius.

Die Jouis, xvij Julii, anno quingentesimo xj, indictione xiiij, pontificatus Julii 2[di] anno viij°, et regni Jacobi quarti anno xxiiij: Magister Martinus Rede, cancellarius ecclesie Glasguensis, constituit procuratores in curia Romana, coniunctim et diuisim, viz., Magistros et dominos Willelmum Steward, Johannem Hay, et Johannem Duncani, cum potestate subeundi, et specialiter et expresse ad ipsius domini constituentis nomine et pro eo, coram sanctissimo domino nostro papa Julio moderno, seu eius causarum camere apostolice auditoribus, seu viceauditore, aut eorum locumtenentibus, pluribus aut vno, et auditoribus causarum palacii apos-
Fol. 136. tolici, seu commissariis extraordinariis, delegatis seu delegandis, subdelegatis seu subdelegandis, ecclesiasticis seu secularibus, datis seu dandis, surrogatis seu surrogandis, deputatis seu deputandis, et eorum quolibet, in Romana curia, comparendum; et illic, si quauis ecclesiastica secularisve persona, vt et tanquam pars aduersa dicto domino constituenti, contra ipsum dominum constituentem, seu eius beneficium dicte Glasguensis diocesis, seu bona et iura sua, litem mouere, vel eundem litibus expensis et laboribus fatigare, et in causam trahere, coram quibuscunque iudicibus in partibus constitutis, vigore literarum remissorialium, extra Romanam curiam et ad partes, seu commissionis a sede apostolica, extra

Romanam curiam, et ad partes, certis iudicibus in eisdem expressis, factarum et directarum presumpserit; et propterea huiusmodi literas remissoriales, seu commissionem extra Romanam curiam, et ad partes, contra prefatum dominum constituentem, seu eius beneficium aut iura et bona premissa in Romana curia forsan impetrauerit, huiusmodi causam, cum omnibus et singulis ex eadem dependentibus, emergentibus, incidentibus, connexis et annexis, alicui prefati sacri palacii apostolici causarum auditori in Romana curia committi petendum: Necnon citationem legitimam extra Romanam curiam et ad partes, vnacum inhibitione inserta, sub censuris et penis, contra et aduersus prefatam partem aduersam quamcunque, omnesque alios et singulos sua, coniunctim vel diuisim, interesse putantes, et in executione huiusmodi citationis nominandos, decerni et concedi, postulandum, impetrandum, et leuandum literas quoque super hiis, in vberiore forma et stilo Romane curie, cum extensione et clausulis necessariis et requisitis petendis, petendum, impetrandum, leuandum, et recipiendum; vnumque vel plures procuratorem seu procuratores, loco ipsius et cuiuslibet ipsorum, cum simili potestate, substituendum; eumque vel eos reuocandum, et onus procurationis huiusmodi in se reassumendum, tociens quociens opus fuerit, et dictis procuratoribus suis visum fuerit expedire, presenti procuratorio manente saluo; et generaliter, etc.: Promisit ratum gratum et firmum pro perpetuo habere quicquid dicti procuratores, et substituendi ab eisdem, vel ipsorum aliquis, fecerit: Peciit idem dominus constituens instrumenta: Acta intra ciuitatem Glasguensem, in edibus ipsius cancellarii, hora xj ante meridiem, vel circa; testibus, dominis et Magistris Johanne Symontoun, Johanne Rede, Dauid Murhede, Willelmo Smyth, et Johanne Heriote, presbiteris diocesis Glasguensis. A.D. 1511.

541. Merchenstoun.

Die Veneris, octauo Augusti, anno quingentesimo xj, indictione, pontificatu, et regno, quibus immediate supra: Magister

A.D. 1511. Jacobus Merchenstoun presentauit quandam comissionem reuerendissimi patris, Jacobi Glasguensis archiepiscopi, factam venerabilibus viris Magistris Martino Rede, Rolando Blacader, et Richardo Bothwele, canonicis Glasguensibus, commissariis ad infrascripta dicti reuerendissimi patris in eadem constitutis, ad decidendum et determinandum causas, que verti sperantur inter dictum Magistrum Jacobum, et Magistrum Archibaldum Layng, vicarium de Estwod, et ad cognoscendum in eisdem, cum clausulis necessariis et solitis, dicti reuerendissimi patris sigillo rotundo sigillatam: Qui quidem comissarii acceptarunt in se onus cognoscendi et decidendi controuersias inter dictas partes verti speratas, secundum formam et tenorem dicte comissionis, et decreuerunt eidem Magistro Jacobo instanti citationem fieri super dicto Magistro Archibaldo: Peciit idem Magister Jacobus instrumenta: Acta in ecclesia Glasguensi, hora quasi nouena ante meridiem, vel circa; testibus, Magistro Johanne Rede, Willelmo Rede, Georgio Rawf, et Roberto Huntar, seruitore prefati Askirk, et domino Johanne Jakson, presbitero, notario publico.

542. Layng.

Die Sabbati, ix° Augusti, anno, indictione, pontificatu, et regno, quibus immediate retro, in loco capitulari ecclesie Glasguensis, hora nouena ante meridiem vel circa, testibus Magistris Jacobo Neylson, Johanne Sprewle, Dauid Dwn, et Johanne Rede, presbiteris, coram venerabilibus viris, Magistris Martino Rede, Rolando Blacader, et Richardo Bothwell, canonicis Glasguensibus, comissariis in hac parte reuerendissimi patris Jacobi Glasguensis archiepiscopi, specialiter constitutis, prout de sue comissionis tenore michi legitimis constabat documentis, ad iura reddenda et causas audiendas, pro tribunali sedentibus: Magister Archibaldus Layng, vicarius de Estwod, conuentus coram eisdem per literas eorundem, et vocatus in quadam causa mota contra eundem, per Magistrum Jacobum Merchenstoun, asseruit se esse appellatum, ac tuitioni et protectioni sedis apostolice subiectum,

et sic exemptum, et non teneri coram eisdem comissariis super obiectis per prefatum Magistrum Jacobum respondere: Nichilominus, preuia solenni protestatione, quod non cedat huiusmodi sue exemptioni et priuilegiis a sede apostolica sibi concessis, quo ad alias causas imposterum vertendas, contra ipsum, et quo ad alias personas, volentes personam suam aut sua, litibus coram ordinario suo et suis officialibus vexare, in preiudicium aliquod; hoc pacto, et non alias, contentus fuit respondere coram dictis commissariis, quo ad obicienda tunc contra ipsum Magistrum Archibaldum per prefatum Magistrum Jacobum: Peciit Layng instrumenta. A.D. 1511.

543. MERCHEMSTOUN.

Eisdem per omnia: Protestatus est dictus Magister Jacobus Merchemstoun, non recedere se velle a sua appellatione, alias interiecta a sede Glasguensi ad sedem Sancti Andris, sed habere regressum ad prosequendum eandem, casu quo dicti commissarii non declararent sententiam excommunicationis, alias latam contra ipsum per Magistrum Archibaldum Layng, decanum de Ruglyn et Lenax, esse nullam, irritam, cassam, et pretensam, et decernerent fore cassandum et annullandum: Peciit idem Merchemstoun instrumenta.

544. MERCHEMYSTOUN. Fol. 137.

Eodem die, in ecclesia Glasguensi, hora quasi decima ante meridiem vel circa, testibus Magistris Martino Rede, cancellario et officiali Glasguensi generali, Rolando Blacader, subdecano, Richardo Bothwele, canonicis Glasguensibus, et Johanne Sprewle, vicario de Curmannok: Reuerendissimus pater, Jacobus Glasguensis archiepiscopus, presente Magistro Jacobo Merchemystoun, preposito de Corstorfyn, publice declarauit, quod sententia excommunicationis, in personam dicti Magistri Jacobi, per M. Archibaldum Layng, vicarium de Estwod, ac decanum ruralem Christianitatum de Ruglyn et Lenex, ob non solutionem subsidii

A.D. 1511. charitatiui vicarie perpetue de Innerkip, sue Glasguensis diocesis, alias lata, et fulminata, preter et citra sententiam et mandatum ipsius reuerendissimi patris, contra prefatum Magistrum Jacobum lata extitit; neque prefato suo decano rurali aliquando mandauit, in personam dicti Magistri Jacobi, nominatim et in speciale, ob huiusmodi subsidii charitatiui non solutionem, predictum processum fulminare: Et nichilominus, si prefatus decanus ruralis, ante huiusmodi processus fulminationem, in personam prefati Magistri Jacobi, suam paternitatem consuluisset super fulminatione dicti processus contra prefatum Magistrum Jacobum, non fecisset ei mandatum, neque mandasset eidem, ad procedendum contra dictum Magistrum Jacobum, per excommunicationis processum, et hoc propter certas causas rationales suam paternitatem mouentes; et vbi primum paternitati sue significatum fuit, dictum Magistrum Jacobum huiusmodi sententia excommunicationis innodatum fuisse, absoluit eundem a prefata sententia, prout et quemadmodum adhuc huiusmodi absolutionem datam ratificat et approbat; et ad presens de nouo, prefatum Magistrum Jacobum ab huiusmodi sententia excommunicationis, si et inquantum quam per literas prefati decani ruralis incurrebat, absoluit et relaxat: Peciit idem Merchemystoun instrumenta.

545. Kennidy.

Eodem die, in ecclesia predicta, hora quasi xj vel circa, ante meridiem, testibus Magistris Alexandro Irskyn, Roberto Hammiltoun, rectoribus de Monyabro et Cobynetoun, presbiteris, Johanne Crawfurd, Doncano Graham, et Patricio Armour, personaliter constitutus Thomas Broun, certificatus de bono suo iure, ac asserens se habere ius in et ad quoddam tenementum cum horto et pertinentiis, iacens in ciuitate Glasguensi, ad partem australem vici Sancte Tenew, inter tenementa quondam Hugonis Hynde ad occidentem, et terras capellanie Sancti Kentigerni, fundate in ecclesia eiusdem, trans torrentem Malindinore ad orientem, non vi aut metu ductus, errore lapsus, seu

dolo, fraude, aut quauis sinistra machinatione circumuentus, sed animo deliberato et bene avisatus, ac ex eius certa scientia, mera, pura, libera et spontanea voluntate, omnibus melioribus modo, via, jure, causa et forma, quibus melius potuit et debuit, constituit, creauit, nominauit, et solenniter ordinauit venerabilem virum Walterum Kennidy, prebendarium de Dowgles, suum verum, legitimum et certum, indubitatum et irreuocabilem assignatum et cessionarium, ad huiusmodi tenementum cum pertinentiis, eo in curatorem vti in rem suam propriam, ac omne ius sibi quomodolibet competens et competiturum in eodem cessit et transtulit in eundem; et si quod prius sibi competebat, aut competere poterit in futurum in eodem, renunciauit eidem; et sibi Waltero assignauit et transtulit omnem actionem realem, personalem, ciuilem, pretoriam et mixtam, in ipsum Walterum; et promisit in manu mei notarii, per fidem nomine iuramenti traditam, non contrauenire huiusmodi cessionem, nec vllo vnquam tempore reuocare eundem, cum extensione et clausulis necessariis et in similibus requisitis, in vberiore forma constitutionis cessionariorum: Peciit idem Walterus instrumenta. A.D. 1511.

546. Drummont.

Die Lune, xj Augusti, anno, indictione, pontificatu, et regno, quibus immediate supra, intra ciuitatem Glasguensem, hora 2ª post meridiem, vel circa, testibus Patricio Hugonis, Johanne Thomson, et Thoma Dawson, dominus Georgius Drummont capellanus perpetuus capellanie de Ovir Achinrevoch, fundate in ecclesia Sancti Niniani de Kirkintilloch, ex certis causis rationalibus animum suum ad id mouentibus, prohibuit Thome Allane, tenando terrarum suarum de Ovir Achinrevoch, ne abhac inantea traderet de fructibus fermis et deuoriis terrarum de Ovir Achinrevoch, per se aut ceteros vicinos dicte ville, aliquam quantitatem capellano, ministranti pro dicto domino Georgio, in prefata capellania, sub pena infractionis protectionis regie, sibi super persona sua, seruitoribus, bonis et rebus, et capellania predicta, ac

A.D. 1511. tenandis eiusdem, auctoritate regia concesse et execute, et aliis penis inde secuturis, et que de iure propterea competere poterunt: Et si quam dicto Thome licenciam ante meridiem ad impertiendum dicto capellano de fructibus dictarum terrarum contulit, eam penitus reuocauit, et de presenti reuocat, ac nullam eam declarat: Peciit idem Drummont instrumenta.

Fol. 138.

547. Oliphant.

Eodem die, hora nouena ante meridiem, vel circa, intra ciuitatem Glasguensem, teste Eduardo Scot, Stephanus Brady obtulit Martino Oliphant, presenti et audienti, pro zona argenti, quam dictus Eduardus tunc tenebat in manibus, verum valorem pecunie excrescentis, quam dicta zona in vero valore fuit supra summam xxiiijs, pro qua dicta zona detinetur in pignore per dictum Stephanum et suam sponsam: Peciit idem Oliphant instrumenta.

548. Merchemystoun.

Die Jouis, xxj Augusti, anno quingentesimo xj, indictione xiiij, pontificatus Julii 2di anno viijo, et regni Jacobi quarti anno xxiiij: Magister Archibaldus Layng vicarius de Estwod, Glasguensis diocesis, ac decanus ruralis Christianitatum de Ruglyn et Lenax, intra diocesim Glasguensem, quandam mentis sue declaratoriam papiri cedulam, facto, realiter, et in scriptis infrascripti tenoris, sua ipsius manu scriptam et subscriptam, michi notario publico infrascripto tradidit perlegendam, juxta cuius papiri cedule (quam veram sue mentis declarationem in se continere dixit) vim, formam, continentiam, et tenorem, vniuersis et singulis sua, coniunctim vel diuisim, interesse habentibus, seu quomodolibet habere putantibus, tam presentibus quam futuris, omnibus melioribus modo, via, iure, causa, et forma, quibus melius, tutius et efficacius potuit et debuit, suam mentem declarandam duxit, ac publice declarauit: Nos Archibaldus Layng, decanus Christianitatis de Ruglyn, quia licet olim tulimus

sententiam excommunicationis in personam Magistri Jacobi Merchemystoun, extunc vicarii de Innerkyp, propter non solutionem subsidii charitatiui, domino nostro reuerendissimo Jacobo Glasguensi archiepiscopo, ipso Magistro Jacobo in remotis existente, prout postea ad nostram deuenit noticiam, ac etiam quod ipse Magister Jacobus, postquam prefatus reuerendissimus dominus consecratus fuerat in archiepiscopum Glasguensem, nullos dicte vicarie percepit fructus, ut certificati sumus, premissis graviter cauentibus et consideratis, predictam excommunicationis sententiam, per nos in personam dicti Magistri Jacobi latam, irritam, nullam, et inanem decernimus per presentes, et hoc omnibus quorum interest notum facimus: Peciit Johannes Adamson instrumenta, nomine dicti Magistri Jacobi: Acta intra ciuitatem Glasguensem, hora 3ª post meridiem, vel circa; testibus, dominis Johanne Jakson, notario publico, Johanne Bull, presbiteris, et Johanne Quhyte, laico. A.D. 1511.

549. Hall—Huchonson.

Die Dominica, vltimo Augusti, anno, indictione, pontificatu, et regno, quibus immediate supra: Cuthbertus Alexander, in consistorio Glasguensi, hora xj ante meridiem, vel circa, testibus Magistris Jacobo Neilson, Dauid Dwn, Roberto Hammyltoun, clericis presbiteris, Thoma Hugonis seniore et iuniore, et Andrea Smyth notario publico, pro se et omnibus suis quitauit et liberauit, et absoluit imperpetuum Jonetam Hall, suosque heredes, executores et assignatos, et omnes alios interesse habentes, quoscunque, de omnibus summis pecuniariis, bonis et rebus quibuscunque, mobilibus et immobilibus, hereditariis et aliis, sibi et suis pertinentibus et debitis pro dote promissa eidem cum quondam Hall, filia dicte Jonete, et sponsa ipsius Cuthberti, vel iure hereditario sibi aut suis seu sponse sue predicte, aut prolibus inter ipsos procreatis incumbentibus, seu quouismodo alias vsque in diem presentem pertinentibus et clamandis; et renunciauit, et cessit contractum inter ipsum et

A.D. 1511. dictam Jonetam confectam, super huiusmodi dote et hereditariis bonis promissis eidem per dictam Jonetam; et consensit annullationi, cassationi, et diruptioni eiusdem contractus, in presentia dictorum testium realiter facte; et hoc pro quinque mercis promissis dicto Cuthberto per dictam Jonetam soluendis, vt sequitur, intra annum a data presentium complendum, videlicet, vna merca in exitu prime quarte anni a data presentium, et alia merca in exitu secunde, et 3ª merca in exitu tercie quarte anni, et duabus mercis ante exitum vltime quarte partis anni presentis, a data presentium integre complendi; pro quibus soluendis eadem Joneta, renuncians priuilegio feriarum, actitabit se die crastino in libris officialis Glasguensis: Peciit eadem Joneta instrumenta.

550. Layng.

Die Jouis, primo Septembris, anno, indictione, pontificatu, et regno, quibus immediate retro, in ecclesia Glasguensi, hora quasi decima ante meridiem vel circa, testibus Johanne Schaw, Roberto Leithame, Johanne Clerk, burgensibus de Glasgw, M. Matheo Steward, dominis Johanne Bull, Johanne Cokburne, presbiteris, Helena Alexander, relicta quondam Mawsfeild, et Mariota Mawsfeild, soror dicti quondam Mawsfeild, coram Magistro Martino Rede, cancellario et officiali Glasguensi generali, dixerunt in veritate, ita rem se habuisse, sicut Magister Archibaldus Layng, coram dicto officiali et testibus prenominatis, et in presentia dictarum mulierum, declarauit, viz., quod ipsa Helena, die Martis vltimo transacti, ante tempus cene et post, accessit ad ipsum Magistrum Archibaldum, in domo Magistri Johannis Murref, rogatura eundem quatenus vellet ire cum ipsa, visum et numeratum pecuniam relictam in deposito per dictum suum maritum: qui quidem Magister Archibaldus, ad preces eiusdem, accessit cum eadem ad domum dicte Helene, et tandem habita aliqua mora et difficultate in apercione sere arche, in qua dicta pecunia reponebatur custodita, et interim confluente in domo numerosa multitudine populi ad spectaculum, dictus

Magister Archibaldus, pudore quodammodo tactus, monuit dictam Helenam, sub pena excommunicationis, auctoritate domini archiepiscopi Glasguensis, et illius, quam ab eo obtinet tanquam decanus eiusdem, ne intromitteret cum dicta pecunia deposita, sed custodiret eandem saluam et intactam vsque in crastinum diem, vt eo cicius constare poterit de quantitate dicte pecunie, in presentia fidedignorum a deposito extracte, et postea numerate, et tunc de domo dicte Helene cessit: Peciit idem Layng instrumenta. A.D. 1511.

551. Blak.

Eisdem per omnia: Dicte Helena et Mariota, in presentia dicti officialis et testium suprascriptorum, asseruerunt quod Magister Willelmus Blak, amplectendo et stringendo manum dicte Helene, tenentis in quodam marsupio summam xiij mercarum in auro, violenter coegit eandem dimittere bursam cum dicto auro, et rapuit ipsam bursam ab ipsa, quam, postquam euacuauit predicto auro, eidem reiecit, imposito auro predicto in manica toge sue, et secum asportato: Peciit idem Blak instrumenta: Acta vt et vbi supra.

552. Heriote—Drumman. Fol. 139.

Die Lune, viij° Septembris, anno, indictione, pontificatu, et regni, quibus immediate retro: Magister Martinus Rede, cancellarius ecclesie Glasguensis, procurator et eo nomine domini Georgii Mason, vicarii pensionarii ecclesie parochialis de Drumman, Glasguensis diocesis, sufficiente mandato instructus, prout de sue procurationis mandato, per instrumentum publicum, signo et subscriptione manualibus meis, notarii publici, signatum et subscriptum, et in notam receptum, illic productum, legitimam fecit fidem, huiusmodi vicariam pensionariam perpetuam de Drummane, cum omnibus suis iuribus et pertinentiis, in manibus reuerendissimi patris Jacobi Glasguensis archiepiscopi, huiusmodi resignationem admittentis, pure simpliciter et libere resignauit

A.D. 1511. et dimisit; et iurauit, etc., quod in huiusmodi resignatione non interuenit, neque interueniet fraus, dolus, simoniaca prauitas, aut queuis illicita pactio: Consequenter prefatus reuerendissimus contulit, et assignauit huiusmodi vicariam pensionariam perpetuam, sic vacantem, ad suam dispositionem et collationem pleno iure spectantem, discreto viro domino Johanni Heriote presbitero, et de eadem sibi prouidit, et per annuli digito suo impositionem inuestiuit de eadem, et commisit sibi regimen et curam et administrationem eiusdem, cum omnibus suis iuribus et pertinentiis: Peciit idem Heriote instrumenta, quibus reuerendissimus concessit sigillum: Acta in palacio domini archiepiscopi in Glasgw, hora inter quartam et quintam post meridiem; testibus, Magistris et dominis Johanne Sprewle, Thoma Cowtis, Rogero McGilhauche, et Thoma Sibbauld.

553. Merschele—Executores Roberti Glasguensis Archiepiscopi.

Die Jouis, xj Septembris, anno, indictione, pontificatu, et regni, quibus immediate supra, apud valuas australes ecclesie Glasguensis, hora quasi xj ante meridiem vel circa, testibus Andrea Smyth, notario publico, Jacobo Androson, Johanne Androson, Donaldo Paterson, et Michaele Gilhaspy, ego Cuthbertus Simonis affixi quoddam edictum publicum, ab auditorio domini officialis Glasguensis pro tempore, viz., Martini Rede, emanatum, sigillo officialatus Glasguensis sigillatum, continens citationem omnium et singulorum sua coniunctim vel diuisim ad infrascripta interesse habere putantium, ad comparendum xxj die a die date presentium proxime computando, in ecclesia Glasguensi, loco consistoriali eiusdem, hora causarum consueta, coram dicto domino officiali, vel suis commissariis, pluribus aut vno, ad videndum et audiendum Magistros et dominos Robertum Blacader, Rolandum Blacader, et Andream Merschel, canonicos Glasguenses, executores, et bonorum ac testamenti principales intromissores quondam Roberti Glasguensis archiepiscopi, eorum

computum et rationem super bonis, rebus, debitis et testamento A.D. 1511.
dicti quondam reuerendissimi patris, reddere et deliberare, et per auditores eiusdem computi, per dictum officialem deputandos, recipi et admitti, et huiusmodi computo et ratione factis et receptis, prefatos Robertum Rolandum et Andream de huiusmodi officio executorie exonerari, et exoneratos decerni et declarari; vel ad dicendum, et causam seu causas, si quam aut quas habeant rationalem seu rationales, quare premissa minime fieri deberent, allegandum et proponendum, cum intimatione publica et expressa, etc., quod siue ipsi sic citati, etc., in valuis australibus ecclesie Glasguensis, et illic affixum et extensum dimisi; et hoc ad instanciam dicti domini Andree Merschell, qui super premissis peciit instrumenta, nomine proprio et aliorum executorum.

554. Murhede—Govan.

Die Sabbati, xx Septembris, anno, indictione, pontificatu, et regni, quibus proxime retro, in ecclesia Glasguensi, hora quasi vndecima ante meridiem, vel circa, testibus Magistris Jacobo Neylson, Andrea Smyth, Jacobo Androson laico, Wmfrido McNayr, Johanne Rolland, et Johanne Alane, M. Thomas Murheide, prebendarius de Govan, monuit Magistrum Dauid Dwn, vicarium pensionarium de Govan, presentem, audientem, vt apparuit intelligentem, ad personalem residenciam faciendam apud ecclesiam predictam de Govan, sicut de iure tenetur facere, vt asseruit, intra nouem dies proximo futuros, sub pena depriuationis: Peciit idem Murhede instrumenta: Acta vt et vbi supra.

555. Heriote—Drummane.

Die Mercurii, xxiiij Septembris, anno quingentesimo xj, indictione xv, pontificatu Julii 2^di anno octauo, et regni Jacobi quarti anno xxiiij: Per dominum Johannem Heriote presbiterum vicarium pensionarium ecclesie parochialis de Drumman, de qua, certo modo vacantis, eidem auctoritate ordinaria nuper extitit

A.D. 1511. prouisum, per literas collationis et prouisionis reuerendissimi patris, Jacobi Glasguensis archiepiscopi, eius vero rotundo sigillo rubea cera albe impressa pendente sigillatas, illic productas, et per me notarium publicum perlectas, in vim mandati prefati reuerendissimi patris in eisdem debite requisitus, vt et tanquam executor huiusmodi literarum prouisionis et collationis, volens vt obediens filius, iussa dicti reuerendissimi reuerenter exequi vt teneor, prefatum dictum Johannem in et ad realem, corporalem, et actualem possessionem dicte vicarie pensionarie perpetue, iuriumque et pertinentiarum omnium eiusdem posui, recepi, et induxi; et ad huiusmodi vicariam pensionariam, et in vicarium pensionarium dicte ecclesie admisi, introducendo eundem per januam australem ecclesie de Drumman, vsque ad magnum altare, et per traditionem clauium ecclesie, fontis baptismalis, cordule campane, altaris magni, et ornamentorum eiusdem, calicis, libri: Qui quidem dominus Johannes huiusmodi corporalem possessionem, prout melius potuit et debuit, intrauit, adeptus est, et apprehendit, omnia premissa sibi tradita tangendo, et super eis in signum vere possessionis adepte manum ponendo: Peciit idem Heriote instrumenta: Acta apud ecclesiam parochialem de Drumman, hora prima post meridiem, vel circa; testibus, domino Thoma McIlpatrik, curato dicte ecclesie, Willelmo Lenax, et Johanne Quhyte, laicis.

556. Glasguensis Archiepiscopus—Ecclesia—Howstoun Procurator eiusdem.

Die Jouis, 2° Octobris, anno quingentesimo xj, indictione xv, pontificatus Julii 2^di anno octauo, et regni Jacobi quarti anno xxiiij: Magister Jacobus Howstoun procurator, vt asseruit, reuerendissimi patris Jacobi Glasguensis archiepiscopi, coram Magistro Johanne Sprewle, commissario iurisdictionis generalis Glasguensis, et Magistri Martini Rede cancellarii et officialis eiusdem generalis, ad iura reddenda et causas audiendas, pro tribunali in consistorio Glasguensis ecclesie sedente, nomine

dicti reuerendissimi patris et ecclesie Glasguensis, solenniter protestatus est, non cedere dicto reuerendissimo vel sue ecclesie Glasguensi quomodolibet in preiudicium aliquod, quod dominus Andreas Merschell, executor quondam Roberti archiepiscopi Glasguensis primi, pro se et Magistris Rolando Blacader, Roberto Blacader, secum coexecutoribus dicti quondam reuerendissimi patris, illic produxit quoddam edictum publicum citatorium omnium et singulorum interesse habentium, ad videndum et audiendum dictos executores, suum computum super bonis, testamento, rebus et debitis dicti defuncti reddere et deliberare, et huiusmodi computum per auditores deputandos recipi et admitti, et huiusmodi computo facto, prefatos executores de huiusmodi officio executorie exonerari et liberari, vel ad allegandum causas rationales, etc.; et quicquid in premissis, et inde secutis, et circa ea, processum fuerit per et coram dicto commissario, non cedere in preiudicium, vt supra: Peciit idem Magister Jacobus nomine quo supra instrumenta: Acta in consistorio Glasguensi, hora xj ante meridiem, vel circa; testibus, Magistris et dominis Jacobo Heriote, Alexandro Panter, Richardo Fergusson, Richardo Dowgles, Gilberto Bennyng, Andrea Smyth, Johanne Hawik, et Willelmo Blak, clericis et presbiteris.

A.D. 1511.

Fol. 140.

557. Broun.

Die Dominica, quinto Octobris, anno, indictione, pontificatu, et regni, quibus immediate supra, in aula vicariorum chori in Glasgw, hora quasi prima post meridiem, vel circa, testibus Magistris et dominis Rolando Blacader subdecano, Adam Culquhoun, Nicholao Greynlaw, canonicis Glasguensibus, Jacobo Neylson, Jacobo Heriote, Richardo Fergusson, vicariis de Colmonell, Drumfreis, et Cambusnethane, Gilberto Bennyng, Alexandro Panter vicario de Castelstaris, et Georgio Drummont, presbiteris: Magister Willelmus Broun, vicarius chori Glasguensis, accipiens ex relatione dicti Magistri Ade Culquhoun, quod Magister Alexander Inglis, thesaurarius Glasguensis, verba in-

A.D. 1511. iuriarum sequentia protulisset de ipso Magistro Willelmo, in presentia dicti M. Ade et vniuersorum aliorum, viz., Master William Broun is ane fals manesuorne lown, vel similia in effectu, statim vt huiusmodi verba iniuriosa sic prolata, ad eius noticiam deducebantur, vt asseruit, reuocauit eadem ad animum, et de presenti reuocat, protestus solenniter de remedio iuris, suis tempore et loco congruis, consequendo: Peciit idem Broun instrumenta.

558. Maxwell.

Die Martis, xxv Nouembris, anno quingentesimo xj, indictione xv, pontificatus Julii 2[di] anno ix, et regni Jacobi quarti anno xxiiij: Adam Blacader in Inzever constituit suum procuratorem, cum cautione de rato et grato, Magistrum Jacobum Heriote, vicarium de Drumfreis, ad comparendum coram Magistro Martino Rede, officiali Glasguensi, vel eius comissariis, ad consentiendum, nomine ipsius constituentis, cassationi et annullationi cuiusdam acti, inserti in libris dicti domini officialis, alias confecti inter ipsum et Magistrum Robertum Maxvell ac Johannem Maxwell de Akinhede; et hoc, postquam Johannes Heriote, assignatus ipsius Ade ad xx[ti] solidatas terrarum antiqui extentus de Ester Pollok Schawis, realiter receperit omnes et singulas euidentias factas ipsi Ade, per quondam Johannem Maxvell, patrem dicti M. Roberti et Elizabet Stewart eius relictam, super alienatione dictarum terrarum, et non alias aliter neque alio modo: Peciit idem M. Robertus instrumenta: Acta in vestiario ecclesie Glasguensis, hora xj ante meridiem; testibus, domino Johanne Dawson, presbitero, Johanne Gray, Adam Stewart, Johanne Angus, et Archibaldo Stewart, laicis.

559. Culquhoun—Conigham.

Die Veneris, xix mensis Decembris, anno quingentesimo xj, indictione, pontificatu, et anno regni, quibus immediate retro, in ecclesia Glasguensi, hora xj, ante meridiem vel circa, testibus

Dauid Forsith, Andrea Conigham, Willelmo Conigham, Andrea Fawlis, et Dauid Blare, Robertus Conigham de Achinhervy, habens arrendam et assedationem terrarum de Chapeltoun jacentium in dominio de Stewartoun, ballia de Conigham, intra vicecomitatum de Ayr, a Petro Culquhoun et Elizabet Elphinstoun sua sponsa, pro toto tempore vite ipsius Roberti, concessit, libereque indulsit, et in potestate dedit Petro Culquhoun, et licentiam dedit et dat per presentes et dicte Elizabet suisque heredibus et assignatis, dominis terrarum de Cassiltoun, effodere, proscindere, et lucrari, et perquirere omnes glebas et petas, quas ipse Petrus, Elizabet, et sui, in focis suis et propriis vsibus absumere continget, pro dicto Roberto suisque heredibus et assignatis, gratis et sine alicuius precii persolutione, aut premii expectatione: Necnon tenandis et husbandis de Nedder Cassiltoun, similiter in potestate dedit, et licentiam lucrandi glebas suas in dicto petario de Cassiltoun, pro pretio inde et propterea solui et leuari solito et consueto; et hoc pro toto tempore quo ipse Robertus et sui possidere contigerit huiusmodi terras de Chapeltoun cum pertinentiis: Et nichilominus idem Robertus, fide data in manu mea nomine iuramenti prestiti, firmiter obligauit se et suos, fraude et dolo seclusis, seruare sincere et inuiolabiliter omnia et singula, vt premittitur, memorata: Peciit idem Petrus instrumenta: Insuper idem Robertus solenniter protestatus est, non cedere sue arrende et assedationi de dictis terris de Chapeltoun sibi factis, in preiudicium aliquod, quod concessit licentiam effodiendi et lucrandi glebas prefato Petro, et huiusmodi tenandis, vt supra: Peciit idem Robertus super huiusmodi protestatione instrumenta: Acta vt et vbi supra. A.D. 1511.

560. Religiosi de Obseruantia in Glasgw.

Die Dominica, xxij Februarii, anno quingentesimo xj, indictione xv, pontificatus Julii 2^{di} anno ix, et regni Jacobi quarti xxiiij: Magister Robertus Blacader, canonicus ecclesie Glasgu-

A.D. 1511. ensis ac prebendarius de Glasgw, primo in eadem, cum consensu presentia et voluntate capituli Glasguensis, p[…] campane pulsate capitulariter propter id congregatorum tulum facientium, et representantium, pro se et succ[…] suis, pro perpetuo concessit, in puram et perpetuam elem[…] Fratribus Minoribus de Obseruantia in Glasgw, et succes[…] suis, viginti pedes terre in crofta sua, que adiacet muros ho[…] dictorum Fratrum, versus occidentem, vltra prefatos occidentales dictorum Fratrum, et omnes partes huiusmodi orum, ad amplificationem edificiorum et hortorum dict[…]

Fol. 141. Fratrum: Peciit Frater Johannes Johnson, guardianus dict[…] de Glasgw pro tempore, nomine proprio et dictorum Fratru[…] successorum suorum, instrumenta: Acta in loco capitulari, […] x ante meridiem vel circa, testibus dominis capitularibus […] lando Blacader, presidente, Martino Rede, cancellario, Tho[…] Murhede, Richardo Bothwell, Roberto Fawside, Dauid Dowgl[…] Andrea Merschell.

561. Heriote.

Die Jouis, quarto Marcii, anno quingentesimo xj, indictione, pontificatu, et regni, quibus immediate supra: Dauid Murhede, balliuus in hac parte Ade Blacader in Inzever, per eiusdem precepti saisine patentes pergameni literas, sigillo eius rubea cera albe impressa pendente sigillatas et alias debite roboratas, ad infrascripta specialiter constitutus, easdem literas michi notario publico tradidit perlegendas: Quarum tenor sequitur: Be it kend till all men, etc.: Quibus ad manus receptis publiceque prelectis, et ad noticiam circumstantium deductis, prefatus balliuus, vigore huiusmodi literarum et potestatis ac mandati in eisdem sibi factorum, saisinam, statum hereditarium, realem actualem et corporalem possessionem, per massam terre et lapidis, vt moris est, realiter et in forma debita tradidit, et deliberauit Johanni Heriote, presenti et acceptanti, et heredibus suis, tanquam legitimis, perpetuis, hereditariis et irreuocabilibus assignatis dicti Ade Blacader, per ipsum specialiter

constitutis, de quorum assignatorum constitutione, michi plene constabat, omnium et singularum viginti solidatarum terrarum antiqui extentus de Ester part de Pollok Schawis cum pertinentiis, imperpetuum, iuxta formam et tenorem carte et potestatis assignationis dicti Ade, prefatis Johanni et heredibus suis, et carte infeodationis ac instrumenti saisine quondam Johannis Maxwell de Nedder Pollok et Elizabet Steward tunc sue sponse, cum consensu quondam Johannis Maxwell, eorum tunc apparentis et propinquioris heredis, dicto Ade et suis heredibus et assignatis, inde factarum: Peciit idem Heriote instrumenta: Acta super solum dictarum terrarum, hora octaua ante meridiem vel circa; testibus, Johanne Gray, Cuthberto Kerswell, Johanne Zoung, Finlao Guilde, et Johanne Ker. A.D. 1511.

562. Murhede—Govane.

Die Sabbati, xiij Marcii, anno quingentesimo xj, indictione xv, pontificatus Julii 2[di] anno ix[o], et regni Jacobi quarti anno xxiiij, in loco siue manso prebendali de Govan in Glasgw, hora 2[a] post meridiem vel circa, testibus dominis et Magistris Adam Culquhoun, Thoma Hesliop, presbiteris, et Roberto Lekky, laico: Magister Thomas Murhede, prebendarius de Govan, egro corpore sana tamen mente, in lecto egritudinis decumbens, nominauit et constituit suos executores, viz., dictum Magistrum Adam Culquhoun, et dominum Andream Merschell: Item constituit dominum Willelmum Smyth, presbiterum, et matrem sanctam ecclesiam, suos assignatos in et ad duo tenementa, iacentia in le Drigate, ad partes borialem et occidentalem eiusdem, inter tenementa Thome Hugonis alias Thome Menteth a boriali ab vna, et Macolmi Blare ab occidentali partibus ab altera; necnon ad xxxij[s] annui redditus annuatim exeuntes et leuandos de quodam tenemento, iacenti in vico extra portam Vici Fullonum, tendente ad pontem inter terras siue tenementa   ab vna et   ab altera partibus, cum clausulis de rato et grato, et aliis necessariis et de iure requisitis, in vberiore forma

A.D. 1511. assignationis constituende: Et nichilominus, constituit dominum Andream Merschell, presentem et acceptantem, procuratorem vnicum, ad resignandum huiusmodi tenementa et annuos redditus, in manibus vnius balliuorum de Glasgw, in fauore dictorum assignatorum, cum clausula et cautione de rato et grato in vberiore forma: Qui quidem Magister Thomas suique heredes et assignati sunt infeodati, per instrumenta saisine, in dictis tenementis et annuis redditibus: Peciit Andreas Merschell instrumenta.

563. Murhede—Merschell.

Eodem die, hora 3ª post meridiem, vel circa: Idem dominus Andreas Merschell, procurator et eo nomine dicti Magistri Thome, legitime constitutus, resignauit primo dictum annuum redditum xxxijˢ, super solum tenementi eiusdem, in manibus Johannis Swane, balliui de Glasgw; et postea resignauit, nomine quo supra, prefata duo tenementa singillatim, super sola et fundos eorundem, in manibus eiusdem balliui: Qui quidem balliuus dedit saisinam, statum hereditarium, et corporalem possessionem dictorum annui redditus, et tenementorum, singillatim et cuiuslibet per se, cum pertinenciis, domino Willelmo Smyth, presbitero, nomine ecclesie, et sancte matri ecclesie, assignatis, et eo nomine Magistri Thome Murhede, de cuius potestate assignationis michi constabat, et non alias aliter neque aliomodo, per terram et lapides, ut moris est, pro tenementis, et per leuationem denarii a terra, et le hesp et staple, pro annuo redditu, saluo iure cuiuslibet, imperpetuum, soluendo de dictis tenementis annuos redditus, firmam burgalem, et onera inde solui solita et consueta: Peciit idem Andreas Merschell instrumenta: Acta singillatim, super sola dictorum tenementorum, et super tenementum de quo exit dictus annuus redditus; testibus, Magistris et dominis Adam Culquhoun, Thoma Hesliope, Dauid Dwn, Willelmo Broun, Georgio Ros, Alexandro Robertoun, Dauid Murhede, presbiteris, et Dauid Knox, balliuo de Glasgw, ad premissa vocatis pariter et requisitis.

A.D. 1511.

564. Reuerendissimus Archiepiscopus Glasguensis et Fratres de Obseruantia.

Die Lune, xxij Marcii, anno, indictione, pontificatu, et regno, quibus immediate supra, in ecclesia Glasguensi, hora nouena ante meridiem, vel circa: Jacobus Glasguensis archiepiscopus constituit M. Adam Culquhoun, canonicum Glasguensem, suum balliuum in hac parte, ad nomine eiusdem dandum saisinam et statum hereditarium Fratribus de Obseruantia Minoribus in Glasgw, de quadam petia terre de Rammishorn, pertinente dicto domino archiepiscopo et successoribus, contigue adiacente muros hortorum dictorum fratrum ad occidentem, extendente ad xx^ti duos pedes in latitudine extra huiusmodi muros, et jacente inter terras rectoris de Glasgw ad austrum, et quondam hortum Ranald ad boriam, cum clausulis de rato et grato, et aliis necessariis: Peciit idem reuerendissimus instrumenta; testibus, Magistris Andrea Sibbauld, et dominis Bartholomeo Blare, notario publico, et Johanne Johnson, presbitero.

565. Fratres de Obseruantia in Glasgw.

Eodem die, hora decima ante meridiem vel circa, testibus Johanne Heriote, Johanne Graham, Willelmo Pedegrew, et Johanne Flemyng, laicis: Dictus Magister Adam Culquhoun, balliuus in hac parte prefati reuerendissimi, dedit per terram et lapides saisinam, statum hereditarium, et corporalem possessionem dictorum xxij pedum terre in le Rammishorn, pertinentis dicto archiepiscopo, boundate et limitate vt immediate supra, saluo iure cuiuslibet, imperpetuum, fratri Jacobi Pedegrew prouinciali ordinis Minorum, nomine eorundem Minorum, et suorum successorum, in puram et perpetuam elemosinam, ad amplificatione sui monasterii, et domus et hortorum eorundem, adeo libere quiete sicut reliqua terra dicti monasterii, et sedes aliarum suarum domorum in regno eis donantur, et conceduntur, tenende Fol. 142.
et possidende imperpetuum: Qui quidem prouincialis acceptauit,

A.D. 1511. et recepit, nomine proprio et dictorum fratrum ac suorum successorum, huiusmodi saisinam statum hereditarium et corporalem possessionem dicte terrule terre, iuxta et in vim comissionis apostolice, eis et religiosis dicti ordinis, ad recipiendum possessiones et terras pro situatione suarum domorum graciose concessas: Peciit frater Johannes Johnson, guardianus dicte domus in Glasgw pro tempore, instrumenta: Acta super solum dicte terrule terre.

566. Rede Cancellarius.

Die Martis, xxiij Marcii, anno, mense, indictione, et pontificatu, quibus immediate supra, in ecclesia Glasguensi hora quasi xj ante meridiem vel circa, testibus Magistro Johanne Rede, capellano Sancti Niniani de Dundonald, Johanne Alane, Thoma Knok, et Roberto Scot, in presentia venerabilis viri Magistri Martini Rede, cancellarii Glasguensis ac prebendarii de Campsy in eadem, meique notarii publici, comissarii iurisdictionis de Campsy pro tempore, pro tribunali sedentium in ecclesia predicta, ad causas audiendas et iura reddenda, Dauid Kyncaid, clericus parochialis de Campsy, in iudicio comparens, non vi aut metu ductus, errore lapsus, seu dolo, fraude, aut quauis sinistra machinatione circumuentus, fatebatur se hactenus per se et suos, occupasse et inhabitasse partem glebe rectoralis quandam de Campsy, ex licentia et tolerantia dicti domini cancellarii et suorum predecessorum, et non alias aliter neque aliomodo; quare se esse contentum, pro se et suis, dimittere incontinenti huiusmodi partem glebe rectoralis, per se et suos hactenus ex huiusmodi tolerantia inhabitatam et occupatam, liberam, vacatam et expeditam, predicto domino cancellario et suis, imperpetuum inhabitandam et manurandam; et nichilominus remouere se suos et sua incontinenti de huiusmodi gleba rectorali: Quare ego comissarius predictus, ex propria confessione dicti Dauid, decreui et ordinaui prefatum Dauid remouere se suos et sua incontinenti de huiusmodi gleba rectorali, ac eandem incontinenti vacuam, liberam et expeditam, pro se et suis

imperpetuum, relinquere et dimittere dicto domino cancellario, et suis successoribus, et eorum tenandis et agricultoribus, occupandam et manurandam, sine obstaculo, impedimento, aut contradictione dicti Dauid, aut suorum, aut eorum quos comode poterit impedire: Peciit idem dominus cancellarius instrumenta: Acta vt supra. A.D. 1512.

567. Kyncaid.

Eisdem per omnia: Idem Dauid Kyncaid solenniter protestatus est, quod huiusmodi sua confessio, voluntas, et decretum ex huiusmodi confessione fulminatum, non cederet parrochianis de Campsy in preiudicium aliquod in futurum: Peciit idem Dauid instrumenta: Acta vt et vbi supra, etc.

568. Amwligane.

Die Lune, xv Marcii, anno, indictione, pontificatu, et regni, quibus immediate supra, in loco capitulari, hora decima ante meridiem vel circa, testibus Rogero Greirsone, Thoma Greirsone, Georgio Greirsone, Magistris Jacobo Neilsone, Jacobo Howstoun, et Dauid Murhede, presbiteris: Johannes Fergussone de Cardaracht, confessus est in iudicio, coram venerabili viro M. Martino Rede, cancellario et officiali Glasguensi generali, comissarioque reuerendissimi patris, Jacobi Glasguensis archiepiscopi, ad causas maiores specialiter constituto, se et filium suum Alexandrum Fergussone esse tunc in possessione fructuum et emolumentorum officii clericatus parrochialis de Glencarne, Glasguensis diocesis, de officii cuius iure tunc actu contendebatur, coram dicto Magistro Martino comissario, per prefatum Alexandrum, dominum Stephanum Amwligane, et Willelmum Maitlande: Peciit idem Amwligane instrumenta.

569. Talzour.

Die Mercurii, xxj Aprilis, anno quingentesimo xij, indictione xv, pontificatus Julii 2di anno ix°, et regni anno xxiiij, in loco

A.D. 1512. capitulari, hora decima ante meridiem vel circa, testibus Magistris et dominis Archibaldo Layng, Stephano Dowgles, Jacobo Neilsoun, Eumenide Henrison, et Patricio Johnson, laico, coram Magistro Martino Rede, officiali Glasguensi generali, ac comissario reuerendissimi patris, Jacobi Glasguensis archiepiscopi, ad causas maiores, in loco capitulari, ad iura reddenda et causas audiendas, pro tribunali sedente, Johannes Custumar judicialiter confessus est, se presentasse et dedisse quandam querele papiri cedulam, quam illic produxit in iudicio, super domino Jacobo Talzour, presbitero, et Mariota Custumare, Jacobo Glasguensi archiepiscopo; in qua conqueritur vt infra: That the said Schir James fraudfully, be iniquit dissimulatione, and friuole consciens and consele, has defloryt his dochter of hir virginite, defamit his hows, and skalit the samyn, spendit, destroit, and spolzeit me of my gudis and substance, and spilt his dochter mariage, the quhilkis wes providit thairfor; and has withaldin the samyn in adulteri publist thir thre zeris, without reformacione nor punicione maid thairfor; becaus he is within the iurisdictione of Cardros, he will nocht obey to na correccione, without zour lordschip caus him thairto: And now on the lait, the saidis personis has cumin to my place, and masterfully spulzeit my gudis, and tane away gold and siluer, siluer ringis, bedis, curchais, in gret dampnage, scath, and perpetuale herschip to me, ane auld man, reput and haldin ane famos person with my nechboris all his tyme: the quhilkis iniuris defamacionis ar tedeows, and horrible to be committit be a kirkman, the quhilk suld be speciali conscie in the respect of lawic peple: he beseikis his lordschip, for the lufe of Almychti God, to caus the said personis to compere befor his lordschip, at he may haif reformacione of the iniuris done to him; and at his lordschip wald caus thaim to depart and sinder, the quhilkis is nocht possible without his helplik handis be put thairto, and his gracius ansuer heirapon humbli he beseikis, etc.: Peciit idem Talzour instrumenta: Acta vt et vbi supra.

A.D. 1512.

570. Custumar.

Eisdem per omnia: Idem Custumar dixit et solenniter protestatus est, quod non intendit prosequi, accusare, vel dicere dictum dominum Jacobum Talzour furem et spoliatorem bonorum premissorum suorum, sed solum intendit prosequi et dicere eundem Talzour intromissorem et expensorem dictorum bonorum suorum, quibus caret, et que furantur et spoliantur ab ipso: Peciit idem Custumar instrumenta: Acta vt supra.

571. Boswell—Vicarii Chori.

Die Sabbati, viij° Maii, anno quingentesimo xij, indictione, pontificatu, et regni anno, quibus supra, coram Magistro Rolando Blacader presidente, et capituli Glasguensi canonicis, post sonum campane pulsate de more, in loco capitulari capitulariter congregatis, et capitulum facientibus et representantibus, in mei notarii publici, etc., vicarii chori ecclesie pro maiori et saniori parte in vnum coacti, non vi aut metu, etc., vnanimi consensu et assensu, a se et successoribus assedarunt ad feodifirmam quoddam suum tenementum, tam in fronte quam in cauda, cum horto et pertinentiis, defectuosum et ruptum, et hoc cum consensu dicti capituli pro perpetuo, iacens ad partem borialem Vici Ratonum, Fol. 143.
inter terras quondam Thome Wyndegat ab occidentali, et dictorum vicariorum chori ab orientali partibus, et hoc in commodum et vtilitatem sui et successorum suorum, venerabili viro Magistro Roberto Boswell, canonico ecclesie Glasguensis, ac prebendario de Luss in eadem, suisque heredibus et assignatis, pro feodo et annuo redditu, annuatim soluendis dictis vicariis et successoribus suis, ad terminos Penthecostes et Martini consuetos, viz., quinque libris vsualis monete et quinque solidis domino subdecano Glasguensi et successoribus suis, ad terminos prescriptos annuatim, et quolibet anno, in futurum; exceptis tribus annis futuris a Penthecoste proximo integre cursuris, in quibus dictus Robertus et sui heredes et assignati nichil inde soluent preter

A.D. 1512. quinque libras tantum; post tamen lapsum predictorum trium annorum, soluet in futurum annuatim quinque solidos predictos, domino subdecano et suis, supra prefatas quinque libras; introitus dicti Roberti ad huiusmodi tenementum erit in festo Penthecostes proximo futuro: Et nichilominus dicti vicarii, accedente consensu etiam dicti capituli, consenserunt, quod dictum tenementum cum pertinentiis, si libuerit dicto Magistro Roberto, postea vniatur et incorporetur prebende de Luss, si dummodo consensus patroni dicte prebende ad id comode accedere posset: Et idem Robertus obligauit se, et suos heredes et assignatos, pro annua solutione dicti annui redditus, vt supra, dictis vicariis et successoribus suis: Peciit idem Boswell, et etiam dominus Thomas Forsith, vicarius et procurator fiscalis ceterorum vicariorum, nomine eorundem et proprio, instrumenta: Acta in loco capitulari, hora quasi decima ante meridiem, vel circa; testibus, Magistris et dominis Martino Rede, cancellario, Alexandro Inglis, thesaurario, Adam Culquhoun, Andrea Merschell, Patricio Elphinstoun, Roberto Clerk, Waltero Kennidy, Dauid Dowgles, Georgio Kere, canonicis Glasguensibus.

572. Decanus Glasguensis.

Die Sabbati, vigilia Penthecostes, xxix mensis Maii, anno quingentesimo xij, indictione xv, pontificatus Julii 2[di] anno ix°, et regni anno xxiiij, in loco capitulari, in capitulo generali, hora decima ante meridiem, vel circa; testibus, Magistris et dominis Martino Rede, Alexandro Inglis, Rolando Blacader, Adam Culquhoun, Roberto Blacader, Richardo Bothwele, Nicholao Greynlaw, Roberto Clerk, Roberto Fawside, canonicis Glasguensibus, Magister Robertus Boswell et Robertus Maxwell, prebendarii de Luss et Torboltoun, canonici Glasguenses de nouo creati, fecerunt in dicto capitulo generali, iunctis manibus et ad genua prostrati, canonicam obedientiam Roberto Forman, decano, et capitulo recipientibus, et iurarunt ad sancta Dei euangelia iuramentum canonicorum in forma capituli, apponendo manum dexteram

pectori, more sacerdotum: Peciit idem Robertus Forman instrumenta: Acta vt supra. A.D. 1512.

573. Cancellarius Glasguensis.

Die Martis, primo Junii, anno, indictione, pontificatu, et regni, quibus immediate supra, in loco et manso cancellarii ecclesie Glasguensis in Glasgw, hora 2ª post meridiem, vel circa; testibus, dominis Johanne Heriote, presbitero, Johanne Maxwell, diacono, et Alexandro Rawf, laico, Alexander Lowthian, non vi aut metu ductus, errore lapsus, seu dolo, fraude, aut quauis sinistra machinatione circumuentus, prout mediante suo sacramento, tactis ob hoc corporaliter Scripturis sacrosanctis, ad sancta Dei euangelia prestito, persancte asseruit, sed ex sua certa scientia, mera pura libera et spontanea voluntate, fecit constituit et ordinauit venerabilem virum, Magistrum Martinum Rede, cancellarium Glasguensem, suum legitimum assignatum, in et ad arrendam, siue assedationem, quadraginta solidatarum terrarum de Cruyk cum pertinentiis, iacentium in dominio de Meryns, et in baronia de Ranfrew; quam arrendam idem Alexander et sui assignati habuit in assedatione a Roberto Maxwell, filio et apparente herede Johannis domini Maxwell, prout in litera assedationis, sigillo dicti Roberti roborata, inde confecta plenius continetur: Et nichilominus, eisdem modo et forma consensit irreuocabiliter, quod dictus Magister Martinus imponat et inuestiat se principalem in huiusmodi arrenda et assedatione; et impetret eandem sibi et suis a prefato Roberto domino eiusdem arrende; et cessit sibi ius et bonam suam voluntatem, que sibi competebant qualitercunque in eadem, de more colonum et husbandorum regni: Peciit idem Martinus instrumenta: Acta vt supra.

574. Clerk Succentor.

Die Jouis, 3° Junii, anno, indictione, pontificatu, et regno, quibus immediate supra, in loco capitulari, coram Roberto For-

A.D. 1512. man, decano, et capitulo ecclesie Glasguensis, post sonum campane pulsate, capitulariter in capitulo generali et Penthecostali congregatis, dominus Robertus Clerk, succentor ecclesie Glasguensis, obtulit se promptum et paratum, ad reddendum rationem et computum de iocalibus et ornamentis et pontificalibus, que tunc in custodia habuit, asserens non esse sui officii ea custodire seu administrare, neque velle ea amodo custodire; quare exonerauit se illic de huiusmodi reliquis iocalibus et ornamentis pontificalibus: Peciit idem Clerk instrumenta: Acta in loco capitulari, hora quasi ix ante meridiem, vel circa; testibus, Magistris et dominis Martino Rede, cancellario, Rolando Blacader, Richardo Bothwell, Roberto Blacader, Nicholao Greynlaw, Roberto Maxwell, canonicis ecclesie Glasguensis.

575. BOSUELL.

Die Sabbati, xij Junii, anno quingentesimo xij, indictione xv, pontificatus Julii 2[di] anno ix, et regni xxiiij, in loco capitulari, hora quasi x ante meridiem, vel circa; testibus, Magistris et dominis Martino Rede, Jacobo Steward, Patricio Elphinstoun, Patricio Graham, Georgio Ker, Roberto Fawside, Roberto Clerk, canonicis Glasguensibus, maior pars et sanior pars vicariorum chori Glasguensis, in capitulo tunc existentes, vnanimiter coram presidente et capitulo, post sonum campane capitulariter congregati, confessi sunt se alias et perprius consensisse et dedisse mandatum Magistro Roberto Boswell, ad capiendum certos lapides et ligna et tigna, pertinentes ipsis vicariis, de quodam tenemento suo, et applicandum edificio suo, quod habuit in feodi firma a dictis vicariis; et hoc pro pretio competenti nominando inter ipsum et dictos vicarios: Peciit idem Boswell instrumenta: Acta vt et vbi supra.

576. KER—AULD ROXBURGH.

Eisdem per omnia: Prefata maior et sanior pars vicariorum, in dicto capitulo, coram presidente et capitulo vnanimiter asseda-

runt, et ad feodifirmam pro perpetuo dimiserunt, pro se et suis successoribus, Magistro Georgio Ker prebendario de Auld Roxburgh, et suis successoribus prebendariis eiusdem, quoddam suum tenementum cum horto

A.D. 1505.

Continued at p. 445.

577. [Vicarii Generales.]*

Fol. 144 (inserted).

Dauid Conyghame, canonicus officialisque Glasguensis generalis, et Andreas Merschell, camerarius Glasguensis, reuerendissimi in Christo patris et domini nostri, domini Roberti miseratione diuina, Glasguensis archiepiscopi, in remotis agentis, vicarii generales, cum hac clausula: Vobis tribus, vestrumve duobus aut vni, coniunctim et diuisim, specialiter constitutis, vniuersis et singulis presbiteris, curatis et non curatis, infra prouinciam Glasguensem vbilibet constitutis, et super executione presencium debite requisitis, salutem: Quia licet idem reuerendissimus pater, cum consensu et assensu tocius sui cleri, sinodaliter congregati, statuit et ordinauit omnes et singulos beneficiatos sue diocesis in vniuersite Glasguensi, gracia studii, vel suis propriis beneficiis, causa suorum parrochianorum informationis, sub certis penis in suis statutis sinodalibus contentis, residere, prout in huiusmodi statutis plenius cauetur: Quidam tamen N. huiusmodi statutorum, vt videtur, non tantum immemor, sed manifestus violator et contemptor, infra vniuersitatem huiusmodi Glasguensem, aut suam parochiam, ut supra, residere omnino postponit, penas huiusmodi statutorum temerarie incurrens: Vnde, cum magis obesset quam prodesset statuta condere, et illa non seruare, ex speciali mandato prefati reuerendissimi patris, nobis tam scripto quam vobis exhibito, Vobis et vestrum cuilibet, virtute obediencie, et sub pena suspensionis a diuinis, stricte precipimus et mandamus, quatenus moneatis et requiratis, seu alter vestrum desuper requisitus moneat et requirat, primo,

* The document is in the original MS. used as a cover to the leaves fol. 112 to 143, inclusive. It appears to be what is known as a style or form of edict used by the Vicar General's court.

A.D. 1515. secundo, et 3°, vnico tamen contextu sub 3ci edicto, et torie, prefatum N., quam nos etiam tenore presencium mus, et monemus, quatinus infra quindecim dies mo huiusmodi vestras proxime et immediate sequentes, a vniuersitatem Glasguensem, vel huiusmodi suam paroch supra, personaliter resideat, sub penis in huiusmodi statu tentis, in eundem irremissibiliter infligendis; citando e modo et forma premissis, quod compareat coram nobis, seu comissariis ad hoc specialiter deputatis, die nono citatione iusmodi vestram proxime et immediate sequente, si dies ju fuerit, sin autem proximo die iuridica inde sequente, hora sarum, ad videndum et audiendum ex premissis se, penas in iusmodi statutis contentas, incurrisse et incidisse declarari, et dempnari; vel ad allegandum et assignandum causam seu cau rationabilem seu rationabiles, quare premissa fieri non deberet cum intimatione publica et expressa, quod, siue ipse sic citat et nominatus comparere curauerit, siue non, et huiusmo causam non assignauerit, nos aut nostri commissarii plures a vnus ad hoc deputati seu deputatus in premissis, iusticia medi ante, procedemus, procedent, seu procedet, ipsius sic moniti et citati, inobedientia, contemptu et contumacia, in aliquo non obstantibus; et presentes debite execute, diem, locum, formam, et nomina testium subscribentium earundem, reddire latori: Datum sub sigillo nostri vicariatus generales apud Glasgw, die quinto mensis Aprilis, anno Domini millesimo quingentesimo quinto.

Fol. 145.

578. [Cowtis.]*

Die Lune, xa mensis Decembris, anno Domini M° quingentesimo xv°, indictione 4a, pontificatus Leonis decimi anno 3°, et regni Jacobi quinti anno 3°, in ecclesia Glasguensi, hora xj ante meridiem, vel circa; testibus, Magistris et dominis Richardo Fergusson, Martino Homyl, Johanne Turnour, presbiteris, domino Jacobo Schaw, subdiacono, et Alexandro Homyll, laico: M.

* This entry is written partly across and partly on the margin of fol. 145.

Thomas Cowtis, constituit procuratores, dominum Jacobum Carrutheris, dominum Robertum Graham, Cristoforum Boyle, et Johannem Welch, ad capiendum possessionem rectorie de Hutoun, vacantis per mortem domini Johannis Rankin, vltimi possessoris eiusdem; de qua sic vacante, auctoritate ordinaria sibi extat prouisum, vigore sue collationis ordinarie sibi desuper facte: Ratum et gratum promittens, etc., cum clausulis necessariis et de iure requisitis in vberiore forma: Peciit idem Cowtis instrumenta: Acta vt et vbi supra. A.D. 1512.

579. [Kirkhope.]*

Maister Stewin, I commende me to zow, for samekil as Schir George Kirkhope is sowmond to the morn efter the Senze for the crym ye knaw, his partye as I am informyt is nocht, nor zit belefis to be providit of ane sufficient probation in his contrar, again the saide day. Herfor ze mon contynov the saide sowmondis quhil the xix day of October nixt followand, quhilk day his saide partye purpoissis to preif thair jntent clerlie And Gode keip zow. At Melros, this Fryday; and tak sik souertie as ye hade of befor.

Ja. Gl. Archieps.

et pertinentiis, iacens in ciuitate Glasguensi, ad partem borialem Vici Ratonum, inter tenementa Magistri Roberti Boswell ad occidentem, et capellanie Sancti Manchani ad orientem, cuius introitus ad huiusmodi tenementum erit in proximo festo Penthecostes; et soluet annuatim, ab illo festo et terminatim, dictis vicariis et successoribus eorundem, per se et suos successores, prebendarios de Auld Roxburgh, pro huiusmodi tenemento cum horto et pertinentiis, quinque mercas vsualis monete, nomine feodifirme et annui redditus annuatim exeuntes de dicto tenemento, et prius inde debitos, Roberto Striueling et suis heredibus; et manutenebunt, et reparabunt, et edificabunt debite Fol. 146. Continued from p. 443

* This entry is written perpendicularly on the same page as the preceding entry, and to the right of it.

A.D. 1512. huiusmodi tenementum dicte prebendarii de Auld Roxburgh: Etiam dicti vicarii, cum consensu dicti capituli, consenserunt vnioni et incorporationi ac annexioni dicti tenementi cum horto, ad prebendam de Auld Roxburgh, in proximo capitulo generali faciendis: Peciit idem Magister Georgius Ker, pro se et suis successoribus, instrumenta: Acta vt et vbi supra; testibus quibus supra, excepto dicto Magistro Georgio Ker.

580. CRAG.

Die Mercurii, xv Junii, anno, indictione, pontificatu, et regno, quibus immediate supra, intra cimiterium ecclesie metropolitane Glasguensis, hora nouena ante meridiem, vel circa, testibus Andrea Pedegrew, Thoma Kirkland, Macolmo Crag, Johanne Bothoch, Johanne Ker, Jacobus Crownar, alias, vt asseruit, compromissus, mediante suo iuramento, in Johannem Leithame, Andream Wilsone, Johannem Wilson, et Willelmum Androson, iudices compromissarios et amicabiles compositores, coniunctim electos inter ipsum Jacobum, et Mariotam Crag, penes quasdam comoditates et quedam asiamenta, intra arrendam siue assedationem dicti Jacobi in le Provand, que eadem Mariota clamabat sibi pertinere, ex et pro eo quod decreta fuit per balliuum de Provand, et rotulamentum curie sue, soluere annuatim pro huiusmodi asiamentis, que nondum obtinuit mandatus, sub debito iuramenti per ipsum prestiti, per dictos iudices sedentes ad tractandum et decidendum huiusmodi controuersiam, manifestare eisdem huiusmodi rotulamentum, pro informacione animorum suorum, et iurare si actu habuit huiusmodi rotulamentum, vel habet, vel poterat habere, vel non, recusauit iurare: Peciit eadem Mariota instrumenta.

581. WALTERISTOUN.

Die Veneris, xxvj Junii, anno, indictione, et pontificatu, quibus immediate supra, in loco capituli Glasguensis, hora quasi

xj ante meridiem vel circa, testibus Magistris Roberto Bosuell, Johanne Hammiltoun, et domino Johanne Hawik, presbiteris, Magistri Martinus Rede, et Johannes Sprewl, comissarii in hac parte reuerendissimi patris, Jacobi Glasguensis archiepiscopi, specialiter per eundem viue vocis oraculo, ad infrascriptum, ut asseruerunt, constituti, acceptarunt in se comissionem huiusmodi, et onus iudicandi, pro isto die et hoc termino, inter Magistrum Robertum Walteristoun, et dominum Jacobum Murref, presbiteros, penes citationem libellatam dicti reuerendissimi patris, sub eius magno sigillo emissam, et contenta in eadem, in qua citabatur dictus dominus Jacobus [ad] comparendum coram reuerendissimo vel suis comissariis, et ad secum portandum suas collationem presentationem et prouisionem, omniaque alia iura, documenta, acta, actitata instrumenta, et monumenta, que habet, concernencia prebendam de Neddertoun, intra ecclesiam collegiatam de Bothwell, et quibus in huiusmodi causa intentata, seu verius intentanda, vti voluerit; et ad instanciam dicti Magistri Roberti ad videndum et audiendum se, dominum Jacobum, inabilem fuisse, et esse, tempore presentationis collationis et prouisionis, sibi facte per Adam comitem de Bothwell, et prefatum Jacobum Glasguensem archiepiscopum, quia excommunicatum maiore excommunicatione, per literas domini officialis Laudonie, ad instantiam Johannis Ramsay de Corstoun; et propter has causas et alias, si necesse fuerit, in meliore forma in scriptis redigenda, a dicta prebenda et fructibus eiusdem et possessionibus depriuari, et ammoueri, et irreuocabilem declarari; collationemque ordinariam, super presentatione prefati Ade comitis dicto Magistro Roberto facta, conferri et dari, vel ad allegandum causas, etc., cum intimatione, etc., quod siue comparuerit, siue non, nichilominus dictus reuerendissimus, vel sui comissarii ad cognitionem omnium premissorum et ad singula premissa, prout iustum fuerit, procedere intendunt; non obstante contumacia ipsius domini Jacobi, etc.: Petierunt idem Magister Robertus et dominus Jacobus hincinde instrumenta: Acta vt et vbi supra.

A.D. 1512.

A.D. 1512.

582. Murref Aduocatus.

Eisdem per omnia: Magister Dauid Dwn, procurator dicti domini Jacobi, nomine eiusdem domini Jacobi, protestatus est solenniter, de non intrando lites coram dictis assertis comissariis, viso quod non habuerunt commissionem in scriptis ad huiusmodi causam terminandum, et negotium fuit arduum et beneficiale; et peciit a dictis comissariis copiam sue comissionis, et terminum prefigi dicto suo clientulo ad dicendum contra comissionem, locum, et iudicem: Peciit idem Magister Dauid nomine quo supra instrumenta.

583. Walteristoun.

Eisdem per omnia: Dicti Magistri Martinus Rede et Johannes Sprewle, comissarii dicti reuerendissimi patris in hac parte, quo ad terminum istum tantummodo, et hoc ex speciali mandato dicti reuerendissimi patris, viue vocis oraculo eiusdem ad hoc constituti, vt asseruerunt, habentes etiam in mandatis et in commissione, vt asseruerunt, a dicto reuerendissimo, ad audiendum huiusmodi partes contendentes in hoc termino, et allegationes earundem, et ad continuandum huiusmodi citationem quo ad contenta in eadem, in statu quo nunc est, sine preiudicio alicuius partis, vsque ad hodie ad mensem, sub spe concordie future tantummodo, continuarunt huiusmodi citationem ex huiusmodi mandato, in presentia parcium in statu quo nunc est, sine preiudicio parcium, et in presentia earundem, vsque ad hodie ad mensem, et hoc sub spe future concordie: Peciit idem Magister Robertus Walteristoun instrumenta: Acta vt et vbi supra.

Fol. 147.

584. Hugonis, Kirkbene.

Die Dominica, xxv° mensis Julii, anno Domini millesimo quingentesimo xij, indictione xv, pontificatus Julii 2^di^ anno ix, et regni excelse familie principis, Jacobi quarti Scotorum Regis

inuictissimi, anno xxv, coram parrochianis de Kirkbene, ad diuina audienda congregatis, in mei notarii publici, etc., personaliter constitutus venerabilis vir, Magister Richardus Hugonis, clericus Glasguensis diocesis: cui, ex expresso consensu quondam Magistri Johannis Hugonis, tunc vicarii de Kirkbene, omnes et singuli fructus redditus et prouentus dicte vicarie, sibi, per se, quoad vixerit, vel alium seu alios suo nomine, propria auctoritate, percipiendi, colligendi, et leuandi, ac in suos vsus et vtilitatem conuertendi, loco pensionis annue, auctoritate apostolica, alias reseruati, concessi, et assignati erant; cui etiam, quod cedente vel decedente prefato Magistro Johanne, seu alias vicariam predictam quomodolibet dimittente, etiam apud sedem apostolicam, aut illa quouismodo vacante, liceret sibi ad illam liberum habere regressum, illiusque corporalem possessionem, per se vel alium seu alios, propria auctoritate, libere apprehendere; et illam, tam literarum apostolicarum ad effectum huiusmodi impetratarum, quam prioris sui tituli vigore, absque alia desuper de nouo facienda prouisione, vt prius, retinere, in omnibus et per omnia, perinde ac si illam minime resignasset, eadem auctoritate graciose concessum et indultum erat, prout in eisdem literis apostolicis sibi desuper graciose concessis, ad plenum fit mentio: Vigore et auctoritate huiusmodi literarum apostolicarum, et facultate iuris regrediendi ad vicariam huiusmodi, in euentum quo supra, ex tenore dictarum literarum sibi factarum et concessarum, coguito ad plenum de morte dicti quondam Magistri Johannis, qui nuper viam vniuerse terre ingressus est, corporalem possessionem dicte vicarie iuriumque et pertinentiarum omnium eiusdem, propria auctoritate, intrauit, apprehendit, et nactus et adeptus est, altare primarium ecclesie de Kirkbene, ornamenta eiusdem, missale, calicem, et campanam tangendo, et super eis in signum vere possessionis adepte manum ponendo, in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti: Peciit idem Magister Richardus instrumenta: Actum in ecclesia parochiali de Kirkbene, hora decima ante meridiem, vel circa; testibus, Johanne Maxwell, Johanne Strwgione, Herberto Max-

A.D. 1512.

A.D. 1513. well, Willelmo Dikson, Herberto M[c]Ilvayne, et Herberto Strwgione, etc.

585. HUGONIS, KIRKBEANE.

Die Martis, xxvij mensis Julii, anno Domini millesimo quingentesimo xij, indictione xv, pontificatus Julii 2[di] anno ix, et regni excelse familie principis Jacobi quarti anno xxv, apud Kirkbeane, in manso vicarii eiusdem, hora septima post meridiem, vel circa, testibus domino Dauid Hugonis, Herberto Strudgione, Andrea M[c]Brune, Dauid Kirkpatrik, et Doncano M[c]Braer, Magister Richardus Hugonis, vicarius de Kirkbeane, constituit suos procuratores, coniunctim et diuisim, viz., Magistros et dominos Dauid Dwn, Jacobum Neilson, Matheum Steward, Dauid Brois, Willelmum Blak, Martinum Rede, Andream M[c]Canis, Walterum Curry, Thomam Crawfurd, Jacobum Howstoun, cum potestate, sub Deo, ad comparendum pro eo coram domino officiali Glasguensi, vel suis comissariis, quibuscunque diebus et locis, in omnibus causis suis motis et mouendis; et signanter in causa que speratur moueri inter ipsum constituentem, et executores quondam rectoris de Kirkbride; et in eisdem causis agendum, defendendum, conueniendum, reconueniendum: Ratum et gratum, cum ceteris clausulis de jure requisitis, in vberiore forma: Peciit idem vicarius de Kirkbeane instrumenta: Acta vt et vbi supra.

586. HANNAY.*

Die Martis, decimo Januarii, anno Domini millesimo quingentesimo decimotercio, indictione 2[a], pontificatus Leonis decimi anno primo, et regni Jacobi quinti anno primo, intra ciuitatem Glasguensem, hora 3[a] post meridiem, vel circa, testibus Magistro Jacobo Neilson, et domino Andrea Heriote, Helena Hannay, relicta, et executorum vna quondam Willelmi Smyth, burgensis de Glasgw, reuocauit et dissensit omnibus conditionibus concordie et contractus initi inter ipsam et Magistrum Andream

* This entry is on a misplaced leaf at the beginning of the MS. volume.

Smyth, alterum executorum dicti quondam Willelmi, de et super bonis dicti quondam Willelmi, vsque in presentem horam: Peciit eadem Helena instrumenta: Acta in camera dicti Magistri Jacobi Neilson, in Vico Sicco, intra dictam ciuitatem. A.D. 1513.

587. Cancellarius—Campsy.*

Die Veneris, 3° Marcii, anno Domini millesimo quingentesimo xiij, indictione 2ª, pontificatus Leonis pape decimi anno 2°, in ecclesia Glasguensi, hora decima ante meridiem vel circa, testibus Magistris et dominis Johanne Sprewle, Willelmo Blak, Johanne Rede, Johanne Heriote, Magister Robertus Hammyltoun, commissarius in hac parte Jacobi Glasguensis archiepiscopi, vnacum Magistro Alexandro Erskin, suo in hac parte colliga, vigore specialis comissionis desuper facte per prefatum dominum archiepiscopum, cum hac clausula, *Vobis duobus, coniunctim et diuisim specialiter constitutis,* in quadam causa mota inter Magistros Martinum Rede, et Walterum Abirnethy, tanquam in primo eidem Waltero literatorie assignato ad respondendum libellis, iuxta tenorem acti confecti die xix mensis Marcii, anno millesimo quingentesimo xij, ad iura reddenda et causas audiendas pro tribunali sedens, obtulit dicto Magistro Waltero copiam comissionis, et tocius [pro]cessus in huiusmodi causa, et se promptum et paratum ad recipiendum ipso die quamcunque [respon]sionem ex parte ipsius Walteri, contra se iudicem, locum vel comissionem, non [obstante] quod dictus terminus esset assignatus dicto Waltero, ad respondendum huiusmodi libellis sub pena vum dictus Walterus nolens libellis, antequam dictus iudex tulisset decretum excommunicationis, et promulgasset contra [dictum Wa]lterum quod non respondit huiusmodi libellis, produxit quandam cedulam appellationis Magistro Willelmo Blak notario publico, vigore cuius realiter appellauit [resp]ondere ad Jacobum Glasguensem archiepiscopum: Peciit Magister Martinus instrumenta: Acta

* This entry is also on the same leaf as the preceding.

A.D. 1512.

588. Steuard.

Die Lune, xix Decembris, anno Domini millesimo quingentesimo decimotercio, indictione 2ª, pontificatus Leonis decimi anno primo, et regni Jacobi quinti anno primo, in loco capitulari ecclesie Glasguensis, hora quasi xj ante meridiem vel circa, testibus Magistris et dominis Jacobo Neilson, Jacobo Houstoun, Patricio Talliefer, Thoma Forsith: Magister Matheus Steward vicarius de Mayboile, accusatus per Magistrum Johannem Spreule, comissarium in hac parte reuerendissimi patris Jacobi Glasguensis archiepiscopi, specialiter ab eo ad id constitutum, super non residentia apud suam ecclesiam, vel in vniuersitate Glasguensi, causa studii, iuxta formam edicti publici prefati reuerendissimi patris, publicati in sua vltima sinodo tenta in ecclesia Glasguensi, ac super temerario exercitio iurisdictionis de Kilbride, absque mandato ac sufficiente potestate habentis, stante beneficii de Kilbride vacancia; monitus per dictum comissarium sub pena suspensionis, ne ab tunc inantea intromitteret cum exercicio predicte iurisdictionis, stante vacantia dicte prebende, cui etiam instanti decretus est libellus in premissis per dictum comissarium ei dari, et terminus ad respondendum, eidem assignatus dies Sabbati extunc proxime futurus, opposuit se, et dissensit assignationi tam breuis termini sibi facte ad respondendum huiusmodi libello; protestatus solenniter de remedio juris, suis tempore et loco prosequendis et obtinendis, et super premissis, et quod dictus comissarius monuit ipsum non intromittere cum huiusmodi iurisdictione, ut supra: Peciit idem Magister Matheus instrumenta: Acta vt supra.

Fol. 148.

589. Crawfurd—Vicarii Chori.

Die Sabbati, xxvj mensis Junii, anno quingentesimo xijº, indictione, pontificatu, et regno, quibus immediate supra, in loco capitulari Glasguensi, hora quasi decima ante meridiem vel circa, testibus Magistris et dominis Martino Rede, Adam Cul-

quhoun, Jacobo Steuard, Roberto Fawside, Roberto Clerk, Patricio Elphinstoun, canonicis Glasguensibus, maior et sanior pars vicariorum Glasguensium, in loco capitulari, coram presidente et capitulo, post sonum campane pulsate capitulariter congregatis, vnanimi consensu et assensu, ac cum consensu et assensu predictorum presidentis, viz., M. Rolandi Blacader, et capituli, prius habitis, assedarunt, et ad feodi firmam pro perpetuo dimiserunt, Thome Crawfurd, heredibus suis et assignatis, totum et integrum boreale dimidium tenementi sui cum pertinentiis, iacens in Glasgw, ad partem occidentalem Vici Regii, qua ab ecclesia metropolitana ad crucem fori itur, inter tenementa Willelmi Henrison, lathomi, ad boriam, et quondam Magistri Andree Stewart ad austrum: Soluturis inde annuatim, prefatis vicariis et suis successoribus, xl^{s} annui redditus, ad anni terminos consuetos; cum aliis clausulis et capitulis, hincinde prelocutis, conuentis, et pactis inter predictas partes, iuxta formam endenturarum desuper conficiendarum, et alterutri ab eisdem partibus tradendarum: Peciit idem Crawfurd instrumenta: Memorandum quod eodem die Magister Dauid Bruyce, procurator et eo nomine Lamberti Blare, habens mandatum sufficiens, sub signo et subscriptione manualibus M. Dauid Dwne, presbiteri Glasguensis diocesis, auctoritate apostolica notarii publici, resignauit officium clericatus parochialis de Colmonell, in manibus Rolandi Blacader presidentis, et capituli, et hoc in fauorem Gilberti Grahame, filii Andree Grahame de Knokdoliane; et iurauit idem procurator quod non interuenit, etc., fraus, dolus in huiusmodi resignatione, et iterum huiusmodi presidens et capitulum presentarunt, siue verius donarunt, huiusmodi officium, sic vacans, dicto Gilberto Grahame, presenti et acceptanti, et prouiderunt sibi de eodem, sub literis, sub sigillo ad causas: et dominus Bartholomeus Blare est notarius solus in isto resignationis et prouisionis facto. A.D. 1512.

1512.

590. Hugonis, Kirkbeane.

Die Lune, quinto Julii, anno quingentesimo xij, indictione xv, pontificatus Julii 2^dl anno ix, et regni xxiiij, in ecclesia Glasguensi, hora quasi decima ante meridiem, vel circa, testibus Magistris et dominis Alexandro Hammyltoun, canonico Glasguensi, Johanne Sprewle, vicario de Curmannok, et Rogero McGilhauche, preceptore de Traltrowe, Magister Dauid Dwn, procurator et eo nomine Magistri Richardi Hugonis, clerici Glasguensis diocesis, presentauit quasdam bullas apostolicas, alteram graciosam, et alteram executoriam, plumbatas, Magistro Martino Rede, officiali Glasguensi generali, executori et iudici delegato, vnacum certis aliis in hac parte suis collegis, recipientibus, concessas Magistro Richardo Hugonis, super resignatione omnium fructuum vicarie de Kirkbeane, quoad vixerit, et facultate in res regrediendi, in euentum cessus vel decessus Magistri Johannis Hugonis, nunc vicarii de Kirkbeane, et in euentum regressus huiusmodi pacifica possessione dicte vicarie: Qui quidem iudex decreuit processus executoriales super huiusmodi bullis, cum monitionibus, penis, et censuris, ac subdelegationi solitis et consuetis, cum extensione, clausulis, et capitulis consuetis, in vberiore stilo et forma Romane curie: Peciit idem procurator, mandato sufficienti ad id instructus per literas papiri patentes, sigillo procurato domini Rogeri McQuhirk, presbiteri, ostensas, nomine dicti Magistri Richardi instrumenta: Iudex concessit sigillum suum.

591. Capitulum Glasguense.

Die Jouis, viij^o mensis Julii, anno quingentesimo xij, indictione xv, pontificatus Julii 2^di anno ix^o, personaliter constitutus reuerendissimus pater Jacobus Glasguensis archiepiscopus, ex certis causis rationabilibus animum suum ad id inducentibus, consensit, prout tenore presentium consentit, confirmationi omnium et singulorum priuilegiorum decani et capituli Glas-

guensium, confirmatorum in curia Romana, tempore recolende memorie Roberti, quondam Glasguensis archiepiscopi primi, iuxta formam et tenorem literarum apostolicarum, desuper per prefatum decanum et capitulum impetratarum et leuatarum, ad que etiam ipse quondam Robertus Glasguensis archiepiscopus consensit, prout in dictis literis apostolicis continetur; ac eadem concedit, approbat, ratificat et confirmat: Super quibus peciit Robertus Forman decanus nomine proprio et capituli instrumenta: Acta in ecclesia Glasguensi, hora decima ante meridiem, vel circa; testibus, Andrea domino Avandale, Johanne Stewart, filio et apparente herede Mathei comitis de Lenax, Alano Cathkert, filio et apparente herede Johannis domini de Cathkert, Magistris et dominis Roberto Wemys, Petro Broun, Thoma Sibbauld, presbiteris, et Andrea Heriote, in sacris ordinibus constituto. A.D. 1512.

592. Hammyltoun—Castelstaris.

Anno, die, mense, indictione, pontificatu, quibus immediate supra, in manso decani Glasguensis in Glasgw, hora xj ante meridiem, vel circa, testibus Magistris et dominis Roberto Hammiltoun, Matheo Stewart, Andrea Brownhill, presbiteris, Magister Robertus Forman, decanus, consensit prolationi cuiusdam sentencie, ferende per Magistros Patricium Panter, Richardum Bothwell, et dominum Andream Merschell, iudices delegatos sedis apostolice, vigore cuiusdam commissionis eisdem desuper facte, ad cognoscendum super quadam petia terre in villa de Hammyltoun, in manso et gleba ecclesiastica dicti decani, super quam Magister Dauid Hammyltoun extruxit nouam domum, prout in eadem commissione continetur, et per eosdem subdelegatos ac eandem sententiam quasi approbauit et confirmauit, ac donationem et concessionem de huiusmodi pecia terre, factas prefato Magistro Dauid et suis heredibus et assignatis in feodi firma; ea lege, quod dicta terra sit constructa per prefatum Magistrum Dauid, ad quascunque manus deuenit, et possessores eiusdem quicunque pro perpetuo in futurum sint, efficaciter

A.D. 1512. tenore presentium obligati prefato decano et successoribus suis, recipere et locare decimas garbales annuatim pertinentes dictis decanis, intra bondas dicte pecie terre seruandas, et sine fraude custodiendas, vel inuenire alium locum propitium alibi, placentem dictis decanis, pro receptione dictarum decimarum garbalium,
Fol. 149. et custodia annua earundem, ad optionem et beneplacitum dicti decani et successorum suorum, in quo dicte decime salue poterunt seruari et indempnes annuatim, quando desuper fuerint requisiti, et non alias aliter neque alio modo: Peciit idem decanus nomine proprio et suorum successorum instrumenta.

593. Hammyltoun.

Eisdem per omnia: Dominus Andreas Merschell, canonicus Glasguensis, vnus iudicum delegatorum sedis apostolice, vigore commissionis premisse, directe super cognitione dicti domus in Hammyltoun dicti Magistri Dauid, locate super glebam ecclesiasticam decani Glasguensis, subdelegauit dominum Robertum Clerk pro se in tota huiusmodi causa commissionis sibi facte, vsque ad finem definitive prolationem inclusive, et hoc in presentia dicti domini decani Glasguensis: Peciit idem Magister Dauid Hammyltoun instrumenta.

594. Murref.

Die Veneris, xxiij mensis Julii, anno, indictione, pontificatu, quibus supra, in loco capitulari ecclesie Glasguensis, hora xj ante meridiem vel circa, testibus dominis Jacobo Carmichell, Andrea Mosman, presbiteris, Archibaldo Wilson, Roberto Porterfeild, Johanne Keyn, et Willelmo Broun, laicis, dominus Jacobus Murref, allegans se esse citatum per citationem reuerendissimi patris, Jacobi Glasguensis archiepiscopi, continuatum ad hunc diem, ad instantiam Magistri Roberti Walteriston, ad effectum contentum in huiusmodi citatione, offerebat se tunc promptum et paratum respondere cuicunque iudici sibi competenti in

huiusmodi causa, in dicto termino comparere volenti, ad cognoscendum in huiusmodi causa, ac etiam parti ipsum prosequi volenti, prout iura volunt: Sed quia tunc labente hora causarum, nullus iudex competens comparuit in dicto loco, neque pars aduersa ad prosequendum ipsum Jacobum, protestatus est solenniter id non sibi neque suo beneficio aut cause cedere in preiudicium aliquod, viso quod ipse comparuit tunc ad respondendum parti aduerse, si quis iudex competens sibi adesset, in termino et loco assignatis, ex continuatione vltimi termini, prout in citatione ad eum effectum, ex officio comissariorum dicti reuerendissimi patris plenius continetur: Peciit idem Murref instrumenta: Acta vt et vbi supra. A.D. 1512.

595. Panter.

Die Martis, ix Nouembris, anno quingentesimo xij, indictione prima, pontificatus pape Julii 2di anno decimo, et regni anno xxiiij, in camera sua in loco vicariorum de Glasgw, hora prima post meridiem vel circa, testibus Magistro Johanne Sprewle, vicario de Curmannok, et Johanne Alexandri, laico, dominus Alexander Panter, vicarius chori de Glasgw, omnibus melioribus modo, etc., constituit dominum Georgium Panter, rectorem de Mynto, suum procuratorem solum et vnicum, ad nomine ipsius constituentis, pure et simpliciter resignandum, et sursum dandum, vnum annuum redditum decem solidorum, sibi pertinens et annuatim exeuns et leuandum de tenemento quondam Dauid Petcarne, jacenti in ciuitate Glasguensi, in vico qua itur ab ecclesia metropolitana ad crucem mercati, inter terras Thome Hugonis ex boreali, et Jonete Gilmor ex australi partibus: Necnon alium annuum redditum decem solidorum sibi pertinens, et annuatim leuandum de quadam roda terre, pertinenti Johanni Sclater in le Fischare gait, et ad partem orientalem eiusdem, inter terras quondam domini Johannis Steward de Mynto, et Willelmi Conigham ad boriam, et terras Alize Swan ad austrum, in manibus alterius seu vtriusque balli-

A.D. 1512. uorum de Glasgw, huiusmodi resignationem et sursum dationem recipi et admitti petendum: Saisinam et statum hereditarium, dictorum annuorum reddituum per dictos balliuos seu balliuum, discreto viro domino Georgio Cameron presbitero, nomine capelle de Welbent beate Virginis de Castelstaris, et capellanorum eiusdem, et non alias, iterum et de nouo conferri et tradi instanter petendum: Instrumenta desuper confici petendum: Cum cautione de rato et grato, et aliis necessariis clausulis in vberiore forma: Quos etiam capellanos perpetuos eiusdem et successores suos inibi diuina celebrantes: Simili modo, constituit suos assignatos, in et ad huiusmodi annuum redditum, ipse dominus Alexander, habens statum et saisinam dictorum annuorum reddituum sibi ac suis heredibus et assignatis, cum clausula rato et grato, et ceteris necessariis in vberiore forma: Peciit idem dictus Alexander instrumenta: Acta vt et vbi supra.

596. Panter, Welbent.

Eisdem die, mense, anno, apud supradicta tenementa singillatim, hora inter tertiam et quartam post meridiem vel circa; testibus in saisina annui redditus tenementi Johannis Sclater apud Stokwell, Magistris et dominis Johanne Sprewle, Johanne McGour, presbiteris, Johanne Coronare, Willelmo Zardis, seruiente, Johanne Sclater, seniore et iuniore; et apud saisinam annui redditus tenementi quondam Dauid Petcarne, Magistro Johanne Sprewle, Willelmo Zardis, seruiente, Archibaldo Crawfurd, et Johanne Jak: Prefatus dominus Georgius Panter, procurator, corporaliter accessit ad prefata tenementa seorsum, et ibidem sursum dedit, pureque simpliciter resignauit, procuratorio nomine dicti domini Alexandri, huiusmodi annuos redditus decem et decem solidorum, in manibus Johannis Murref, alterius balliuorum de Glasgw, per hesp et staple traditionem: Qui quidem balliuus statim, ad requestam dicti procuratoris, dedit saisinam, et statum hereditarium, ac corporalem possessionem, dictorum annuorum reddituum cum pertinentiis, prefato domino Georgio

Cameron, nomine ecclesie siue capelle de Welbent, in parrochia A.D. 1512.
de Castelstaris, ac capellanorum inibi seruientium, et successorum suorum, et non alias, tanquam assignatorum dicti domini Alexandri, de cuius assignatorio mandato et potestate michi Fol. 150.
luculenter constabat, tradidit et deliberauit imperpetuum, saluo iure cuiuslibet, per similem de le hesp et staple exhibitionem: ad eum finem, vt ipse capellanus de Welbent et successores sui, orent pro salute anime dicti domini Alexandri, parentum, parrochianorum, et benefactorum suorum, piam in suis missis et orationibus pro eisdem commemorationem quotidie faciant: Peciit idem dominus Georgius Cameron assignatus, nomine ecclesie siue capelle de Welbent, et capellanorum eiusdem, instrumenta: Acta vt et vbi supra.

597. Coldoun.

Die Mercurii, decimo Nouembris, anno, mense, indictione, pontificatu, et regno, quibus immediate supra, intra ciuitatem Glasguensem, in edibus Patricii Hammyltoun, inter primam et 2^{am} horas post meridiem vel circa, testibus Johanne Morison, notario publico, Johanne Lyndesay, filio et herede Andree Lindesay de Thorntoun, et Adam Caldwell, dictus Patricius Hammyltoun, coram Johanne Sprewle de Coldoun, produxit quoddam assignationis pergameni mandatum, signo et subscriptione manualibus Johannis Allirdes, artium magistri diocesis Sanctiandris, auctoritate apostolica notarii publici, et alias debite roboratum; in quo ipse Patricius constitutus erat procurator et assignatus, cum capitulo de rato et grato, et aliis capitulis necessariis, per dominum Dionisium Achinlek presbiterum, ad comparendum in ecclesia Fratrum Predicatorum die predicto, et illic recipiendum summam xl mercarum vsualis monete, de manibus dicti Johannis Sprewle, vigore contentorum in quadam reuersionis litera, sigillo dicti Dionisii sigillata, de et super duabus et dimidia mercatis australibus terrarum de Dalmwre, iacentibus intra vicecomitatum de Dunbretane, per prefatum

A.D. 1512. Johannem eidem Dionisio, sub conuentione reuersionis, alias vendite: Necnon ad renunciandum et cedendum omnibus et singulis iuribus, cartis, saisina, statu hereditario, instrumentis, documentis, et euidenciis, dicto Dionisio et suis, desuper per prefatum Johannem confectis, et acceptauit onus et officium huiusmodi assignationis, et mandatum procurationis in se, ad faciendum nomine dicti Dionisii ea que mandabantur fieri, vt supra, per dictum mandatum: Necnon idem Patricius, nomine quo supra, ac ipse Johannes pacti sunt, et conuenerunt de edibus dicti Patricii, pro ecclesia Fratrum Predicatorum de Glasgw, in qua debuissent recipi dicte xl merce, sine cuiuscunque partis preiudicio aliquo, et hoc ex tenore prefatarum literarum reuersionis: Peciit idem Sprewle instrumenta: Acta vt supra.

598. Sprewle.

Eisdem per omnia: Receptis dictis quadraginta mercis, et alia certa pecunia, debita per dictum Johannem eidem Dionisio, de predictis terris de terminis transactis, per dictum assignatum, idem assignatus, nomine quo supra, renunciauit et cessit statui et saisine hereditariis, et iuribus omnibus, que ipse Dionisius ac sui habuerunt seu habent in dictis terris, et deliberauit eidem Johanni omnes euidentias prefato Dionisio et suis desuper factas, prefato Johanni recipienti: Peciit idem Sprewle instrumenta: Acta hora tercia post meridiem, vel circa.

599. Logane—Levingistoun.

Die Sabbati, xx Nouembris, anno Domini quingentesimo xij, indictione prima, pontificatus Julii 2di anno decimo, et regni anno xxv: Personaliter constitutus Johannes Logane de Carconnell, manu propria, debit saisinam, statum hereditarium, et corporalem possessionem tocius et integre illius orientalis dimidie partis omnium et singularum terrarum de Bannachtan, extendentis ad xxv solidatas terrarum antiqui extentus, cum

pertinentiis; quam tempore confectionis inhabitant Johannes Wynnyng et Johannes M°Yndo; iacentis in dominio de Carconell, comitatu de Lenax, intra vicecomitatum de Dunbretan, per massam terre et lapidis, Roberto Levingistoun heredibus suis et assignatis, iuxta formam carte ipsius Johannis, desuper eidem Roberto et suis confecte, in personam Dauid Murhede, actornati et eo nomine dicti Roberti, huiusmodi actornatorium officium sponte in se recipiente, de cuius actornatoria potestate, per literas pergameni capelle regie, sub quarta magni sigilli, alba cera pendente, illic productas et lectas, legitimam fidem fecit, et nomine quo supra, huiusmodi saisinam, statum hereditarium, et corporalem possessionem, predictarum xxv solidatarum terrarum antiqui extentus cum pertinentiis, de manibus ipsius Johannis suscepit: Peciit idem Murhede nomine quo supra instrumenta, quibus idem Johannes Logane concessit suum proprium sigillum appendi: Acta super solum huiusmodi terrarum, inter horas tertiam et quartam post meridiem, vel circa; testibus, Finlao Dowgles, Georgio Buquhannan, Patricio M°Indo, Roberto Leis, et Magistro Alexandro Levingistoun, presbitero: Memorandum quod idem Johannes prius vendidit et alienauit huiusmodi terras prefato Roberto, prout in carta confecta inde continetur; et ideo dedit huiusmodi saisinam. A.D. 1512.

600. Logane.

Eisdem per omnia: Magister Alexander Levingistoun, presbiter, et Dauid Murhede, actornatus dicti Roberti Levingistoun, per fidem nomine iuramenti in manu mea prestitam, extendentes dexteras, coniunctim et diuisim, strictiore forma obligationis, dare et deliberare prefato Johanni Logane et suis, vnam sufficientem literam reuersionis, factam sibi Johanni et suis de dictis xxv^{s} terrarum de Bannachtane, antiqui extentus, cum pertinentiis, per prefatum Robertum, sub suo sigillo, in forma reuersionis Elizabet Blacader facte eidem Johanni, super duabus mercatis et dimidia terrarum de Fergustoun, alienatis per predictum Johan-

A.D. 1512. nem ipsi Elizabet, super summa quinquaginta libris vsualis monete Scotie, vnacum sufficienti litera assedationis huiusmodi terrarum, sub sigillo dicti Roberti, cum clausulis, conuentis et pactis, inter ipsum et prefatum Robertum; soluendo inde annuatim vnam celdram farine sufficientis, ad terminos appunctuatos inter eosdem, et hoc intra xx dies post festum Petri ad vincula
Fol. 151. proxime futurum, sub pena quinquagenta librarum fabrice ecclesie Glasguensis, et aliarum l librarum regie celsitudini, nomine pene, et aliarum l librarum sibi Johanni et suis, pro suis interesse, dampnis et expensis inde perpessis, soluendarum: Insuper prefatus actornatus deliberauit cartam confectam prefato Roberto, suo principali, de dictis terris, custodiendam semper et quousque deliberaret, vel causaret dictum Robertum deliberare, huiusmodi reuersionem et literam assedationis sufficientem de dictis terris, prefato Johanni et suis; et ad hoc consensit, contentus fuit, et declarauit illic, quod nunquam amoueret huiusmodi cartam aut instrumentum saisine, de manibus meis, donec redderet huiusmodi cartam, et literam assedationis, prefato Johanni et suis, et voluit quod ego non tenerer alicui tradere, seu respondere, super huiusmodi euidentias, donec ipse premissas literas prefato Johanni et suis deliberaret: Peciit idem Logane instrumenta: Acta vt et vbi supra.

601. Murehede pro Sancto Rocho.

Die Mercurii, xxiiij Nouembris, anno quingentesimo xij, indictione prima, pontificatus Julii 2[dl] anno decimo, et regni Jacobi quarti anno xxv: Dominus Willelmus Smyth, presbiter, assignatus nomine ecclesie et eo nomine quondam Magistri Thome Murhede, de cuius assignati potestate michi constabat; et ea ratione existens in statu et saisina duorum tenementorum, iacentium in le Drigat, in Glasgw, ad partes borealem et occidentalem eiusdem, inter terras Macolmi Blare ad occidentem, et Thome Hugonis ad boriam, pure et simpliciter, per terram et lapides, resignauit huiusmodi tenementa, in manibus Johannis

Elphinstoun, balliui de Glasgw; et idem balliuus dedit saisinam, A.D. 1512.
et statum hereditarium, ac corporalem possessionem dictorum tenementorum, per terram et lapides, Magistro Dauid Murhede, capellano, fundando in ecclesia Sancti Rochi foras portam borialem de Glasgw, et successoribus suis, nomine dicte ecclesie et non alias, iuxta tenorem fundationis et erectionis desuper faciende: Et consequenter idem dominus Willelmus Smyth, assignatus, vt premittitur, resignauit xxxij^s annui redditus annuatim exeuntes de tenemento iacenti in suburbio tendenti ad pontem, foras portam australem de Glasgw, ad partem australem dicti suburbii inter terras per le hesp et staple, in manibus dicti balliui; et statim, idem balliuus dedit saisinam et corporalem possessionem huiusmodi annui redditus, per le hesp et staple, prefato Magistro Dauid capellano, fundando vt supra, nomine ecclesie predicte, et suis successoribus, et non alias, iuxta tenorem fundationis inde faciende; saluo iure cuiuslibet: Peciit idem Murhede, nomine suo et suorum successorum, instrumenta: Acta apud fundos dictorum trium tenementorum, inter primam et tertiam horas post meridiem; testibus, Magistris Adam Culquhoun, domino Stephano Amwligane, Magistris Thoma Hesliope, Willelmo Broun, Archibaldo Crawfurd, sergiando, Alexandro Andro, Michaele Culquhoun: Soluendo de dictis duobus tenementis annuatim, dictus capellanus et successores sui, annuos redditus et onera prius inde solui solitos et consuetos.

602. Murhede de Sancto Rocho.

Eisdem quibus retro per omnia: Magister Thoma Hesliope, procurator et eo nomine Magistri Thome Forbas, coram Johanne Elphinstoun, balliuo de Glasgw, et Johanne Grahame, balliuo in hac parte Rolandi Blacader, domini subdecani Glasguensis, specialiter viue vocis oraculo per eundem constituto, produxit quoddam procurationis mandatum, signo et subscriptione manuali domini Johannis Jakson, clerici Sanctiandris diocesis, subscriptum et signatum; in quo ipse Magister Thomas, cum certis aliis in

A.D. 1512. eodem expressis, habuit mandatum a prefato Magistro Thoma Forbas, comparendi coram preposito vel balliuis de Glasgw, in pretorio eorundem, vel alibi, et ibi pure resignandi certos annuos redditus, super quibus ipse, nomine Sancti Rochi confessoris, et ecclesie sue extra portas boriales de Glasgw, habuit statum et saisinam et corporalem possessionem, nomine dicte ecclesie tantum; et similiter resignandi in manibus Magistri Rolandi Blacader, subdecani Glasguensis, vnam domum cum horto, extra portam Vie Ratonum de Glasgw, in quibus ipse, nomine ecclesie Sancti Rochi predicti, fuit in saisina et statu hereditario, et non alias; vigore dicte potestatis et mandati, resignauit dictam domum cum horto et pertinenciis, iacentem inter terras capellanie Sancti Michaelis, fundate retro ianuam australem ecclesie metropolitane Glasguensis, ad orientem, et terras quondam Alani Hall ad occidentem, per terram et lapides, in manibus dicti Johannis Graham, balliui in hac parte dicti Rolandi Blacader subdecani, per ipsum ad hoc viue vocis oraculo specialiter constituti; et iterum, idem balliuus dedit saisinam, statum hereditarium, et corporalem possessionem eiusdem tenementi, cum horto et pertinentiis, per terram et lapides, Magistro Dauid Murhede, capellano, fundando in ecclesia Sancti Rochi, et successoribus suis, nomine dicte ecclesie et non alias, iuxta tenorem fundationis et erectionis desuper faciende, saluo iure cuiuslibet, imperpetuum: Soluturis inde annuatim onera et annuos redditus prius inde solui solita et consueta: Peciit idem Murhede nomine suo et successorum instrumenta: Acta apud solum dicte domus; testibus, Magistris Adam Culquhoun, Johanne Elphinstoun, balliuo de Glasgw, domino Alexandro Robertoun, Archibaldo Crawfurd, Alexandro Andro, Michaele Culquhoun, M. Willelmo Broun, Jacobo Rentoun.

603. Murhede de Sancto Rocho.

Eisdem per omnia: Idem procurator, nomine quo supra, resignauit xij^{d} annui redditus, annuatim exeuntes de tenemento

quondam Alani Morison, iacenti in suburbio, inter tenementa Eugenii Gayn ad occidentem, et Roberti Smyth de Inglistoun ad orientem, manibus Johannis Elphinstoun balliui, per exhibitionem denarii; et iterum idem balliuus dedit saisinam et corporalem possessionem inde, per denarium, prefato Magistro Dauid et successoribus suis, nomine ecclesie Sancti Rochi, vt supra, et non alias: Postea idem procurator, nomine quo supra, resignauit in manibus dicti balliui quinque solidos, annuatim exeuntes de tenemento Johannis Schaw, iacenti ad partem orientalem Vici Regii tendentis ad crucem foralem, inter tenementa capellanie Corporis Christi ad austrum, et Willelmum Smyth ad boriam, per le hesp et staple: Et consequenter idem balliuus dedit saisinam et corporalem possessionem dicti annui redditus prefato Magistro Dauid, capellano futuro Sancti Rochi, et successoribus suis, per le hesp et staple, nomine dicte ecclesie, et non alias, iuxta tenorem fundationis faciende: Consequenter idem procurator, nomine quo supra, resignauit xvj[d] annui redditus annuatim exeuntes de quodam paruo tenemento, iacenti ad partem occidentalem Vici Regii tendentis ad crucem, inter terras capellanie Sancti Niniani trans pontem de Glasgw fundate ad austrum, et quondam Alexandri Thomson ad boriam, per le hesp et staple, in manibus Johannis Elphinstoun balliui; et iterum idem balliuus dedit saisinam et corporalem possessionem inde dicto Magistro Dauid capellano Sancti Rochi et successoribus suis, vt supra, per le hesp et staple: Peciit idem capellanus pro se et successoribus suis instrumenta: Acta apud predicta tenementa; testibus, Magistris Adam Culquhoun, Andrea M[c]Canis, domino Alexandro Robertoun, Jacobo Rentoun, Michaele Culquhoun, Willelmo Zardis, sergiando, Alexandro Andro: Hora est in primo prothocollo.

A.D. 1512.

Fol. 152.

604. Murhede pro Sancto Rocho.

Eisdem per omnia vt supra: Johannes Cowper alias resignauit, per le hesp et staple, xij[d] de tenemento suo,

A.D. 1512. iacenti in suburbio tendente ad Pontem, ad partem borialem dicti suburbii, inter terras Willelmi Baxter ad occidentem, et ad orientem: Et similiter Robertus Adamson resignauit xij[d] de tenemento suo iacenti in Vico Fullonum, ad partem orientalem eiusdem, inter terras Et similiter Thomas Bogill resignauit xij[d] de tenemento suo et le rigis, iacentibus ad partem orientalem Vici Regii ad crucem tendentis, retro tenementum capellanie Sancti Manchani, inter terras capellanie beati Michaelis ad austrum, et quondam domini Johannis Paris ad boriam, per le hesp et staple, zelo deuotionis quam gerebant ad Sanctum Rochum, in manibus dicti balliui; et iterum dictus balliuus dedit saisinam et corporalem possessionem de dictis tribus solidis, singillatim, prefato capellano, nomine ecclesie, et suis successoribus nomine dicte ecclesie, et non alias, iuxta tenorem fundationis, ut supra: Peciit idem Murhede nomine suo et successorum instrumenta: Acta apud dicta tenementa; testibus quibus immediate supra.

605. MURHEDE PRO SANCTO ROCHO.

Eisdem per omnia: Dominus Georgius Drummont presbiter, habens statum et saisinam nomine ecclesie et non alias cuiusdam tenementi cum cauda et pertinentiis, iacentis ad partem orientalem Vici Regii ad crucem mercati tendentis, inter terras Georgii Burell et Thome Jameson ad boriam, et Andree Hawistoun ad Nota. austrum, resignauit, per terram et lapides, dictum tenementum in manibus predicti balliui: Quiquidem dedit statum et saisinam hereditarios, et corporalem possessionem dicti tenementi cum cauda et pertinentiis, prefato Magistro Dauid Murhede, capellano futuro Sancti Rochi, nomine ecclesie Sancti Rochi, et successoribus suis, et non alias, per terram et lapides, saluo iure cuiuslibet, imperpetuum: Soluturis inde annuatim onera et annuos redditus prius inde exeuntes et solui solitos, iuxta tenorem fundationis inde faciende: Peciit idem Murhede nomine suo et successorum

instrumenta: Acta apud dictum tenementum, hora est supra, testibus vt immediate supra. A.D. 1512.

606. Robertoun—Murhede pro Sancto Rocho.

Eisdem per omnia, hora quasi quarta post meridiem vel circa, testibus Magistris Andrea McCanis, notario publico, Thoma Hesliope, domino Stephano Amwligane, presbiteris, Michaele Culquhoun, Johanne Graham, Jacobo Rentoun, Alexandro Andro, Willelmo Zardis, seruiente: Acta super terras adiacentes cimiterio Sancti Rochi, et pertinentes dicto Sancto, ad partem le sowthwest dicti cimiterii, Magister Adam Culquhoun assignatus, vt asseruit, quondam Magistri Thome Murhede, existentis vltimi in statu hereditario et saisina cuiusdam crofte, et aliarum terrarum adiacentium ecclesie predicti Sancti Rochi, sibi, suisque assignatis, nomine ecclesie tantummodo, collatarum, specialiter constitutus nomine assignatorio eiusdem, resignauit, per terram et lapides, in manibus prefati balliui, huiusmodi croftam et ceteras adiacentes terras, in fauorem Magistri Dauid Murhede et domini Alexandri Roberti, capellanorum perpetuorum ecclesie Sancti Rochi in eadem ecclesia fundandorum, et successorum suorum, modo et forma inferius descriptis, dictis capellanis et successoribus suis per dictum balliuum iterum conferendarum et tradendarum, viz., sic quod orientalis integra dimidia pars dicte crofte, ad partem borialem dicte ecclesie iacentis, et borialis integra dimidia pars terrarum predictarum ad partem australem dicte ecclesie iacentium, et pars dimidia huiusmodi terrarum proxime cimiterium predictum adiacens, iterum conferebantur per dictum balliuum prefato Magistro Dauid et successoribus suis; et occidentalis dimidia pars dicte crofte, et australis dimidia pars prefatarum terrarum ad partem australem dicti cimiterii iacentium, conferebantur etiam per dictum balliuum prefato domino Alexandro Roberti et suis successoribus: Qui quidem balliuus, statim et incontinenti, dedit saisinam statum hereditarium et corporalem possessionem tocius et integre vnius dimidie partis pro indiuiso

A.D. 1512. dicte crofte, et vnius dimidie partis pro indiuiso dictarum australium terrarum adiacentium cimiterio predicto, per terram et lapides, prefato Magistro Dauid et successoribus suis, nomine ecclesie Sancti Rochi, per lineatores ciuitatis Glasguensis equaliter diuidendarum; non specificando climata in quibus dicte due dimidie partes iacent, nec distinguendo clima a climate: Et alterius dimidie partis pro indiuiso dicte crofte et terrarum dictarum australium, pro mansis dictorum capellanorum constitutarum, prefato domino Alexandro et suis successoribus, nomine quo supra, per dictos lineatores equaliter dispertiendarum, nulla specificando climata in quibus dicte dimidie partes iacent, saluo iure cuiuslibet imperpetuum: Petierunt dicti Magister Dauid et dominus Alexander Roberti nomine suo et successorum suorum instrumenta: Acta vt et vbi supra.

Fol. 153.

607. Steuarde, Ardgowane.

Die Martis, xxj Decembris, anno millesimo quingentesimo xij, indictione prima, pontificatus Julii 2^di^ anno decimo, et regni Jacobi quarti anno xxv, intra hospitale Sancti Nicholai de Glasgw, hora xj ante meridiem vel circa, testibus Adam Quhitfurde de eodem, Nicholao Broun, et Stephano Walkynschaw, Magister Robertus Maxwell canonicus Glasguensis, renunciauit omnibus iuri et titulo iuris et clameo, que habet seu habere poterit in futurum, in et ad firmam Pentechostalem proxime futuram terrarum ville de Nedder Pollok, vel alias aliquo alio modo ad firmas futuras dictarum terrarum et huiusmodi terras cum pertinentiis, vigore assedationis sibi Magistro Roberto facte de eisdem terris per Johannem Steward de Ardgowane, cessionarium et assignatum dicti Magistri Roberti, wardarii principalis dictarum terrarum de Nedder Pollok: Petiit idem Steward instrumenta: Acta vt et vbi supra.

Folia 154 & 155a blank.

A.D. 1511.

608. Rede Cancellarius.

Fol. 155.

Die Sabbati, quinto Marcii, anno Domini quingentesimo xij°, indictione prima, pontificatus Julii 2^{di} anno decimo, et regni Jacobi quarti anno xxv, in ecclesia metropolitana Glasguensi, hora quasi xij in meridie vel circa, testibus Magistris et dominis Richardo Bothuell, canonico Glasguensi, Johanne Sprewle, Jacobo Neilson, Andrea Smyth, Johanne Rede, seniore et iuniore, Georgio Rawf: Magister Martinus Rede cancellarius et officialis Glasguensis presentauit et deliberauit quamdam commissionem reuerendissimi patris, Jacobi Glasguensis archiepiscopi, eius vero sigillo rotundo firmatam, directam Magistris Roberto Hammyltoun et Alexandro Irskyn, commissariis et iudicibus in eisdem expressis, ad cognoscendum et procedendum in causa seu causis, quam et quas dictus Magister Martinus mouere intendit contra Magistrum Walterum Abirnethy prepositum de Dumbretan, et alios quoscunque interesse habentes; et e contra super certis decimis, quas dictus Magister Martinus, ratione sue cancellarie et prebende de Campsy clamat et allegat sibi pertinere, cum clausulis de rato et grato, et aliis necessariis, ipsis commissariis recipientibus huiusmodi commissionem, ac onus decidendi et procedendi, secundum formam huiusmodi commissionis in huiusmodi causis, ad voluntatem et beneplacitum ac mandatum dicti reuerendissimi super se acceptantibus: Peciit idem Martinus instrumenta: Acta vt et vbi supra.

609. Comes de Lenax.

Fol. 156.

Die Lune, xxj mensis Marcii, anno Domini millesimo quingentesimo xij, indictione prima, pontificatusque sanctissimi domini Julii pape secundi anno decimo, Georgius Culquhoun, heres quondam Patricii Culquhoun de Glen sui aui, cui per quondam Johannem dominum Dernly impignorabantur decem mercate terrarum de Wester Baldoran cum pertinentiis, iacentium in comitatu de Lenax, intra vicecomitatum de Striueling, pro

A.D. 1512. summa ducentarum mercarum vsualis monete, et super reuersione huiusmodi ducentarum mercarum, prout in literis huiusmodi reuersionis ad plenum fit mentio, non vi aut metu ductus, etc., vt asseruit, fatebatur se legitime premunitum, tanquam heredem dicti sui aui, per Matheum comitem Lenax heredem dicti quondam Johannis domini Dernly, ad vicesimum diem mensis instantis, ad redemptionem et laxationem huiusmodi terrarum, et receptionem huiusmodi ducentarum mercarum, iuxta formam reuersionis inde confecte; et se velle esse contentum et admittere diem presentem, viz., xxj Marcii pro hesterno die, sine alicuius partis preiudicio; et asseruit se velle parere huiusmodi premunitioni, et accedere ad receptionem huiusmodi ij[c] mercarum, aliasque et alia facere, prout et quemadmodum in huiusmodi literis reuersionis continetur, iuxta tenorem obligationis sue et aui sui in eisdem: Necnon Robertus Brois de Arth, cui per prefatum Georgium aliqua pars dictarum terrarum nuper impignorabatur, fatebatur intimatione literam sibi factam per prefatum comitem, ad diem prescriptum xx[m] Marcii, de huiusmodi redemptione terrarum predictarum facienda, et pecunia recipienda: Peciit idem comes instrumenta: Acta in bassa ecclesia Glasguensi hora decima ante meridiem, vel circa; testibus, Magistris Adam Culquhoun, Roberto Maxwell, canonicis Glasguensibus, Patricio Maxwell de Newwerk, Roberto Coluill, Nicholao Broun, Willelmo Gloret, et domino Johanne Penny.

610. Brois.

Eisdem per omnia: Idem Robertus Brois requirebat dictum Georgium Culquhoun, vigore sue obligationis et varantie quam habet et habuit, vt asseruit, de huiusmodi terris, de eodem Georgio, quatenus non admitteret diem xxj[m] Marcii pro xx mensis Marcii, pro redemptione terrarum huiusmodi facienda; neque compareret ad huiusmodi receptionem pecunie, et cessionem huiusmodi terrarum, sed resisteret et staret ad defensionem dicti Roberti, sicuti obligatio et varantia eius, quam idem Robertus

inde habet, vt asseruit, proportat; addens quod considerat sibi et suis esse preiudiciale, et contra conuenta inter ipsum Georgium et Robertum super huiusmodi terris et obligationem et varantiam dicti Georgii sibi Roberto desuper factas, et vel metu vel fauore dicti comitis, et in odium et preiudicium sui Roberti et suorum, quod ipse Georgius admittit diem presentem pro hesterna, tanquam vim et effectum habituram pro hesterna; et quod dicit se velle parere ad receptionem huiusmodi pecunie, et extradonationem huiusmodi terrarum, iuxta tenorem reuersionis huiusmodi: Peciit idem Robertus instrumenta: Acta vt et vbi supra. A.D. 1512.

611. Culquhoun.

Eisdem per omnia: Idem Georgius Culquhoun, ad huiusmodi requisitionem dicti Roberti Brois, taliter duxit respondendum, se nulla alia de causa comparere, nec comparuisse, ad retroscriptam premonitionem, ad recipiendum huiusmodi ducentas mercas, et ad extradonandum huiusmodi terras, nisi solummodo ad seruandum obligata per auum suum predictum, ad que etiam ipse vigore literarum reuersionis huiusmodi alias extitit obligatus; neque odio fauore aut metu alicuius id facere vel fecisse: Quare protestatus est solenniter, non cedere sibi et suis in preiudicium huiusmodi comparitio ad premissa facienda, quoad obligationem et varantiam factas per eundem prefato Roberto super huiusmodi terris, neque quod posset propterea molestare vel dampnificare ipsum Georgium vel suos, vel aliquid euincere in iudicio ab eisdem, vigore huiusmodi comparitionis et receptionis dicte pecunie, et extra donationis huiusmodi terrarum, que omnia fecit ad seruandum fidem et obligata per ipsum in auo suo defuncto, qui ipsum obligauit vigore sue reuersionis sigillo suo sigillate, et illic ostense et recognite, ad premissa omnia et singula sic facienda: Peciit idem Georgius instrumenta: Acta vt et vbi supra; testibus, etiam cum aliis precedentibus testibus, Macolmo Maxwell, et Magistro Jacobo Howstoun.

A.D. 1512.

612. Comes de Lenax.

Georgius Culquhoun fatebatur se recepisse, super altare Sancti Johannis euangeliste in bassa ecclesia Glasguensi, a Matheo comite Lenax, centum mercas pro dimidia parte terrarum de Baldoran, quam ipse possidet, et redemptione earundem: Et Robertus Brois fatebatur se recepisse ab eodem alias centum mercas, pro redemptione dimidie partis terrarum de Baldoran, quam ipse possidet, et super altare predictum; et fatebantur se bene pacatos, et quitarunt eundem comitem et suos, pro se et suis inde imperpetuum: Et nichilominus prefati Georgius et Robertus, coniunctim et diuisim, per fustem et baculum, resignarunt et sursum dederunt, et quilibet eorum sursum dedit huiusmodi decem mercatas terrarum de Wester Baldoran, et quamlibet partem earundem, iuxta formam predicte reuersionis prefati quondam Patricii Culquhoun dicto quondam Johanni domino Dernly et suis inde facte, in manibus dicti Mathei comitis Lenax, tanquam in manibus superioris earundem, cum ipso comite et suis remansurarum imperpetuum; et extradonarunt euidentias inde habitas per prefatum quondam Johannem dominum Dernly et suos; et renunciarunt publice et expresse eisdem: Peciit idem comes instrumenta: Acta vbi supra, hora xj ante meridiem, vel circa, coram eisdem testibus.

Fol. 157.

613. Brois.

Eisdem per omnia: Idem Robertus Brois solenniter protestatus est, quod huiusmodi receptio pecunie, et resignatio et sursum datio terrarum de Wester Baldoran, et renunciatio euidentiarum huiusmodi, non cederet sibi et suis in dampnum aliquod, seu preiudicium, quo ad obligationem et varantiam quas habet a dicto Georgio et suis super huiusmodi terris: Quas varantiam et obligationem ipsius Georgii et euidentias desuper factas nullo modo, propter huiusmodi receptionem pecunie et resignationem terrarum huiusmodi dicto comiti de

Lenax, et in fauorem eius per ipsum factam, tendit resignare, sursum dare, seu renunciare, neque resignat sursum dat, renunciat, vel wlt resignare, seu renunciare, sed tendit et wlt, suis loco et tempore congruis, prosequi et iusticia mediante recuperare si poterit: Peciit idem Robertus instrumenta: Acta hora xj vel circa, qua circa testibus, vt et vbi supra. A.D. 1512.

614. COMES DE LENAX.

Eisdem per omnia: Dictus Robertus Brois fatebatur se recepisse in pecunia numerata a Magistro Roberto Maxwel, nomine dicti comitis de Lenax summam centum mercarum, super altare parochianorum de Glasgw, pro redemptione dimidie partis terrarum de Wester Baldoran cum pertinentiis, quam alias habuit impignoratas a Georgio Culquhoun; et tenuit se bene pacatum de dictis centum mercis, et quitauit comitem et omnes suos et alios quoscunque interesse habentes inde imperpetuum: Peciit idem Magister Robertus Maxwell nomine comitis instrumenta: Acta, vbi supra, hora xij in meridie, vel circa; testibus, Hugone Burnesyde, Thoma Armour, Alexandro Montgomery, Alexandro Mwre, Nicholao Broun.

615. LAWSON—MONACHI DE DUNFERMELYN. Fol. 158.

Die Veneris, xj mensis Marcii, anno Domini millesimo quingentesimo duodecimo, indictione prima, pontificatus Julii 2[di] anno decimo, et regni Jacobi quarti anno xxv, in palacio archiepiscopi Glasguensis, hora quinta post meridiem vel circa, testibus Magistris et dominis Willelmo Steward, canonico Glasguensi, Petro Broun et Thoma Sibbauld, presbiteris: Jacobus Glasguensis archiepiscopus, motu proprio, palam confessus est, et in veritate recognouit se alias existentem abbatem siue commendatarium monasterii de Dunfermlyn, de bonis suis ac huiusmodi monasterii emisse a quondam Gilberto Fysche, totalem et integram tertiam partem terrarum de le Ester Halis cum pertin-

A.D. 1512. entiis, iacentem intra vicecomitatum de Lowthian, extendentem annuatim ad xx[ti] mercatas terrarum noue extentus, ad communem vsum et vtilitatem, ac presertim ad communem pitanciam, viz., le petit commonyis huiusmodi monachorum pro perpetuo applicandam: Quam etiam tertiam partem terrarum de le Ester Halis cum pertinentiis se, in huiusmodi abbaciali regimine constituto, ad communem monachorum pitanciam predictam, communi et capitulari omnium monachorum huiusmodi consensu, assignauit et applicauit: Quas quidem applicationem et assignationem de nouo approbat, ratas habet et affirmat, perpetue firmitatis habere wlt et decernit, et hoc omnibus et singulis quorum interest, seu interesse poterit in futurum, notum fieri wlt per presentes: Peciit dompnus Jacobus Lawson, monachus professus ac cantor dicti monasterii de Dunfermlyn, nomine proprio ac huiusmodi monachorum ac successorum suorum, instrumenta: Acta vt supra.

616. Lawson—Idem.

Eisdem per omnia: Idem dompnus Jacobus Lawson tradidit michi quandam facultatem apostolicam, siue confessionale, siue supplicationem, sub forma beatissime signatam, per fiat, vt petitur, a sede apostolica, etiam personis in eadem contentis, concessam et indultam, copiandam, transcribendam, transumendam, ac in publicam formam instrumentalem redigendam; cuius tenor sequitur: Peciit idem dompnus Jacobus nomine proprio et conuentus de Dumfermlyn instrumenta: Acta vt et vbi supra: Sequitur tenor facultatis: Beatissime pater, vt animarum saluti deuotorum oratorum vestrorum dominorum, reuerendissimi patris domini Jacobi abbatis moderni, prioris et conuentus monasterii beate Marie de Dumfermlyn, Willelmi episcopi Abirdonensis, Andree episcopii Morauiensis, Johannis prioris Sanctiandris, Dauid abbatis de Cambusskynneth, Roberti abbatis vallis Lucis, Roberti Boswell decani de Rostanrik, Macolmi Arnot ministri Fontis Scotie, Jacobi Kyntcragy rectoris de Spot, Willelmi

Guhynde, canonici regularis, Roberti Suyntoun, monachi, Willelmi Mwstart, presbiteri, Maiorie Boswell, Dauid Betoun, Johannis Betoun, Archibaldi Betoun, Johannis Dury de eodem, Johannis Hay, Andree Atoun, Roberti Arnot, Johannis Arnot, Thome Schaw, Roberti Dowgles, Johannis Dowgles.* A.D. 1512.

617. Rede Cancellarius. Fol. 159.

Die Martis, xiiij Marcii, anno quingentesimo xij, indictione prima, pontificatus Julii 2[di] anno decima, et regni Jacobi quarti anno xxv, intra ciuitatem Glasguensem, hora octaua ante meridiem vel circa, testibus dominis Willelmo Smyth, Thoma Blare, et Georgio Drummont, presbiteris, Magister Martinus Rede, cancellarius Glasguensis, constituit procuratores suos, coniunctim et diuisim, viz., Magistros et dominos Johannem Spreule, Jacobum Neylson, Dauid Dwn, Willelmum Blak, Jacobum Howstoun, Walterum Curry, Martinum Rede, Thomam Crawfurd, Andream M[c]Canis, et Johannem Rede, in causa mouenda per ipsum contra Magistrum Walterum Abyrnethy, prepositum de Dumbertane, vel e contra, coram Magistris Alexandro Irskyn et Roberto Hammyltoun, commissariis in hac parte reuerendissimi patris Jacobi Glasguensis archiepiscopi, coniunctim et diuisim, vigore commissionis prefati reuerendissimi patris eisdem desuper facte, specialiter constitutis: Ratum et gratum, cum clausulis necessariis et de iure requisitis, in verbiore forma: Peciit idem Rede instrumenta.

618. Abirnethy.

Die Sabbati, xix Marcii, anno, indictione, pontificatu, et regni, quibus immediate supra, in ecclesia Glasguensi, hora xj ante meridiem vel circa, testibus Magistris Richardo Dowgles, Johanne Sprewle, Johanne Rede, Willelmo Blak, et domino Johanne Heriote, presbitero, et Laurentio Scot, clerico, et Andrea Huchinson, laico: Magister Walterus Abirnethy, citatus ad hunc

* This entry is not completed in original, there being two pages left blank.

A.D. 1512. diem coram prefatis commissariis, per literas citatorias eorundem commissariorum, et in iudicio comparens coram eisdem, et hoc ad instantiam dicti Magistri Martini Rede, post libellos porrectos in documenti forma, in iudicio coram prefatis commissariis, continentes petitionem eiusdem Martini, et receptos per prefatos iudices, peciit copiam commissionis eisdem comissariis facte, et terminum ad dicendum contra comissionem, iudices et locum; protestans solenniter de non intrando lites coram eisdem: Quiquidem iudices responderunt se velle decernere eidem, prout decreuerunt, copiam commissionis, et hodie ad mensem terminum, ad respondendum libellis, et ad dicendum contra premissa; et decreuerunt actum confici per me notarium super propositione cause per dictum Magistrum Martinum, et porrectione libellorum in iudicio per eundem, et decreto eorundem iudicum et assignatione prefati termini: Peciit idem Walterus instrumenta.

Two leaves blank.

Fol. 162.

619. Rede Cancellarius.

Die Sabbati, xix Marcii, require in titulo Abyrnethy supra posito: Eisdem per omnia: Dicti commissarii receptis, huiusmodi libellis, obtulerunt alterum eorundem dicto Magistro Waltero Abyrnethy, qui recusauit recipere huiusmodi libellum in iudicio: Peciit idem cancellarius instrumenta.

620. Abirnethy.

Eisdem per omnia: Confecto huiusmodi acto super propositione cause et porrectione libellorum eiusmodi, et termino ad respondendum eisdem, et decreto commissariorum, et assignatione termini prefati ad respondendum libellis, et dicendum contra commissionem, iudices et locum, dictus Magister Walterus opposuit se contra huiusmodi actum et tenorem eiusdem, asserens commissarios esse sibi partiales in causa predicta, et facere sibi iniuriam, ex eo quod terminus responsionis libellorum, et terminus commissionis et ad dicendum contra eandem, iudices

et locum, erant duo termini substanciales distincti, qui non deberent seruari in vno et eodem die, neque sit confundi, quia erant distincti termini, sub simili protestatione de non intrando lites coram eisdem commissariis, vt supra: Peciit idem Walterus instrumenta. A.D. 1512.

621. Abbas de Kylwynnyng.

Die Martis, xxij mensis Marcii, anno Domini millesimo quingentesimo xij, secundum computationem ecclesie Scoticane, indictione prima, pontificatusque sanctissimi in Christo patris ac domini nostri, domini Julii diuina prouidentia pape secundi anno decimo, intra monasterium de Kylwynnyng, hora quinta post meridiem vel circa, testibus dominis Roberto Wrycht, Willelmo Broun, Leone Jak, presbiteris, Thoma Peblis, Matheo Park, Jacobo Wricht, laicis, Roberto Conigham de Achinhervy, dompnis Alexandro Scot, priore de Kilwynnyng, Johanne Gaw, Waltero Littistar, Adam Spark, Willelmo Dwly: Willelmus, abbas de Kylwynnyng, vnacum suo conuentu, consistens intra septa monasterii, et in atrio [vel] curia eiusdem, portis et januis clausis, die predicto Martis post Ramis Palmarum, nobilem et potentem dominum Cuthbertum comitem de Glencarn, capite et corpore et brachiis armatum, sedecim viris vel circiter, vt apparuit, similiter armatis stipatum, gladiis et scutis omnibus a femore laxatis, et vtraque manu ab omnibus complexis, a partibus australibus dicti loci, fossis sepibus et clausuris circumdati, hostiliter penetrantem, et celeri passu accedentem, ad insequentem modum conuenit, Cur sepibus, fossis et clausuris nostris transcensis et effractis, huc intrastis? Qui respondit, Ad alloquendum vos huc venimus: Et ille parum retrocedens, ad euitandum, vtcunque potuit, comitem et suos, dixit, Nullum hoc in tempore vobiscum habebo colloquium: Et, hiis dictis, comes prefatus memoratum abbatem resistentem, renitentem et sepius reclamantem, et obnixè precantem vt libertate donaretur, vi et violencia, per brachia, gladio et scutis suis reiectis, et alteri sequacium porrectis, apprehendit, et taliter apprehensum, circumuolantibus vndique armatis suis

A.D. 1512. huiusmodi, eidem modo comminando, modo blandiendo, vt inflecteret se ad complacendum Magistro Johanni Forman, qui tunc ius in abbacia de Kylwynnyng pretendebat, et aperiret portas predicti monasterii regio preconi, et ceteris eiusdem opinionis foras portas huiusmodi consistentibus, tamdiu complexus, et tenuit, donec, suasu dompni Alexandri Scot, prioris de Kylwynnyng, et aliquorum suorum armatorum, inductus abbatem huiusmodi, anhelitu deficientem et debilitate forme confectum, et huiusmodi voces dantem, Sinite me hic sedere, et amputate michi caput, quia ad eas quas michi proponitis partes et opinionem inclinare, vita continuante, nunquam animus erit—a se dimisit: Et nichilominus, aliquamdiu quiescendi gratia sedentem, diutiusque sedere et pausare volentem, iterum atque iterum renitentem et reclamantem, vi et violentia denuo, per brachia apprehensum, ad portas vsque dicti loci primarias inuitum traxit et perduxit: Qui illic existens, sua, vt asseruit, appellatione fretus, et sub protectione Romani pontificis propterea constitutus, portas huiusmodi clausas, licet prefato Regie Maiestatis precone ad aperiendum vehementer rogatus, ac spe quoque pensionis dicti abbatis reseruate et per sedem apostolicam confirmate multociens proposita, prefato preconi ac nobili et potenti domino Archibaldo comiti Angusie ac ceteris aduerse opinionis, foris tunc existentibus et aperire petentibus, constanter recusauit: Petierunt idem abbas et Magister Willelmus Barclay, procurator abbatis, de cuius mandato constat michi, instrumenta: Acta intra septa dicti loci, testibus quibus supra: Preterea dictus abbas, per dictum comitem Glencarne, vt premittitur, tentus, et a dicta porta clausa ad partem ductus inter monachos suos, ad super sibi propositis per dictum comitem, suasione et coactione eiusdem, consultandum et deliberandum, vnacum suis monachis huiusmodi a dicto comite dimissus et constitutus, solenniter protestatus est non cedere sibi, suisque abbacie et conuentui, et appellationibus per ipsum alias interpositis, in preiudicium aliquod: Nec propterea se velle vel intendere recedere a suis appellationibus huiusmodi, si forsan a dicto comite de Glencarne,

et suis armatis huiusmodi cooperantibus, vt prius, tentus et inuite coactus, metu armatorum huiusmodi, et mortis qui potuit cadere in constantem virum, de qua morte, circumstantibus armatis, ab eisdem sibi timere dicebat, portas huiusmodi clausas sic coactus aperire mandaret, seu aliquid aliud in preiudicium et dampnum sui ac suorum, suarumque abbacie et appellationum huiusmodi, faceret seu facere mandaret: Quiquidem ea et similia, si que per ipsum ex tunc fieri seu mandari contingeret, metu armatorum huiusmodi circumstantium, et mortis, quam se timere dixit, et non alias, aliter neque alio modo faceret, seu fieri mandaret vel attemptaret, seu facere et mandare intendit, de quo sepius et solenniter protestatus est: Peciit idem abbas instrumenta: Acta vt et vbi supra, testibus quibus supra, teste etiam Johanne Bunche, laico. A.D. 1512.

622. Kilwynnyng. Fol. 163.

Anno, die, mense, indictione, pontificatu, et regni anno Jacobi quarti xxv, quibus supra, intra monasterium de Kylwynnyng, hora sexta post meridiem, vel circa, testibus dominis Roberto Wrycht, Willelmo Broun, Roberto Broun, Leone Jak, presbiteris, Roberto Conigham de Achinhervy, et monachis suprascriptis, dominis Johanne Quhyte, et Eumonide Henrisoun, presbiteris: Reseruata ad claues, metu et comminationibus nobilis et potentis domini Cuthberti comitis de Glencarne, et suorum armatorum, qui nuper portis omnibus monasterii de Kylwynnyng clausis et obseratis, huiusmodi monasterium inuadentes, intrarunt, et non aliter adeptas, porta primaria dicti monasterii de Kylwynnyn, ac nobili et magnifico domino Archibaldo comite Angusie cum suis complicibus et sequacibus, gladiis et scutis aliisque defensiuis armis, pro maiore parte munitis, ad numerum quadraginta virorum et plurimum, citra regie maiestatis preconem, aliosque clericos et notarios, qui illuc certis de causis aderant, per portam huiusmodi introgressis et intra septa dicti monasterii constitutis: In mei notarii publicii et, etc., dicti comites Angusie et

A.D. 1512. Glencarne, cum suis complicibus, vt supra armatis, ad numerum sexaginta personarum vel circa, vt apparuit, citra supra exceptas personas, per ianuas et ostia, claustrum et chorum dicti monasterii irrumpentes et peruadentes, strepentibus armis huiusmodi aliquibus etiam de suis alios in janius dicti loci preuenientibus, et aliis alios cursu preuenientibus, vsque ad dicti monasterii maius altare concesso, et illuc peruento, quidam dominus Gilbertus Haldane, vicarius de Dalry, asserens se procuratorem venerabilis viri Magistri Johannis Forman precentoris ecclesie metropolitane Glasguensis, quasdam literas apostolicas bullatas, de et super huiusmodi abbacia de Kylwynnyn, dicto Magistro Johanni Forman, vt assuerit, factas et concessas, Magistro Johanni Sawchy, notario publico, presenti et recipienti perlegandas, debite quoque demandandas executioni, tradidit: Qui quidem notarius, perlectis huiusmodi literis, dictum Magistrum Johannem Forman in personam dicti procuratoris, vigore literarum huiusmodi apostolicarum, in possessionem dicte abbacie cumulando, ut asseruit jura juribus, se velle dixit inducere, prout et quemadmodum suo more induxit; quem etiam, pridem ianuis huiusmodi monasterii clausis, et sibi ad altare huiusmodi non pateret accessus, foras huiusmodi ianuas et apud easdem, nomine quo supra, prius induxisse se dixit, et induxit: Peciit Magister Willelmus Barclay super premissis, et signanter super intrusione quam asseruit premissa, nomine abbatis, cuius est procurator; de cuius mandato michi satis constat: Acta.

623. Kylwynnyng.

Anno, die, mense, indictione, pontificatu, et loco retroscriptis, hora quasi sexta post meridiem vel circa, testibus dominis Roberto Wrycht, Willelmo Broun, Johanne Hawik, Leone Jak, Eumonide Henrison, Johanne Quhyte, presbiteris, Simone Aysdell, laico: Abbas de Kilwynnyng peciit preconem regium, qui asseruit se habere literas regias, et mandatum ab eodem in eisdem, dicto abbati, ad parendum Magistro Johanni Forman

tanquam abbati dicti loci, et suis procuratoribus, et publicare et legere sibi huiusmodi mandatum et literas, qui respondit, Se velle legere easdem in capitulo de Kilwynnyng si volebat idem intrare, alias non: Peciit abbas instrumenta: Acta vt supra. A.D. 1512.

624. KYLWYNNYNG.

Eisdem per omnia, hora sexta post meridiem vel circa, testibus domino Johanne Hawik, Roberto Eduard, et Henrico Kelso; Magister Willelmus Barclay, procurator et eo nomine Willelmi abbatis de Kylwynnyng, obtulit et opposuit se ad intrandum ianuam, wlgariter le clok dur, intra abbaciam de Kylwynnyng, que ducit ad claustrum, chorum et capitulum dicti loci, ad eum finem, vt potuisset vidisse et audiuisse, ac protestari nomine dicti abbatis super hiis que fiebant intra dictos claustrum, capitulum et chorum, per procuratores dicti Magistri Johannis Forman, ac armatos retroscriptos, ac monachos dicti loci; et nichilominus comes de Glencarne cum suis armatis, qui stabant extra dictam ianuam ad custodiam eiusdem, vt apparuit, deputatus, negabat dicto procuratori ingressum, asserens vt sequitur, Barclay, non intrabitis illuc, quia qui intus sunt ibi nolunt vos ibidem esse: Peciit idem procurator instrumenta: Acta vt supra.

625. KYLWYNNYN.

Eisdem per omnia, hora septima post meridiem et vltra, testibus dompno Alexandro Scot, priore de Kylwynnyng, Magistro Willelmo Barclay, domino Johanne Hawik, Willelmo Dunlop, et Johanne Bwnche, laicis, intra le Bogsyde: Prefatus Willelmus abbas, in libertate propria constitutus, et de manibus armatorum huiusmodi liberatus, omnibus melioribus, etc., reuocauit, cassauit et annullauit ea omnia, si que fecerat seu attemptarat, metu et comminationibus armatorum huiusmodi, in preiudicium sui, sui beneficii de Kylwynnyng, et suarum appellationum prius interpositarum, prout tenore presentium reuocat, etc., et nullius

A.D. 1513. roboris firmitatis vel momenti, iudicio vel extra, tanquam per vim et metum qui cadere potuit in constantem virum facta esse wlt; de quo sepius et solenniter protestatus est, et quod sique facta per ipsum essent, metu premisso, in preiudicium premissorum, non cederet sibi et suis successoribus in preiudicium aliquod: Peciit idem abbas instrumenta.

Fol. 164. 626. CANCELLARIUS COMMISSARIUS REUERENDISSIMI IN SYNODO GLASGUENSI.

Die Martis, sinodi Glasguensis, quinto Aprilis, anno quingentesimo xiij, indictione prima, pontificatus Julii 2^di^ anno x, et regni Jacobi quarti anno xxv, intra chorum ecclesie Glasguensis, hora decima ante meridiem vel circa, testibus Magistris Rolando Blacader, Adam Culquhoun, Willelmo Stewart, Willelmo Barclay, Archibaldo Layng, dominis Johanne Hawik et Roberto Wemys: Magister Martinus Rede, vnus commissariorum reuerendissimi Jacobi Glasguensis archiepiscopi, ad sinodum conueniendus, vnacum suo collega, viz., Magistro Andrea Sibbauld, coniunctim et diuisim, peciit instrumenta, quod commissio dicti reuerendissimi facta eisdem fuit publicata in sinodo per me, legentem, et edictum publicum continens subditos dicti reuerendissimi prius affixum in valuis ecclesie fuit, etiam illic per me legentem, publicatum et mandatum dictis reuerendissimi in eodem, sicuti realiter et in facto commissio et edictum fuerunt publicata, et ad noticiam sinodalis cetus audire volentium et intendentium deducta, dictus Martinus comissarius prefati reuerendissimi ad huiusmodi sinodalem cetum regendum, vnacum suo collega, etc., suspendit quendam dominum Dionisium Murdochson, presbiterum assertum, notarium, ab executione huiusmodi officii notariatus, vsque ad mensem proxime futurum, exitu cuius mensis adueniente, citauit ipsum ad comparendum coram dicto reuerendissimo, dicto die exitus huiusmodi mensis, ad videndum et audiendum se, certis de causis rationabilibus, ab huiusmodi officii executione deponi et depriuari, cum intimatione

publica et expressa: Peciit idem Rede instrumenta: Acta vt et vbi supra. A.D. 1513.

627. Kirkhop.

Die Mercurii, vj[to] Aprilis, anno, mense, indictione, pontificatu, et regno, quibus immediate supra, in loco capitulari ecclesie Glasguensis, et in crastino sinodi, hora decima ante meridiem vel circa, testibus Magistris Adam Culquhoun, Willelmo Steward, Stephano Dowgles, Archibaldo Layng, Matheo Steward, Willelmo Steward, rectore de Lochmaban, Jacobo Steward, canonico Glasguensi: Dominus Georgius Kirkhop, comparens coram Magistris Martino Rede et Andrea Sibbauld, canonicis Glasguensibus, commissariis in hac parte, et ad sinodalem celebritatem tenendum, regendum et exercendum specialiter constitutis, ad iura reddenda, et causas audiendas, pro tribunali in loco capitulari predicto sedentibus, citatus, vt asseruit, per Magistrum Stephanum Dowgles, comissarium Theuidalie, coram prefato reuerendissimo et suis comissariis ad prescriptum diem, obtulit se paratum et promptum ad respondendum Nicholao Pile presenti, parti sue aduerse, vt asseruit, et aliis interesse habentibus, super obnoxium crimen per dictum Nicholaum occisi Thome Kirkhop* fratris sui, quem dictus Nicholaus asseruit ipsum dominum Georgium occidisse; quem peciit ipsum accusare, viso quod tunc fuit presens, et dies huiusmodi de consideratione limitata fuit pro huiusmodi actionibus decidendis criminalibus, ad quam etiam diem ipse dominus Georgius ad effectum premissum citatus fuit, vt supra dictum est: Peciit idem Georgius instrumenta: Acta vt supra.

628. Pyle.

Eisdem per omnia: Nicholaus Pyle protestatus est solenniter, non cedere sibi et suis parentibus, ac parentibus Thome Pyle, occisi per dictum dominum Georgium, vt asseruit, in preiudicium, quod dictus dominus Georgius obtulit se tunc paratum de

* A clerical error evidently for "Pyle."

A.D. 1513. pariendo iuri pro crimine sanguinis sibi imposito, viso quod dominus reuerendissimus auisit quasdam literas missiuas Magistro Stephano Dowgles, comissario Theuidalie, manu sua subscriptas, tunc iudicialiter productas, ad continuandum huiusmodi actionem, vsque xix diem Octobris proxime futurum, propterea quod pars prosequi volens huiusmodi causam non habuit probationem tunc sufficientem, quam sperabat se postea habituram; quibus continuacionis literis iudices comissarii retroscripti obtemperarunt: Peciit idem Pyle instrumenta.

629. Howson, Minister de Howstoun.

Die Jouis, vij Aprilis, anno, indictione, pontificatu et regno, quibus retro, in camera mea hospitalis, intra ciuitatem Glasguensem, hora sexta mane vel circa, testibus Richardo Blak, et Willelmo More, laicis: Frater Willelmus Howson, minister de Failfurd, ordinis Sancte Trinitatis de redemptione captiuorum, Glasguensis diocesis, ac prouincialis generalis eiusdem ordinis per intra regnum Scotie, ministratum siue ministraturam domus de Howston eiusdem ordinis, Sanctiandris diocesis, de iure et de facto vacantem per mortem fratris Thome Dikson vltimi ministri eiusdem, ad suam omnimodam dispositionem et prouisionem, vigore sui officii prouincialatus, pleno jure spectantem fratri Cristoforo Howson fratri professo dicti ordinis, et domus de Failfurd, in personam domini Willelmi Lyttistare procuratoris dicti Cristofori, contulit, et de eadem prouidit et inuestiuit eundem procuratorem nomine quo supra de eodem, per birreti traditionem, curam, regimen et administrationem, etc., et concessit sigillum sui officii prouincialatus presentibus appendendum: Peciit idem procurator nomine quo supra suo principali instrumenta.

630. Abbas de Kylwynyne.

Eisdem die, mense, anno, indictione, pontificatu, hora xj ante meridiem vel circa, testibus Magistris et dominis Joanne

Strineling, notario publico, Archibaldo Achinrosche, Waltero Steyne, Roberto Wricht, Willelmo Smyth, presbiteris, Thoma Hugonis, notario publico, Thoma Maling, et Macolmo Culquhoun, Magister Willelmus Barclay, procurator Willelmi abbatis de Kylwynnyng, de cuius mandato constabat, quoddam appellacionis publicum instrumentum, signo et subscriptione manualibus Magistri Archibaldi Layng presbiteri Sanctiandris diocesis, auctoritate apostolica notarii publici, signatum et subscriptum, per prefatum venerabilem patrem a domino Alexandro Bunche et Magistro Johanne Bunche, procuratoribus assertis per ipsum reuocatis, et Magistro Johanne Forman precentore Glasguensi, et eorum grauaminibus, sub data diei mensis anni quingentesimi xij, interpositum apud fores ecclesie Glasguensis, tempore summe misse, publice perlegit, intimauit, et ad omnium et singulorum intrantium et audire volentium noticiam deduxit, et copiam ascultatam habere debentibus obtulit, et idipsum in valuis ecclesie predicte affixit, et affixum et extensum in eisdem dimisit: Peciit idem procurator nomine quo supra instrumenta: Acta apud fores et valuas ecclesie predicte. A.D. 1513.

631. Abbas de Kylwynnyng. Fol. 165.

Eisdem die, mense, anno, indictione, regni et pontificatu, quibus immediate supra, in edibus prebendarii de Govane, hora secunda post meridiem vel circa, testibus Magistris et dominis Martino Rede, cancellario et officiali Glasguensi generali, dompno Alexandro Scot, priore de Kylwynnyng, Andrea Sibbauld, canonico Glasguensi, Joanne Rede: Willelmus abbas de Kylwynnyng constituit procuratores, coniunctim et diuisim, cum potestate subeundi, cum cautione de rato et grato, viz., Magistros et dominos Willelmum Steward, Willelmum Barclay, Jacobum Cottis, Johannem Lokard, Johannem Duncani, Scotos

Scriptores apostolicos, citra tantum reuocationem procuratorum per ipsum quomodolibet hactenus constitutorum ad prosequendum appellaciones per ipsum contra

A.D. 1513. dominum Alexandrum Bunche, Magistrum Johannem Bunche et Magistrum Johannem Forman, ad sedem Romanam interpositas, et in omnibus aliis suis causis motis et mouendis, coram quibuscunque iudicibus, et in quibuscunque curiis, et locis ac diebus quibuscunque: Constituit etiam aliquos de procuratoribus suprascriptis ad lites in patria, cum potestate etiam subeundi: Constituit etiam aliquos de procuratoribus suprascriptis ad resignandum de nouo huiusmodi suam abbaciam, in manibus ad id potestatem habentium, in fauorem Jacobi Glasguensis archiepiscopi, et renunciandum eidem, et renunciandum juri liti et cause, super dicta abbacia nunc pendenti, et ad consentiendum ad surrogandum predictum archiepiscopum in jure suo, et aliquos de predictis procuratoribus ad reuocandum procuratores per ipsum constitutos, coram domino Johanne Symontoun notario publico factos, ad resignandum huiusmodi abbaciam prius in manibus summi pontificis, vel alicuius ad id potestatem habentis, et ad intimandum huiusmodi reuocationem dictis procuratoribus reuocatis et aliis interesse habentibus: Peciit idem abbas instrumenta: Acta vt et vbi supra.

632. Reuerendissimus Glasguensis Archiepiscopus.

Die Sabbati, ix° Aprilis, anno Domini, etc., quingentesimo xiij, indictione prima, pontificatus Julii 2^di^ anno decimo, in Glasguensi ciuitate, ante januas domus habitationis domini thesaurarii Glasguensis, hora secunda post meridiem vel circa, testibus Magistro Andrea Sibbauld, fratribus Johanne Johnson, gardiano Fratrum Minorum de Observantia de Glasgw, Johanne Tennand, eiusdem ordinis religioso professo, Alexandro Cottis et Thoma Bawfour, laicis: Magister Alexander Inglis, thesaurarius ecclesie Glasguensis, illico vi aut metu dictus, etc., consensit et per presentes consentit, quod reuerendissimus pater Jacobus Glasguensis archiepiscopus impetret facultatem a Romano pontifice ad disponendum de omnibus beneficiis suis, viz., thesauraria Glasguensi, vicaria de Dundonald, et prebenda et canonicatu de

Abbirlady intra ecclesiam Dunkeldensem, qualitercunque vacantibus, seu inantea vacaturis, siue ante mortem dicti Magistri Alexandri, siue post; et ad effectum huiusmodi omnibus melioribus, etc., constituit procuratores coniunctim et diuisim, viz., Magistrum Willelmum Steward, Thomam Regis, A.D. 1513.

etc., cum potestate subeundi, et cautione de rato et grato, et aliis clausulis et extensione necesariis, in vberiori forma, ad consentiendum premissis in Romana curia: Peciit idem Magister Willelmus Steward nomine dicti reuerendissimi instrumenta; et idem thesaurarius, instrumenta: Acta vt et vbi supra.

633. Decanus Glasguensis.

Fol. 166.

Die Sabbati, vigilia Pentechostes, xiiij mensis Maii, anno Domini millesimo quingentesimo xiij°, indictione prima, pontificatus Leonis decimi anno primo, in capitulo generali, in loco capitulari Glasguensi, hora xj ante meridiem vel circa, testibus Magistris et dominis Martino Rede, Dauid Dowgles, Rolando Blacader, Roberto Clerk, Andrea Merschel, Andrea Sibbauld, Roberto Fawside, Patricio Elphinstoun, Patricio Graham, etc., canonicis Glasguensibus, capitulum Glasguense post sonum campane, etc., capitulariter congregatum, quitarunt et exonerarunt Magistrum Robertum Forman et omnes suos, pro se et suis, de quadraginta mercis vsualis monete, mutuatis prius per dictum capitulum prefato decano tempore quo peciit regnum Dacie, et ad quas soluendas dictus decanus extitit obligatus alias sub instrumentali forma prefato capitulo, quam obligationem idem capitulum cassauit et annullauit: Peciit idem decanus instrumenta: Acta vt supra.

634. Decanus Glasguensis.

Die Martis, viz., feria tertia solenni die Pentechostes, xvij mensis Maii, anno Domini millesimo quingentesimo xiij, indictione prima, pontificatus Leonis decimi anno primo, in loco

A.D. 1513. dominum Alexandrum Bunche, Magistrum Johannem Bunche et Magistrum Johannem Forman, ad sedem Romanam interpositas, et in omnibus aliis suis causis motis et mouendis, coram quibuscunque iudicibus, et in quibuscunque curiis, et locis ac diebus quibuscunque: Constituit etiam aliquos de procuratoribus suprascriptis ad lites in patria, cum potestate etiam subeundi: Constituit etiam aliquos de procuratoribus suprascriptis ad resignandum de nouo huiusmodi suam abbaciam, in manibus ad id potestatem habentium, in fauorem Jacobi Glasguensis archiepiscopi, et renunciandum eidem, et renunciandum juri liti et cause, super dicta abbacia nunc pendenti, et ad consentiendum ad surrogandum predictum archiepiscopum in jure suo, et aliquos de predictis procuratoribus ad reuocandum procuratores per ipsum constitutos, coram domino Johanne Symontoun notario publico factos, ad resignandum huiusmodi abbaciam prius in manibus summi pontificis, vel alicuius ad id potestatem habentis, et ad intimandum huiusmodi reuocationem dictis procuratoribus reuocatis et aliis interesse habentibus: Peciit idem abbas instrumenta: Acta vt et vbi supra.

632. Reuerendissimus Glasguensis Archiepiscopus.

Die Sabbati, ix° Aprilis, anno Domini, etc., quingentesimo xiij, indictione prima, pontificatus Julii 2[di] anno decimo, in Glasguensi ciuitate, ante januas domus habitationis domini thesaurarii Glasguensis, hora secunda post meridiem vel circa, testibus Magistro Andrea Sibbauld, fratribus Johanne Johnson, gardiano Fratrum Minorum de Observantia de Glasgw, Johanne Tennand, eiusdem ordinis religioso professo, Alexandro Cottis et Thoma Bawfour, laicis: Magister Alexander Inglis, thesaurarius ecclesie Glasguensis, illico vi aut metu dictus, etc., consensit et per presentes consentit, quod reuerendissimus pater Jacobus Glasguensis archiepiscopus impetret facultatem a Romano pontifice ad disponendum de omnibus beneficiis suis, viz., thesauraria Glasguensi, vicaria de Dundonald, et prebenda et canonicatu de

Abbirlady intra ecclesiam Dunkeldensem, qualitercunque vacantibus, seu inantea vacaturis, siue ante mortem dicti Magistri Alexandri, siue post; et ad effectum huiusmodi omnibus melioribus, etc., constituit procuratores coniunctim et diuisim, viz., Magistrum Willelmum Steward, Thomam Regis, etc., cum potestate subeundi, et cautione de rato et grato, et aliis clausulis et extensione necesariis, in vberiori forma, ad consentiendum premissis in Romana curia: Peciit idem Magister Willelmus Steward nomine dicti reuerendissimi instrumenta; et idem thesaurarius, instrumenta: Acta vt et vbi supra. A.D. 1513.

633. Decanus Glasguensis. Fol. 166.

Die Sabbati, vigilia Pentechostes, xiiij mensis Maii, anno Domini millesimo quingentesimo xiij°, indictione prima, pontificatus Leonis decimi anno primo, in capitulo generali, in loco capitulari Glasguensi, hora xj ante meridiem vel circa, testibus Magistris et dominis Martino Rede, Dauid Dowgles, Rolando Blacader, Roberto Clerk, Andrea Merschel, Andrea Sibbauld, Roberto Fawside, Patricio Elphinstoun, Patricio Graham, etc., canonicis Glasguensibus, capitulum Glasguense post sonum campane, etc., capitulariter congregatum, quitarunt et exonerarunt Magistrum Robertum Forman et omnes suos, pro se et suis, de quadraginta mercis vsualis monete, mutuatis prius per dictum capitulum prefato decano tempore quo peciit regnum Dacie, et ad quas soluendas dictus decanus extitit obligatus alias sub instrumentali forma prefato capitulo, quam obligationem idem capitulum cassauit et annullauit: Peciit idem decanus instrumenta: Acta vt supra.

634. Decanus Glasguensis.

Die Martis, viz., feria tertia solenni die Pentechostes, xvij mensis Maii, anno Domini millesimo quingentesimo xiij, indictione prima, pontificatus Leonis decimi anno primo, in loco

A.D. 1513. capitulari ecelesie Glasguensis, hora decima ante meridiem vel circa, testibus Magistris et dominis Martino Rede, cancellario, Rolando Blacader, subdecano, Andrea Sibbauld, Jacobo Steward, Georgio Ker, Dauid Dowgles, Andrea Merschell, Roberto Fawside, Roberto Boswell, Georgio Montgumbry, Thoma Campbell, Patricio Graham, Richardo Bothwell, Patricio Elphinstoun, Roberto Clerk, Nicholao Greynlaw, Alexandro Hammyltoun, Roberto Maxwell, et Waltero Kennidy: Dicti Rolandus Blacader, presidens, et capitulum Glasguense, post sonum campane, etc., capitulariter congregati, assedarunt, et ad firmam dimiserunt, venerabili viro Magistro Roberto Forman, decano Glasguensi, sex mercatas cum dimidia terrarum antiqui extentus de Campole, pertinentes capitulo Glasguensi, iacentes in parochia de ballia de Conigham et intra vicecomitatum de Ayre, pro tribus annis futuris a data festo Pentechostes vltimo et immediate transacto plenarie complendis: Quo festo Pentechostes dictus decanus intrauit huiusmodi assedationem, sic quod dictus decanus complaceat interim domino comiti de Leuenax, super huiusmodi assedatione, alias non: Soluendo inde annuatim dictus decanus prefato capitulo sex mercas vj^{s} viij^{d} vsualis monete, et duas masas allecium rubricarum et vnum bouem saginatum, ad terminos anni consuetos, et prout vsque fuit huiusmodi res soluere; et faciendo tenandos dictarum terrarum comparere ad curiam balliuorum de le Chanonland, sicut alii tenandi canonicorum faciunt, etc.: Peciit idem decanus instrumenta: Acta vt supra, etc.

Fol. 167. 635. BLACADER SUBDECANUS.

Die Mercurii, xviij mensis Maii, in capitulo generali Penthecostali, anno, mense, indictione et pontificatu, quibus immediate supra, in loco capitulari, hora decima ante meridiem vel circa, testibus Magistris et dominis Patricio Elphinstoun, Patricio Graham, Jacobo Steward, Adam Culquhoun, Alexandro Hammyltoun, Roberto Clerk, Roberto Fawside, Andrea Merschell, et Roberto Boswell: Decanus et capitulum, etc., post sonum

campane capitulariter congregati, et capitulum Pentechostale A.D. 1513.
facientes, ratificauerunt et approbarunt edificacionem cuiusdam muri siue aggeris extructi super terris suis canonicalibus et communibus, deputatis iamdudum ad mansos dictorum canonicorum, ab orientali parte cimiterii ecclesie metropolitane Glasguensis, ad torrentem de Malindinor wlgariter nuncupatum vsque protensi, per venerabilem virum Magistrum Rolandum Blacader, subdecanum Glasguensem, ad constringendum et vrgendum aquam dicti torrentis rupes prefati subdecani huiusmodi cimiterio oppositas alluere, et molendinum eiusdem subdecani in dictis rupibus situm impetu suo mouere; ac suum consensum et licentiam et libertatem super premissis concesserunt, et suum capitulare et commune sigillum: Peciit idem subdecanus instrumenta: Acta vt supra.

636. Ker.

Eisdem per omnia: Dicti decanus et capitulum concesserunt suum sigillum capitulare et commune literis faciendis super assedatione ad feodifirmam, facta per vicarios chori Magistro Georgio Ker super tenemento vicariorum in Vico Ratonum, ad partem borialem dicti vici, proxime tenementum Magistri Roberti Boswell: Peciit idem Magister Georgius instrumenta: Acta vt supra.

637. Bull.

Die Mercurii, xxv mensis Maii, anno Domini millesimo quingentesimo xiij, indictione prima, pontificatus Leonis decimi anno primo, et regni anno xxv, intra hospitale Sancti Nicholai in Glasgw, hora quasi nouena ante meridiem vel circa, testibus Magistris et dominis Alexandro Hammiltoun, Roberto Fawsyde, canonicis Glasguensibus, Alexandro Erskyn, rectore de Monyabro, Andrea Smyth, presbiteris: Dominus Robertus Clerk, succentor Glasguensis, presentauit quemdam Joannem Bull pauperem ad lectum in dicto hospitali, quem prius obtinebat quidam Willel-

A.D. 1513.

Fol. 168.

640. Flemyng—Burne.

Die Jouis, xvj mensis Junii, anno quingentesimo xiij°, indictione prima, pontificatus Leonis decimi anno primo, et regni Jacobi quarti anno xxv, hora secunda post meridiem, testibus Jacobo Masone, Alexandro Walteristoun, Roberto Lyone burgensi de Glasgw, Patricio Penvell et Johanne Johnstoun, laicis: Michael Flemyng burgensis de Glasgw, corporaliter accessit ad duas acras terre croftales, iacentes in territorio burgi de Glasgu, in le Deneside, inter terras siue hortum Willelmi Baxter ab orientali, et venellam communem que ducit ad fontem de le Deneside ab occidentali partibus: Et ibidem dictas duas acras terre cum pertinentiis, quoad feodum earundem, resignauit pureque simpliciter a se et heredibus sius sursum dedit, per massam terre et lapidis, vt moris est, in manibus Thome Hugonis, balliui pro tempore domini subdecani Glasguensis, huiusmodi resignationem recipientis: Post quam resignationem dictus balliuus, vigore sui officii, et ad instantiam dicti Michaelis, dedit, per similem traditionem terre et lapidis, statum feodi hereditarium, sasinam, realem et corporalem possessionem de dictis duabus acris terre, prout iacent in longitudine et latitudine, dicto Michaeli et Margarete Burn sue sponse, et eorum alteri diucius viuenti, in iuncta infeodatione, et heredibus inter ipsos legitime procreatis seu procreandis, saluo iure cuiuslibet imperpetuum: Soluturis inde annuatim annuos redditus et onera inde solui solita et consueta, prefato domino, subdecano et successoribus suis, reseruato etiam libero tenemento dictarum terrarum Jonete Huchonson matri dicte Michaelis pro toto tempore vite sue: Petierunt dicti Michael et Margareta hincinde instrumenta: Acta vt supra.

641. Subdecanus Blacader.

Die Veneris, xvij Junii, anno, mense, indictione, pontificatu, et regni, quibus immediate supra, in loco capitulari ecclesie

Glasguensis, hora decima ante meridiem vel circa, testibus A.D. 1513.
Magistris et dominis Petro Broun et Thoma Sibbauld, notariis publicis: Reuerendissimus Jacobus Glasguensis archiepiscopus et canonici capituli Glasguensis post sonum campane pulsate capitulariter congregati, approbarunt et ratificarunt structuram cuiusdam municionis, siue muri lapidei, pro vna sui parte, extructi super terras dictorum canonicorum, versus aggerem orientalem cimiterii ecclesie metropolitane Glasguensis, a terris domini subdecani Glasguensis, et transuersaliter per torrentem de Malindonor vsque ad terras huiusmodi canonicales partes, ad prohibendum aquam dicti torrentis ab alueo solito, et ad vrgendum eandem perluere vsque ad molendinum de nouo erectum per dictum subdecanum, in terris eiusdem, qua perpetuo circumagetur et mouebitur, et dederunt pro se et suis successoribus prefato subdecano et suis successoribus licenciam et facultatem huiusmodi structuram manutenendi et sustentandi; et, si racione fuerit de nouo tociens quociens super huiusmodi terris canonicalibus ad effectum premissum edificandi, et aquam dicti torrentis super huiusmodi terris canonicalibus colligendi, retinendi et stare faciendi, ad motum et operationem dicti molendini perpetuandum: Super quibus peciit idem subdecanus Rolandus Blacader pro se et suis successoribus instrumenta, quibus sigillum reuerendissimi et capituli commune est concessum.

642. Culquhoun—Stobo.

Die Veneris, xxiiij mensis Junii, anno, indictione, pontificatu et regni, quibus immediate retro, in ecclesia metropolitana Glasguensi, hora decima ante meridiem vel circa, testibus Magistro Adam Culquhoun canonico Glasguensi, Wmfrido Culquhoun, Johanne Buntyn, Johanne Armour, Johanne Culquhoun, Dauid Lindesay, Wmfrido Layng, Murdaco Steward, laicis: Johannes Culquhoun, spectabilis genere filius, vicarius perpetuus de Stobo, Glasguensis diocesis, de cuius vicaria perpetua, certo modo nuper vacante, fuit eidem, per Jacobum Glasguensem

A.D. 1513. archiepiscopum, et eius auctoritate ordinaria, ac per literas collationis et prouisionis eiusdem, eius vero sigillo rotundo rubea cera albe impressa impendente, et alias, debiter roboratas, canonice prouisum, omnibus melioribus modo, etc., constituit suos procuratores, viz., Magistros et dominos Jacobum Culquhoun, Jacobum Howstoun, Bartholomeum Blar, presbiteros, Willelmum Baxtar, Nicholaum Jakson et Richardum Branewod, laicos, absentes tanquam presentes, et eorum quemlibet, insolidum, ad petendum, intrandum, adipiscendum, ac retinendum possessionem corporalem, actualem et realem seu quasi dicte vicarie perpetue, cum omnibus suis iuribus et pertinentiis, nomine ipsius constituentis, ac se nomine quo in corporalem possessionem dicte vicarie cum pertinentiis induci, poni, ac inductum defendi faciendum et petendum, iuxta formam dictarum literarum prouisionis et collationis sibi desuper factarum, cum extensione, ac clausula de rato et grato, quod promisit michi notario stipulanti et recipienti, ac aliis clausulis necessariis in vberiori forma: Peciit idem constituens instrumenta: Acta vt et vbi supra.

643. CULQUHOUN.

Eisdem per omnia: Robertus Culquhoun, rector de Dumbar, ac rector de Cumbirtreis Glasgw, de qua rectoria de Cumbirtreis certo modo nuper vacante, fuit eidem, per literas collationis reuerendissimi patris Jacobi Glasguensis archiepiscopi, eius vero sigillo rotundo roboratas, et eius auctoritate ordinaria, canonice prouisum, constituit procuratores, viz., Magistros et dominos Jacobum Culquhoun, Jacobum Howstoun, Bartholomeum Blar, Joannem Walkar, et Joannem Walkar, presbiteros, coniunctim et diuisim, ad petendum, intrandum, et adipiscendum, nomine ipsius constituentis, realem actualem et corporalem possessionem seu quasi dicte rectorie de Cumbirtreis cum pertinentiis; ac se, nomine quo supra, in corporalem possessionem eiusdem quasi induci et imponi, ac inductum defendi faciendum et petendum, iuxta formam huiusmodi literarum

collationis, promisit de rato et grato michi notario, cum clausulis necessariis in vberiori forma: Peciit idem Robertus constituens instrumenta: Acta vt et vbi supra. A.D. 1513.

644. Hawyk Procurator pro Thesauraria Glasguensi.

Die Sabbati, 2° mensis Julii, anno quingentesimo xiij°, indictione prima, pontificatus pape Leonis decimi anno primo, in choro ecclesie Glasguensis, testibus Magistro Andrea Sibbauld, domino Willelmo Smyth, et Alexandro Browstar: Dominus Johannes Hawyk, presbiter, procurator, vt asseruit, noui thesaurarii ecclesie Glasguensis, cui, vt asseruit, prouisum est de nouo de eadem thesauraria, nuper vacante per cessum siue decessum quondam Fol. 169.
Magistri Alexandri Inglis vltimi thesaurarii et possessoris eiusdem, seu quouismodo alias, extra Romanam curiam nuper defuncti, intrauit possessionem et occupationem stalli, dicto thesaurario in choro Glasguensi debiti, nomine procuratorio eiusdem de nouo eidem prouisi, hora quinta post meridiem, in principio vesperorum; et continuauit huiusmodi possessionem toto tempore vesperorum et completorii, vsque ad consummationem tocius diuini seruicii illius diei, et proximo die, viz., 3° die eiusdem mensis, incepit occupare huiusmodi stallum hora septima mane in principio matutini officii, et continuauit huiusmodi possessionem vsque ad complementum omnium matutinarum, et magne messe, ac vesperorum et completorii dicte diei; ac quarto die mensis eiusdem incepit huiusmodi occupationem, hora septima, in principio matutini officii, et permansit in eodem stallo toto tempore matutinali, et misse obitus de Lee, tunc forte contingentis, ac magne misse, et vesperorum, et completorii dicte diei, cum ceteris canonicis: Peciit prefatus dominus Johannes Hawik, nomine quo supra, peciit qualibet hora per se instrumenta: Acta vt et vbi supra.

A.D. 1513.

645. Clerk—Fawsyde—Executores Thesaurarii.

Die Lune, quarto Julii, anno et aliis quibus supra, hora quasi decima ante meridiem vel circa, testibus Magistris et dominis Andrea Sibbauld, Jacobo Carmychell, et fratre Johanne Akinhede minore de Obseruantia, domino Willelmo Weire presbitero: Domini Robertus Clerk et Robertus Fawsyde canonici Glasguenses, ac executores alias constituti per quondam Magistrum Alexandrum Inglis thesaurarium Glasguensem, ad bona et testamentum eiusdem, ex certis causis rationalibus, etc., renunciarunt et cesserunt huiusmodi officio executorie; et dixerunt se nolle intromittere cum bonis et testamento eiusdem, nec super se onus huiusmodi officii acceptare: De quo solenniter protestati sunt, diuisim, et quilibet eorum protestatus est, et peciit quilibet per se instrumenta: Acta vt et vbi supra.

646. Stewart.

Die Sabbati, 2° mensis Julii, retro scripto anno quingentesimo xiij, indictione prima, pontificatus Leonis decimi anno primo, in ecclesia metropolitana Glasguensi, hora quasi sexta post meridiem vel circa, testibus Magistris Jacobo Neilson, Roberto Hammylton, et Johanne Murref, balliuo de Glasgu, et Patricio Armour: Magister Jacobus Stewart, vigore graciose expectature, quam dixit se habere a sanctissimo domino nostro papa, et quam asseruit se illic in manibus habere, non tamen legit eam, acceptauit vicariam perpetuam de Dundonald, Glasguensis, nuper vacantem, vt asseruit, per mortem Magistri Alexandri Inglis vltimi vicarii eiusdem, extra Romanam curiam et in partibus defuncti; cum protestatione quod, si huiusmodi vicaria vigore huiusmodi gracie sibi non debeatur, nichilominus firma gracia illesa permaneat, et salua ad aliam vicariam, sub sua gracia predicta forte casuram: Peciit idem Stewart instrumenta.

A.D. 1513.

647. Purdy.

Die Sabbati, vicesimo 3° Julii, anno, indictione, pontificatu, et regni, quibus immediate retro, in loco capitulari hora nouena ante meridiem vel circa, testibus dominis Johanne Hugonis, Roberto Crechtoun, Alano Smyth, Willelmo Broun, Niniano Montgomery, presbiteris: Magister Laurentius Purdy, vicarius de Durisdere, coram Magistro Patricio Elphinstoun canonico Glasguensi, locum presidentis pro tempore tenenti, quoddam scriptum rationis et computi, vt asseruit, inter ipsum et dominum Robertum Clerk prebendarium de Durisdere, super fructibus dicte prebende de annis Domini millesimo quingentesimo vij° et octauo vltimo transactis, cum quibus ipse intromisit, nomine et ex parte dicti prebendarii; et obtulit se promptum ad reddendum rationem de huiusmodi fructibus, iuxta contenta in dicto scripto, prefato prebendario presenti et audienti; et peciit ab eodem prebendario auditores computi sibi assignari, ad considerandum huiusmodi computum, et defalcationem et allocationem fieri sibi per prefatum prebendarium de summis debitis eidem, per ipsum pro fructibus dicte ecclesie anni instantis, ad quos extat firmarius, sub eodem prebendario, iuxta tenorem dicti scripti et defalcatorum sibi in eodem: Peciit idem Purdy instrumenta: Acta vt et vbi supra.

648. Noezer, Brito.

Die Dominica, septimo mensis Augusti, anno Domini millesimo quingentesimo xiij°, indictione prima, pontificatus Leonis decimi anno primo, et regni anno xxvj, in camera mea intra hospitale de Glasgw, hora octaua post meridiem et plus, testibus Roberto Wilson, Thoma Kessan, et Johanne Smyth: Thomas Noezer, Brito, constituit procuratores, viz., Archibaldum Wilson, Robertum Scot, et Thomam Wyndegatis, coniunctim et diuisim, cum potestate subeundi, cum clausula de rato et grato, et aliis necessariis clausulis, in vberiore forma, ad exequendum et prosequendum omnia et singula in literis regiis impetratis per dictum

A.D. 1513. Thomam, pro relaxatione fense et arresti impositi sue naui, et prosecutione Ade Rede de Sterquhit coram dominis concilii: Peciit idem Thomas instrumenta: Acta vt et vbi supra.

649. Cancellarius Rede.

Die Sabbati, xiij mensis Augusti, anno, indictione et pontificatu et regni, quibus immediate supra, in ecclesia metropolitana Glasguensi, hora inter septimam et octauam ante meridiem, testibus dominis Thoma Hammyltoun, notario publico, Roberto Wrycht, presbiteris, Jacobo Boyde et Alexandro Rawf, laicis: Johannes Mwre de Rowallane, per extensionem manus dextre fideliter promisit, firmiterque obligauit se et suos heredes in strictiore forma obligationis, fraude et dolo seclusis, sigillare suo proprio sigillo quandam literam assedationis pro le formaile de terris de Glas xl^ti solidatis antiqui extentus cum pertinentiis, assedatis per ipsum Magistro Martino Rede cancellario Glasguensi, suisque heredibus, executoribus, assignatis, pro eorundem tenandis subtenandis et coterellis, conficiendam desuper per ipsum cancellarium, iuxta tenorem litere assedacionis sue prius eidem cancellario et suis desuper facte, in omnibus et per omnia: Que litera continebat assedationem dicto cancellario et suis premissis de eisdem terris, factam pro sex annis a festo Philippi et Jacobi proximo futuro integre cursuris, in quo termino Philippi erit introitus dicti cancellarii et suorum; et in eadem litera quitabit dictum cancellarium et suos de lx mercis receptis in pecunia numerata pro le formale dictorum sex annorum, et premissa
Fol. 170. faciet idem Johannes, quum per prefatum dominum cancellarium desuper requisitus fuerit: Peciit idem cancellarius instrumenta: Acta vt et vbi supra.

650. Huchonson.

Die Jouis, xviij mensis Augusti, anno Domini millesimo quingentesimo xiij°, indictione, pontificatu et regni, quibus immediate

supra, in Glasgw, in camera hospitalis, hora quasi tertia post meridiem vel circa, testibus dominis Willelmo Smyth et Roberto Wrycht: Michael Flemyng, filius et heres Alexandri Flemyng, burgensis de Glasgw, condidit testamentum suum in hunc modum: Legauit animam suam Deo omnipotenti et Beate Virgini et toti curie celesti; legauit corpus suum sepeliendum et tradendum ecclesiastice sepulture in loco sacro; et proxime, vbi se viam vniuerse carnis ingredi contingerit, quatuor denarios fabrice Sancti Kentigerni; constituit etiam executores Jonetam Huchonson suam matrem, et Margaretam Burne eius sponsam, sic quod prefata Joneta per se solam intromittat, et nullomodo ipsa Margareta, cum suis bonis: Que bona wlt disponi per ipsam Jonetam solam pro salute anime sue, prout ipsa wlt respondere coram Summo Iudice; constituit etiam superiores testamenti sui, viz., dominum Willelmum Smyth, Thomam Hugonis, seniorem, et Robertum Burne, patrem dicte Margarete, sine intromissione quacunque: Peciit eadem Joneta Huchonson instrumenta: Acta vt supra. A.D. 1513.

651. Flemyng.

Eisdem per omnia; testibus dicto domino Roberto Wrycht et Johanne Smyth: Joneta Huchonson relicta quondam Alexandri Flemyng condidit testamentum: Legauit animam, etc., corpus sepeliendum in ecclesia Sancti Kentigerni; quatuor denarios fabrice Sancti Kentigerni, constituit executores dominum Willelmum Smyth, et Michaelem Flemyng suum filium, vt disponat pro salute anime sue, prout debeant respondere coram Iudice viuorum et mortuorum; et constituit me notarium superiorem dicto testamento: Peciit idem Michael instrumenta: Acta vt et vbi supra: Memorandum quod idem Michael voluit, in casu quo non contingeret ipsum regredi ad Glasgw, sed mori in prelio assumpto contra Anglicos, vel interim quomodolibet mori, quod fundetur obitus in ecclesia Glasguensi, de terris pertinentibus sibi in Ratonraw, in ecclesia Glasguensi celebrandus annuatim per vicarios chori, pro animabus patris sui, Thome Hall, domini

A.D. 1513. Roberti Hall, Jonete Huchonson, et Magistri Johannis Hugonis, vicarii de Drumfreis, et omnium fidelium defunctorum.

652. SYMONTOUN.

Die Sabbati, xxiiij mensis Septembris, anno Domini quingentesimo xiij, indictione 2ª, pontificatus Leonis pape decimi anno primo, et regni Jacobi quinti anno primo, in ecclesia Sancti Kentigerni extra Portas Furcarum, hora 2ª post meridiem vel circa, testibus Waltero Jameson, Johanne Leiche, et Andrea Rede: Ego Cuthbertus Simonis, presbiter et notarius publicus, vigore mandati michi facti in literis collationis reuerendissimi patris Jacobi Glasguensis archiepiscopi, domino Johanni Symontoun, super capellania dicte ecclesie, nuper vacante per mortem Dionisii Achinlek vltimi possessoris eiusdem, confectis, vt in eisdem michi per Magistrum Johannem Rede capellanum capelle Regie de Dundonald exhibitis, continetur, induxi dictum dominum Johannem Symontoun in corporalem possessionem dicte capellanie cum pertinentiis, per traditionem clauium ecclesie, cordule campane, libri, calicis, ornamentorum altaris, in personam dicti Magistri Johannis, procuratoris et eo nomine dicti domini Johannis, datorum et exhibitorum dicto Magistro Johanni procuratore, in signum vere et adepte possessionis huiusmodi, res tangenti et recipienti: Peciit idem procurator nomine sui principalis instrumenta: Acta vt supra.

653. CULQUHOUN.

Die Lune, xvij Octobris, anno quingentesimo xiij, indictione, pontificatu, quibus supra, in ecclesia Glasguensi, hora decima ante meridiem vel circa, testibus Magistro Johanne Culquhoun, Thoma Geddas, et Willelmo Hynd: Dominus Willelmus Gartschor, capellanus perpetuus capellanie Sancti Kentigerni, fundate ad altare eiusdem in Bassa Ecclesia per dominum Patricium Blacader militem defunctum, cessit et dimisit huiusmodi capel-

laniam in manibus Jacobi archiepiscopi Glasguensis, nulla pactione intercedente: Peciit Magister Adam Culquhoun canonicus Glasguensis instrumenta. A.D. 1513.

654. Rede.

Die Veneris, xxviij mensis Octobris, anno quingentesimo xiij, indictione, pontificatu et regni, quibus immediate supra, in ecclesia Glasguensi, hora xj ante meridiem vel circa, testibus Magistris et dominis Martino Rede cancellario, Adam Culquhoun, canonicis Glasguensibus, Thoma Hesliope, Johanne Heriote, Johanne Culquhoun, et Alano Smyth, presbiteris: Alexander McCulloch, et filius suus Patricius McCulloch, Johannes Lowthian, et filius suus Johannes Lowthian, et Dauid Murhede, Magister dicti Johannis Lowthian, junioris, remisserunt et perdonarunt imperpetuum, Magistro Johanni Rede, capellano altaris Sancti Niniani in ecclesia metropolitana Glasguensi fundati, omnem animi rancorem, conceptum contra eundem ex wlneratione et inuasione crudeli dictorum Patricii et Johannis Lowthian, iunioris, ac omnem iniuriam eisdem wlneratis per ipsum illatam: Et in signum huiusmodi perpetue perdonationis, junctis et tactis inuicem palmis dexteris, firmarunt pacem et amicitiam hincinde perpetuam: Peciit idem Magister Johannes Rede instrumenta.

655. Durans. Fol. 171.

Die Sabbati, xij Nouembris, anno quingentesimo xiij, indictione secunda, pontificatus Leonis pape decimi anno primo, et regni Jacobi quinti anno primo, in loco capitulari, hora nouena ante meridiem vel circa, testibus dominis Johanne Mowsfald, Willelmo Burell, Thoma Forsith, Georgio Drummont, et Macolmo Flemyng, presbiteris: Dominus Robertus Durandis, vicarius chori Glasguensis, allegauit coram presidente et capitulo, post sonum campane pulsate, quod dicti presidens et capitulum negarunt sibi facere instrumenta in causa et contrauersia sinodi

A.D. 1513. sui, in vice sua, quam iuxta consuetudinem ecclesie desiderabat habere; protestatus solenniter, quod huiusmodi iusticia asserta sibi negata, quo ad assecutionem sui sinodi turmalis, non cederet sibi in preiudicium aliquod: Peciit idem Durandis instrumenta: Acta vt supra.

656. Ecclesia—Capellania—Subdecanus.

Die Sabbati, xxvj° mensis Nouembris, anno, indictione, pontificatu, et regno, quibus immediate supra, hora quasi tercia post meridiem vel circa, testibus Georgio Crawfurd, sergiando, Archibaldo Crawfurd, et Johanne Smyth, Johanne Wilson, et Magistro Andrea Smyth in saisina xv^s sequente; et eisdem Georgio Archibaldo, et Johanne Smyth, necnon Roberto Alan, Johanne Cutellar, in saisina xiiij^s infrascripta: Personaliter constitutus dominus Thomas Forsith presbiter, procurator et ex nomine Magistri Roberti Elphinstoun canonici Aberdonensis, corporaliter accessit ad tenementum quondam Henrici Burell, iacens in ciuitate Glasguensi, in vico publico qua itur ab ecclesia metropolitana ad Crucem Fori, ad partem occidentalem eiusdem vici, inter terras quondam Roberti Leithame ad austrum, et Willelmum Smyth ad boriam; et consequenter ad tenementum Johannis Wrycht, iacens in eiusdem ciuitate et vico, ad partem tamen orientalem dicti vici, inter terras quondam Archibaldi Wilson ad austrum, et venellam communem que ducit ad torrentem Malindinor ad boriam: Et ibidem, primo, quindecim solidos annui redditus annuatim exeuntes et debitos de dicto tenemento Henrici Burell cum cauda et pertinentiis; et deinde et successive, xiiij^s annuatim solui solitos de tenemento predicti Johannis Wrycht, nomine quo supra, per denarium, stapulam et fixuram, de more, in manibus Thome Law alterius balliuorum de Glasgw, pure et simpliciter resignauit, et sursum dedit, a dicto Magistro Roberto et heredibus suis imperpetuum: Quibus resignationibus admissis, dictus balliuus, vigore sui officii, et ex mandato dicti procuratoris, dedit saisinam statum hereditarium et corporalem

possessionem dictorum annuorum reddituum, de huiusmodi tene- A.D. 1513.
mentis annuatim leuandorum, per similem traditionem denarii fixure et stapule, successiue, saluo iure cuiuslibet, domino Willelmo Burell capellano capellanie domini subdecani Glasguensis, fundate per eundem ad altare Sancti Nicholai in naui ecclesie Glasguensis, et successoribus suis, nomine ecclesie et dicte capellanie, et non alias, imperpetuum: Peciit idem Burell instrumenta: Acta apud huiusmodi tenementa successiue.

657. Smyth.

Eisdem per omnia, sicut in prima saisina xv^{s}, vt retroscribitur: Magister Andreas Smyth, filius et heres Willelmi Smyth, burgensis de Glasgw, qui huiusmodi tenementi quondam Henrici Burell anteriorem et borialem partes hereditarie possidet, apposuit se, nomine dicti sui patris et proprio, huiusmodi saisine tradite de dictis xv^{s}, super parte dicti tenementi, prefato suo patri et sibi pertinentis; protestatus solenniter non cedere huiusmodi saisinam prefato suo patri et sibi in preiudicium aliquod, et de remedio iuris suis tempore et loco oportunis prosequendo et assequendo: Peciit idem Magister Andreas nomine proprio et patris sui predicti instrumenta: Acta, vt in prima saisina retroscripta de annuo redditu xv^{s} retroscripto.

658. Law.

Die Sabbati, 3° Decembris, anno quingentesimo xiij^{o}, indictione secunda, pontificatus Leonis decimi anno primo, et regis Jacobi quinti anno primo, in loco capitulari, hora nouena ante meridiem vel circa, testibus dominis Thoma Hammyltoun, notario publico, Willelmo Burell, presbiteris, et Andrea Heriote in sacris constituto: Presidens et capitulum post sonum campane capitulariter congregati, admiserunt dominum Patricium Law presbiterum ad capellaniam perpetuam, fundatam ad altare Beate Virginis in Bassa Ecclesia per quondam dominum Dauid, filium Walteri,

A.D. 1513. militem, vacantem per obitum quondam domini Thome Conigham vltimi capellani eiusdem, ad presentationem Jacobi comitis de Aran, et admissionem dictorum presidentis et capituli pleno iure spectantem, literatorie per prefatum comitem per literas papiri patentes eiusdem, sub sua subscriptione manuali roboratas, dictis presidenti et capitulo presentatum; ac de eadem sibi prouiderunt ac inuestiuerunt de eadem, per birreti capiti suo impositionem, per manus presidentis huiusmodi birretum capiti suo imponentis, curam, regimen, etc.: Peciit idem Law instrumentum et instrumenta et sigillum capituli ad causas eisdem instrumentis appendi; quod est concessum.

659. Comes Lenax.

Die Mercurii, vij Decembris, anno, indictione, pontificatu, et regni, quibus immediate supra, in ciuitate Glasguensi, in le Stable Greyn, hora quasi quinta post meridiem, testibus Magistris et dominis Adam Culquhoun, Roberto Maxuell, canonicis Glasguensibus, Thoma Hammyltoun, presbiteris, Patricio Hammyltoun, notariis publicis, Patricio Danielistoun et Alexandro Castellaw, laicis: Domina Elizabet Hammiltoun, relicta quondam Mathei comitis de Lenax, promisit fideliter et firmiter obligauit se, Johanni comiti de Lenax, filio suo et heredi, augere et equare partem dominii quam ipse Johannes obtinet de Lenax et aliis terris, per mortem dicti sui patris contingentibus sibi, parti et portioni ipsius Elizabet, quam ipsa obtinet de eisdem terris; et tantum, equali partitione facta, dare et assignare dicto Johanni, de fructibus et firmis huiusmodi dominii, et terrarum omnium quondam Mathei comitis de Lenax, quantum ipsa percipiet; et hoc tantummodo a festo Sancti Martini vltimo preterito, vsque
Fol. 172. ad festum Martini proxime inde sequens; ea lege quod prefatus Johannes assignet et diuidat et det tertiam partem, prefate Elizabet per mortem dicti quondam Mathei eidem contingentem, de dicto dominio et terris, ad partem separatam, et per se, et non alias, non obstante quod ipsa Elizabet iam actu ratione sue

coniuncte infeodationis, et huiusmodi sue tercie partis, et alias, plus huiusmodi dominii et terrarum quondam comitis defuncti possideat, ipso Johanne comite vero herede dicti quondam comitis defuncti: Peciit idem Johannes comes instrumenta: Acta vt et vbi supra. A.D. 1513.

660. Flemyng.

Die Jouis, xv Decembris, anno, indictione, pontificatu, et regni, quibus immediate supra, in ciuitate Glasguensi, in edibus quondam domini Johannis Stewart, militis, hora quasi nouena post meridiem vel circa, testibus Willelmo Levingiston de Kylsyth, Johanne Kyncaid, Alexandro Striueling, Magistro Johanne Kyncaid, domino Willelmo Gartschor, presbiteris, et Petro Kyncaid: Johannes dominus Flemyng propria manu subscripsit quasdam literas quitancie, factas per ipsum et suos heredes executores et assignatos Jacobo Flemyng et suis de et super summa lxxv librarum vsualis monete, remissarum et quittarum prefato Jacobo per dictum dominum Flemyng et suos, pro certis causis in eisdem literis expressis: Peciit idem Jacobus instrumenta: Acta vt supra.

661. Twedy.

Die Dominica, xviij mensis Decembris, anno, indictione, pontificatu, et regni, quibus immediate supra: Magister Adam Culquhoun, prebendarius de Stobo, cui imminet cura jurisdictionalis animarum, laudauit, autorizauit et approbauit electionem et presentationem parrochianorum de Stobo, siue maioris partis eorundem, factam et concessam Waltero Tuedy, de et super officio clericatus parrochialis perpetuo ecclesie parrochialis de Stobo, vacante per mortem quondam Thome Tuedy vltimi clerici parochialis eiusdem, sub testimonio, fide et certificatione instrumenti publici, signo et subscriptione manualibus domini Johannis Ronno, presbiteri Glasguensis diocesis, apostolica auctoritate notarii publici, sub data anno Domini M° quin° xiij, mensis Decembris

A.D. 1513. die decimatercia, indictione 2^a, pontificatus Leonis pape decimi anno primo, presentato et electo; et hoc in quantum huiusmodi electioni et presentatione est legitime facta; ipsumque Walterum clericali caractere insignitum, et alias ydoneum; in et ad huiusmodi officium cum omnibus suis iuribus et pertinentiis; et in clericum parrochialem perpetuum dicte ecclesie, sue superioritatis iurisdictionalis auctoritate admisit et de eadem sibi prouidit, et sibi consignauit curam regimen et administrationem eiusdem, tam in spiritualibus quam in temporalibus plenarie commisit; et concessit suum signetum presentibus appendendum: Peciit idem Walterus instrumenta: Acta intra ciuitatem Glasguensem, hora quasi 3^a post meridiem vel circa; testibus domino Thoma Hammiltoun notario publico, Johanne Nesbit et Thoma Geddes.

662. [KIRKHOP.]*

Thome Kirkhop.

M. Adam Culquhoun W^o Stewart Stephano Dowgles Archibaldo Layng Matheo Stewart Willelmo Steward Jacobo Stewart

Dominus Georgius Kirkhop presbiter obtulit se paratum ad subeundum iura pro crimine, etc., tanquam citatus ad istum diem et partem suam, videlicet Nicholaum Pyle esse presentem.

Nicholaus Pyle protestatus est, quod huiusmodi obligatio non cederet sibi et sue actioni in preiudicium

Alexander Stewart de Castelmylk est actitandus in summa iij^c mercarum, in casu quod dominus Georgius Kirkhop non paruerit iuri, tanquam securitas pro eodem; et Georgius Dowgles de Bune Jedjorud est actitandus tanquam plegius pro Nicholao Pyle, sub pena iij^c mercarum ad seruandum dominum Georgium indempnem per se et suos, et hos quos potuit comode impedire, fraude et dolo seclusis.

* These memoranda, relating to the case of Sir George Kirkhop (*ante*, p. 483), are written on the margin of this folio.

Memorandum: thar is within this buyk viij[xx] of Levis and xiiij. A.D. 1512.

processus executoriales in plurimi, vel processus executorialis in singulari: Procedendi cessantibus legitimis impedimentis: Noua indictio incipit quolibet anno xxiiij°, mensis Septembris, videlicet viij Kalendas Octobris. Fol. 173.

663. [MEMORANDA.]*

Nota, quod primo die mensis Nouembris anni Domini millesimi quingentesimi tercii, assumptus fuit Julius secundus papa modernus.

Leo papa modernus assumptus fuit xj Marcii, anno millesimo quingentesimo xij, et coronatus xix die eiusdem mensis, in quo die coronationis mutandus est eius annus pontificatus.

Item Jacobus Glasguensis archiepiscopus 2[us] ordinatus et consecratus fuit apud Striueling, dominica in albis, post Pascha, viz., xv Aprilis anno quingentesimo ix°.

Jacobus quartus Scotorum Rex coronatus fuit apud Sconam in die Sancte Marie Magdalene, viz., xxij Julii.

Jacobus quintus Scotorum Rex coronatus fuit in castro de Striueling per Jacobum Glasguensem archiepiscopum, xxj Septembris, anno quingentesimo xiij°.

664. [CUTHBERTUS SIMONIS.]

Die Sabbati, xij Februarii, anno Domini M° quingentesimo xij, indictione prima, pontificatus Julii 2[di] anno x: Coram M. Rolando Blacader subdecano, presidente pro tempore, et capitulo Glasguensi, post sonum campane pulsate, ut moris est, capitulariter congregatis, in presentia domini Thome Hammyltoun

* These memoranda are written on two half-sheets pasted together longitudinally.

A.D. 1512. notarii publici, et infrascriptis vicariis chori Glasguensis pro maiore et saniore parte sic congregatis, assedarunt et ad feodi firmam dimiserunt michi Cuthberto Simonis, capellano hospitalis Sancti Nicholai, et successoribus meis, vnam acram terre campestris, iacentem super campum de Kyncleth, in le Brume landis, inter terras capellanie mee dicti hospitalis ex vtraque parte; et hoc cum consensu dictorum presidentis et capituli, pro summa xxx[d] vsualis monete feodifirme et annui redditus soluendorum dictis vicariis et successoribus suis, ad terminos Pentecostes et Martini consuetos: Et ego obligaui me et successores meos reliquam terram circumiacentem, pertinentem michi et capellanie mee, pro solutione annua dicti annui redditus; et capitulum consensit, et concessit sigillum suum huiusmodi assedationi, in signum sui consensus: Ego petii instrumentum nomine meo et successorum meorum: Acta in loco capitulari, hora decima ante meridiem vel circa; testibus, domino Georgio Drummont, presbitero, Nicholao Rede, Magistris et dominis Jacobo Stewart, Roberto Clerk, Jacobo Fawside, Patricio Graham, Waltero Dowgles.

665. [Heriote.]

Die Martis, hora 2[a] post meridiem, anno qui indictione prima, pontificatus Julii 2[di] anno x, testibus Thoma Hugo- et Johanne Robynson: Dominus Johannes Heriote prolocutor orundem resignauit huiusmodi acram terre cum pertinentiis suis in manibus Johannis Elphinstoun balliui dedit saisinam statum hereditarium et corpora per terram et lapides de huiusmodi acra cum pertinentiis

[Finis.]

INDEX OF PERSONS.

INDEX OF PLACES.

END OF VOL. II.

M'Farlane & Erskine, Printers, Edinburgh.

[redacted]

[redacted]